NAZIONALE
R. BIBLIOTECA CENTRALE V. E. II
8 M
55 A
28
ROMA

8.55.A.28

SVMMA SACRAMENTORVM ECCLESIÆ,

EX DOCTRINA R. P. F. Franciſci à Victoria,

Ordinis Prædicatorum, & olim Primarij Cathedratici apud Salmat.

Cum Indice locupletiſſimo.

Cui adiecimus Concluſiones in ſingulis quæſtionibus;

Et in calce Catechiſmum Petri Caniſij abbreuiatum, vtiliſſimum Chriſtianis omnibus.



Ex libris Mon^ij S^tæ Pud^næ de Vrbe

BIBL. S. PVD. VRB.

VENETIIS,
Apud Iacobum Cornettum. 1588.

BASILIO
ISSAPICAE
SALERNITANO
Monacho S. Georgij Maioris, apud Venetias.

Franciſcus Zilettus. S.P.D.

QVum denuo typis noſtris imprimenda eſſet Summa Sacramentorum, volui eam in tuo nomine inſignitam in manus hominum deuenire. Nec aliter decebat. Nã tuo hortatu, tuoque impulſo dum id curo faciẽdum, tuo etiam nomine decorãdam eſſe decreui. Superioribus nanque diebus, quũ animi gratia ad Monaſte-

rium D. Georgij (vbi tu à triennio magna cum laude vitam ducis) me contuliſſem, forte fortuna occurriſti mihi tu cum Alexandro Veneto Monaſterij Oeconomo: quib. cũ de Typographo. arte loquẽs, tu nimio dolore afficiebaris multos libros ex Venetis Bibliotecis vitiatos exire: & lõge, lateq. per orbem vniuerſum vagari. Sępe. n. librariorũ feſtinatione ſenſum, ita puerti (aiebas) vt facilè ſimpliciores inde decipi poſſint: qđ quidẽ in opuſculo ſi vnquã in alio paſſim videre ẽ. Verũ ego pro Typographis noſtris multa in mediũ adducens: Alexander (quo neminem Scio te in ornatiſſima veſtra Congregatione

ob

ob eius ingenij præſtantiã habere chariorem) uerba mea ſnĩjs cõfirmatas ait: nihil ex oĩ ꝑte beata, nec ſub Sole aliquid põt dari ꝑfectũ, Deus. n. oĩa in ſumma ꝑfectione ſemꝑ operatur: Natura verò, & ars magna ex parte a recto tramite deuiant. Tandem hortatus es me, vt pręſentem ſummulã quã emẽdatiſſimam imprimendã curarẽ: ualde. n. clericis, & Sacerdotib. ſimplicioribus vtilẽ, & neceſſariã aſſerebas. Ego verò qui nimio deſiderio tibi morẽ gerendi teneor, ſtatim, vt domum me recepi, eam correctoribus noſtris tradidi caſtigandam. Verum negotiũ adeò fœliciter euenit, vt ẽt ſingulis quæſtionibus, ſin-

gulæ concluſiones (rei argumentum breuiter præſtigentes) adiectæ ſint: atq. in calce abbreuiatũ Petri Caniſij Catechiſmum placuit addere, eo quod id gratiſſimũ fore omnibus minime eſt ambigendum. Quãtum uero in hoc opuſculo caſtigãdo profecerimus, tu, cæteriq. eruditi Lectores perpendent. Id quicquid ſit, tibi dico, donoque, quia neminẽ libris, doctriniſque omnibus magisquam te dilectari ex multis noſtris cõgresſionibus facile cognoui. Hoc tu ita accipias uelim, ut ſignum amoris erga te mei. Vale, & nos vt facis, ama. Ex noſtra Typographica officina Calend. Auguſti. 1581.

F. THOMAS A CHAVES, Dominicanus;

Camdido lectori Salutem.

SVperioribus annis exciderat nobis (candide lector,) potius quàm æditus fuerat Commẽtariolus, vbi in Compẽdiũ redactæ erant obſeruationes incliti præceptoris mei fratris Franciſci Victoriæ re, & fama ſuper æthera noti, in quartum librũ Sententiarũ, quẽ ego attẽta cura, & magna auiditate ex ore dicentis & perlegẽtis, exceperã, mihi ipſi ut theſaurum eximium ſeruaturum. Quem tamẽ poſtea paſſus ſum communicari Reipublicæ, id quod factũ fuit alienis manibus potius quàm noſtris. Nũc autem veluti repoſitam ad tempus tabulam reuiſens, & videns aliqua etiã, quæ ſecundum propriam lineam deſiderarẽtur,

libenti animo hoc quicquid eſt laboris, aſſumpſi, vt opuſculum ipſum, in lucem ipſe publicam emitterem, caſtigatum, terſum, ſplendidumque, atque adeò locupletatum multis partibus. Et ea ipſis, additaque noua diligentia factũ ſit, ut libellus ille prior, iam meritò ſordere tibi debeat; hic autem quem in præſentia damus omnino ſit amplectendus, ut pote qui tot rationibus illi antecedat, tot commoditatibus eũ exuperet; ut iam præſto ille nullus cenſeri queat. Vale.

SVMMA SACRAMENTORVM. ECCLESIÆ.

QVIA (vt ait Cicero officiorum primo) Omnis qui de re aliqua inſtituitur ſermo, debet a diffinitione proficiſci, ut intelligatur quid ſit id de quo diſputatur. Diffinitio autem ſecundũ eundem Cic. debet eſſe breuis,& dilucida oratio, naturam rei exponens. ob id.

DE SACRAMENTIS in Genere.

CONCLVSIO.

1 *Sacramentum, eſt ſacra rei ſignum, vel Sacramentum, eſt inuiſibilis gratia viſibilis forma, ut eius imaginem gerat & cauſa exiſtat.*

Quæritur,in primis, quid ſit ſacramentum? Auguſt. lib. decimo de ciuitate Dei,ſic diffinit; Sacramentum eſt ſacræ rei ſignum. Hæc diffinitio ha- *Sacramẽtũ quid ſit.*

betur de conſecr diſt.2.c ſacrificium. Hæc eſt etiam prima diffinitio earũ, quas Magiſter Sententiarum ponit in 4.diſt. 1. & S.Thom.3 p.q.60. art. 2. Vbi aduerte, quod quando dicit, ſacræ rei, non intelligitur quælibet res ſacra, quia ſic crux,& multa alia eſſēt ſacramenta, ſed res ſacra ſanctificans nos. Cum enim ſacramentum ſit ſignum quoddam, ſigna autem propriè d. beantur hominibus & ſacramentũ ſit proprium hominum, oportet ut ꝑ rem ſacram, intelligamus rem, homines ſanct ficantem. Per ſignum etiã non intelligas quodcunque ſignum, ſed ſignum exterius, ꝙ communiter uocatur ſignum, & quod diffinit Augu 2 de doctr Chriſtiana, dicens; Signum eſt ꝙ præter ſpeciem, quam ingerit ſenſibus, facit aliquid aliud in cognitionem uenire. Eſt igitur ſacramentum, ſignum ſenſibile rei ſacræ nos ſanctificans. Per rem ergo ſacram nos ſanctificãtem, intellige principaliter gratiam gratũ facientem, quãu s. S.Th.3.p q.60 art. 2. dicat tria figurari in ſacramentis. Primum cauſam effectiuam noſtrę ſanct ficationis, ſ. paſſionem Chriſti, Lucæ 22. Hoc facite in meam commemorationem. Et 1.Cor. 11 Quotieſcunque manducabitis panem hunc,& calicem bibe-

tis, mortem domini annunciabitis. Secundum, cauſam formalem noſtræ ſanctificationis, ſ. gratiā. Tertiū, cauſam finalem, quæ eſt gloria. Vnde Eccleſ. cantat ex officio S. Th. O ſacrum cōuiuium, in quo Chriſtus ſumitur, recolitur memoria paſſionis eius: ecce primum; mens impletur gratia, ecce ſecundum; & futuræ gloriæ nobis pignus datur, ecce tertium. Sunt & aliæ diffinitiones ſacramenti, quæ ſub aliis uerbis, idem quod prima iam. poſitæ docent. Sacramentum ait Magiſt. ſententiarum, eſt inuiſibilis gratiæ uiſibilis forma, ut eius imaginē gerat, & cauſa exiſtat. Et Aug. lib de corpore Chriſti. Sacramentum eſt, per quod ſub tegumentis rerum uiſibilium diuina uirtus ſecretius ſalutem operatur. Et Hugo. de S. Vi. li. de Sacramentis. 1. p. c. 1. ſacramentum eſt materiale elemētum, foris, ſenſibiliter propoſitum ex ſimilitudine repræſentās, ex inſtitutione ſignificans, ex ſanctificatione continens aliquam inuiſibilem & ſpiritualem gratiam. Et hæc de diffinitione ſacramenti ſufficiant.

CONCLVSIO.

2 *Sacramenta nouæ legis aperiunt ianuam Regni Cæleſtis, quod quidem non poterant facere ſacramentum ueteris legis.*

Sacramẽta ueteris & nouę legis in quo differant.

Viſa ſacramenti diffinitione quia de ſacramentis nouæ legis eſt noſter hic tractatus. Cum iuxta fidem certiſſimum ſit, ſacramenta nouæ legis, à ſacramentis ueteris legis differre, ut habetur in Conc. Trid. Seſſ. 7. de ſacramentis in genere Cano. 2. uidere oportet in quibus differant noſtra ſacramenta a ſacramentis ueteris legis, maximè à circuncifione, quæ ſecũdũ Aug. & omnes Docto. conferebat gratiam ex opere operato. Notandum ergo primò, certũ eſt ꝙ ſacramenta ueteris legis non aperiebant cœlum, ut patet ex multis ſacrę ſcripturæ locis. Omnes enim antiqui patres, etiã ſanctisſimi fatebantur ſe in infernum deſcenſuros, ut Iacob Gen. 37. Deſcendant ad filium meum lugens in infernum. Iob. 14. Quis mihi tribuat ut in inferno protegas me? & 17. Et infern domus mea eſt, & Pſ. 88. Quis eſt homo qui uiuet, & nõ uidebit mortem, eruet animam ſuam de manu inferi? Et certũ eſt ꝙ ſacramenta nouæ legis aperiant ianuam cęli. Chriſtus in ſua pasſione aperuit eam in cõi toti generi humano, in particulari uerò aperiunt ſacramenta. Matth. 3. Prædicabat Ioannes, Pœnitẽtiam agite, appropinquabit regnum cœlorum. Epheſ. 2. Cuius gratia eſtis ſaluati, & conſedere

dere nos fecit in cęleſtibus. Rom. 8 *Si filij, ergo & hæredes* Matth. 25. *Venite benedicti patris mei, percipite regnum.* Et Matt. 5. Ieſu baptizato aperti ſunt cœli. Ex hoc ſequitur, ꝙ ſacramenta veteris legis, non ponebant homines in ſtatu ſufficienti perueniēdi ad uitam æternā, & per conſequēs, non dabant ſalutem, quia ultima ſalus eſt beatitudo, ac proinde tunc gratia non erat perfecta. Vnde tunc, quāto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo, quia. ſ. nō habebat ius adeundi uitam ęternam ab extrinſeco, quia nondum aperuerat Chriſtus ianuam cęli. Per peccatum enim Adæ & quodcunque actuale peccatum, nō ſolum Addam incurrit indignationē, ſed etiam omnes poſteri eius, & tota natura humana, & ſic duplex olim erat indignatio, ſ. contra perſonam, & contra naturā. In ueteri autem lege, per ſacramenta tollebatur indignatio prima particularis, contra ſingulos homines, ſed tamen manebat adhuc indignata Deo tota natura humana, quæ indignatio nunquam vſque ad Chriſtum a toto genere humano fuit ablata, & ſic non erant Deo perfectè grati in illa lege ueteri, ſicut nunc in noua, quando omnis indignatio particularis, & naturalis ablata eſt. Et

iſta ſufficiant de ſacramentis ueteris legis.

CONCLVSIO.

3 *Sacramenta nouæ legis ſunt ſeptem, uidelicet Baptiſmus, confirmatio, eucharistia, pœnitentia, ordo ſacer, matrimonium, & extrema vnctio.*

Sacramēta quot ſint. Quæritur, quot ſint ſacramenta nouæ legis? R. ſp. q̃ ſeptem, Baptiſmus, Confirmatio Pœnitētia, Euchariſtia, Ordo, Matrimonium, Extrema vnctio. Hoc determinatum eſt in Conc. Flo. ſub Eug 4 & in c. ad abolendam, extra de hæreticis: Excommunicatur & damnatur, qui de eccleſiaſticis ſacramētis aliter ſentire, aut docere præſumpſerint, quam Eccleſia Romana docet; Præterea idem patet ex Concil. Trid. Seſſ. 7. de ſacramentis in genere. Can. 1 cuius uerba ſunt; Si quis dixerit ſacramenta nouæ legis eſſe plura, uel pauciora quàm ſeptem, uideli cet, Baptiſmum. Cōfirmationem, Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam unctionē, Ordinē, & Matrimonium, anathema ſit. Cum ergo eccleſia Romana in dictis Concilijs, & in uſu teneat ſeptem eſſe ſacramenta nouæ legis, iam nemini licebit de hoc dubitare.

CON-

CONCLVSIO.

4 *Omnia ſacramenta ſunt inſtituta à Domino Ieſu Chriſto.*

Dubitatur, a quo fuerint inſtituta ſeptem prędicta ſacramenta? Reſpon. Iuxta fidem omnia ſeptem inſtituta fuiſſe a Domino noſtro Ieſu Chriſto. Nam ita expreſſe diffinitur in Conc. Trid Seſſ. 7 de Sacramentis in genere Can. 1 Cuius uerba ſunt; Si quis dixerit ſacramenta nouæ legis non fuiſſe omnia a Domino noſtro Ieſu Chriſto inſtituta, anathema ſit.

CONCLVSIO.

5 *Omnia prędicta ſeptem ſunt propriè, et verè ſacramenta.*

Quæritur, item, an omnia prędicta ſeptem ſacramẽta ſint verè & propriè ſacramenta. Reſpon. iuxta fidem certiſsimum eſſe omnia eſſe propriè, & uerè, ſacramenta. Patet ex prædicto Concil. Trid. Canone illo primo. Cuius uerba sũt: Si quis dixerit aliquod horum ſeptem ſacramentorum non eſſe uerè & propriè ſacramẽtum anathema ſit. Vnde conſtat ſententiam Durandi, quæ olim ſub opinione defendebatur, iam nunc inter hæreſes eſſe computandam. *Non tamen ipſe fuit hereticus.*

CONCLVSIO.

6 *Omnia ſeptem ſacramenta conferunt gratiam non ponentibus obicem.*

Quæ-

Quæritur, an huiuſmodi ſeptẽ nõuæ legis ſacramenta gratiam contineant ipſam, quia ſemper & infallibiliter omnibus & ſingulis dignè ſuſcipientibus conferant eam etiã ex opere operato, hoc eſt, ratióne ſui. Reſp. ad q. affirmatiuè, quantum ad omnes & ſingulas eius partes. Et oppoſitum eſt hæreſis, patet ex Conc. Trid. Seſſ. 7 de Sacramentis in gene. Can. 6. 7. & 8. uerba ſexti ſunt; Si quis dixerit, ſacramenta nouæ legis non continere gratiam, quã ſignificant, aut gratiã ipſam (non ponentibus obicem) non cõferre, anathema ſit. Cano. uerò ſeptimi uerba ſunt; Si quis dixerit, non dari gratiam, per huiuſmõdi ſacramenta ſemper & omnibus, quantum ex parte Dei, etiam ſi ritè ſuſcipiant, ſed aliquando & aliquibus, anathema ſit. Cano 8. verba ſunt; Si quis dixerit, per ipſa nouæ legis ſacramẽta ex opere operato non conferri gratiam, anathema ſit.

CONCLVSIO.

7 *Septima non eſt neceſſaria.*

Sufficientiam, & congruitatem huius numeri docet. S. Th. 3. p. q. 65. art. 1. dicens: Sacramenta eccleſiaſtica ordinantur ad duo, ſ. ad perficiendum hominẽ in uita ſpirituali, ſeu in cultu chriſtianę religionis, & in remediũ

contra peccatum, & quantum ad vtrunque conuenienter ſunt 7. Vita enim hominis ſpiritualis, ſimilitudinem habet ad uitam corporalem, propter ꝙ eodem nomine uocatur utraque uita. In uita autem corporali dupliciter aliquis perficitur, uno modo quantum ad propriam perſonam, & hoc dupliciter, ſ aut acquirendo perfectionem, aut remouēdo impedimēta. Perficitur autem uita, perfectione prima per generationem, quando acquirit uitam, & loco iſtius generationis ſuccedit baptiſmus, qui uocatur regeneratio, quia homo cū eſſet mortuus per peccatum, recepit uitam, per lauacrum regenerationis, & renouationis, ad Ti. 3. Secunda perfectio eſt augumentum, cui ſuccedit ſecundum ſacramentum Confirmationis, quòd principaliter in Pentecoſte eſt inſtitutum, quando dominus dixit; Sedete in ciuitate donec induamini virtute ex alto. Tertia perfectio uitæ corporalis eſt nutritio, quæ eſt conſeruatio uitæ, & loco huius ſuccedit Euchariſtia. Vnde Ioan. 6. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in uobis. Sed quia homo interdum incurrit ægritudines, habere debebat remedium, quòd quidem eſt duplex,

vnum

vnum ad repellendum morbum, vt pharmacum, alterum ad reſtituendas uires; Sic etiam in uita ſpirituali, ad expellendas infirmitates peccati, eſt pœnitentia Pſ. 11 Sana animam meā, quia peccaui tibi. Alterum ad expellēdas reliquias peccatorum, & eſt extrema unctio, de qua Iaco. 5. Et ſi in peccatis fuerit, dimittentur ei. In ordine aut ad cōitatē perficitur homo dupliciter: Vno modo ſuſcipiendo poteſtatem regendi, & loco iſtius ſuccedit ordo. Alio modo ſecundum naturalem propagationem, quæ fit per matrimonium tam in corporali, quàm in ſpirituali vita.

DE BAPTISMO.



De ſacramento baptiſmi tractat Mag. 4. diſtin. tertia, & dicit, quod baptiſmus eſt ablutio exterior corporis, facta ſub forma verborum præſcripta, & determinata, tractat de hoc ſacramento S. Th 3 p.q.66. Tractatur etiam de baptiſmate, in Con. Flo. Et abunde ſatis in Côc. Trid. Seſſ.7 de baptiſmo, per Canones quatuordecim.

De Baptiſmo.

CONCLVSIO.

7 *Baptiſmi Sacramentum fuit inſtitutum ante Chriſtus paſſionem.*

DVBITATVR: quando fuit inſtitutus baptiſmus? Vtrum ante Chriſti

Chriſti paſsionem, uel poſtea? Reſpon. per duas propoſitiones, prima. Certiſſimum eſt, ꝙ fuit inſtitutus à Chriſto, ante paſsionem. Patet hoc Ioan. 3. vbi expreſſe habetur, ꝙ Chriſtus baptizabat. Et Ioann. 4. declaratur quomodo baptizabat, quia quāquā Chriſtus non baptizaret, diſcipuli tamen eius, de mandato ipſius baptizabant, quia aliàs Chriſtus non diceretur baptizare. Non eſt autem veriſimile quod Chriſtus baptizaret baptiſmo Ioannis, nec etiam Apoſtoli Ioānis baptiſmo baptizabant, ut dicit Hierony. in epiſt. ad Seleucianum & in ſermone Epiphaniæ. Aliàs inter diſcipulos Io. non fuiſſet inuidia, qui dolebat eo ꝙ plus baptizaret Chriſtus quàm Ioannes, nam ille baptiſmus diceretur Io. non Chriſti. Item ſacramenta ſunt inſtrumenta noſtrę redemptionis, cùm ergo Chriſtus perfecerit redemptionem in paſsione uel reſurrectione, & baptiſmus ſit potisſima pars redemptionis ſequitur quod fuit inſtitutus ante Chriſti paſsionem, ſcilicet, Ioannis. 3. ibi. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in Regnum Dei. Et ita tenent omnes Doctores, ꝙ fuit inſtitutus ante paſsionem.

CON-

CONCLVSIO.

9 *Quando Chriſtus fuit baptizatus in Iordane, tunc inſtituit hoc ſacramentum.*

Quidam dicunt, quod quando Chriſtus baptizatus fuit in Iordane, tunc enim ſanctificans aquas uim regeneratiuam illis contulit. Alij dicunt quod fuit inſtitutus quando Chriſtus dixit diſcipulis ſuis; Eũtes docete omnes gentes baptizantes eos, &c. Marc. vlt. Sed hoc refellitur, quia fuit inſtitutus ante paſſionem, prædicta autem verba dicta fuere poſt reſurrectionem. S. Th & Nicolaus de Lyra, tenẽt quid fuit inſtitutus, quando Chriſtus fuit baptizatus in Iordane. Io. 1. & ita tenẽdum eſt ſine aliqua dubitatione.

CONCLVSIO.

20 *Poſt ſufficientem promulgationem Euãgelij, legalia Iudæorum ceſſauerunt, & Baptiſmi præceptum obligare incæpit, licet etiam obligauerit poſt Chriſtus paſſionem.*

Quæritur, quando baptiſmus incæpit obligare, & conſequenter alia ſacramenta nouæ legis, ac proinde quãdo ceſſauerũt legalia. Reſp. per propoſitiones. Prima propoſitio, ante paſſionẽ & mortẽ dñi, circuncıſio & alia legalia fuerunt ſemper ſub præcepto. Probatur, nã Chriſtus non ſoluit uete- *Baptiſmus obligatio quãdo incæpit.*

rem

rē legē, antequam eā impleret, ſed nō fuit impleta uſque ad paſſionem, cum dixit; Conſummatum eſt Io. 19. Ergo ante paſſionem legalia nō ceſſauerūt. per paſſionē. n. ſuam (ut ait Paulus) liberauit nos Chriſtus à ſeruitute legis. Secunda propoſitio, in paſſione Domini omnia legalia fuerūt extīcta, quantum ad pręceptū, & quantum ad uirtutem. Volo dicere, quod poſt paſſionē dñi nō erat pręceptū de circūciſione, nec de aliquo alio in lege ſcripta, totaliter enim extincta erat quantū ad uim illam, quam prius habebat, & nullū omnino habebat effectum. Lex. n. illa fuit inſtituta ad ſignificandum gratiam noui teſtamēti, quę per Ieſum facta eſt, ac proinde mortuo Chriſto, debuit ceſſare, ſicut aduenien te luce, ceſſat umbra. Itē legalia nō cōferebant gratiā perfectā, ergo aduenīē te quod perfectū eſt, euacuatū eſt, qđ ex parte erat Hebr. 8 Reprobatio fit prioris mādati ꝓpter infirmitatē eius & inutilitatē, nihil. n ad perfectū lex adduxit, introductio vero fit melioris ſpei. Tertia propoſitio, ante premulgationem ſufficientē euāgelij, per aliquod tempus, legalia non erant mortifera ad hunc ſenſum, quia licebat obſeruare ea, & non erat peccatū et ā ſcienti, & non ignoranti legē Chriſti.

Legalia, quando ceſſ. uerunt.

Prob.

Prob. quia Paulus circuncidit Timot. Act 16 & purificauit ſe. Act 21. Hoc aũt permiſſum fuit (vt Aug ait) vt ſynagoga cum honore ſepeliretur. Vt oſtenderetur igitur q̃ fuerat bona, & ſancta, non eſt illi ſtatim poſt paſſionem derogatum. De iſta propoſitione fuit magna cõtrouerſia inter Hieronymum, & Aug. Hieron. n. videtur ſentire q̃ ſtatim poſt paſſionẽ legalia fuerũt mortifera, & ſanctum Pauli & Petri excuſat, quia fuerunt quędam piæ diſpenſationes, & ſimulationes, ut vitaretur ſcandalum. Sed Aug oppoſitum omnino tenet, & quidem diſertè & elegãter diſputat; Si.n.iam eſſent mortifera, propter nullum ſcãdalũ licitum fuiſſet Paulo circuncidere Timotheũ, nec ſimulare circuncißionem, ẽt pro ſalute totius populi Iudęorum, quia eſſet mendacium in facto: Petrus autem incautè ſe habuit in obſeruatione legalium, nimiũ condeſcẽdens Iudęis illis, qui legalia obſeruanda eſſe dicebant, ita vt aliqui eius exẽplo inducerẽtur ad eorũ obſeruantiã quaſi eſſent neceſſaria: & ideo Petrus aliqnã leuẽ culpã incurrit, & erat reprehenſibilis, vt ait Paulus. Quarta & ultima ꝓpoſitio; Poſt ſufficientem promulgationem Euãgelij, omnia legalia fuerunt, & ſunt mortifera. Hoc deter-

determinatũ eſt extra de bapti.& eius effect.c maio.& in Conc.Fl. damnati ſunt Cherinthus, & Ebion contrariũ tenentes,& ad Gal.5. Si circuncidamini, Chriſtus vobis nihil proderit.

CONCLVSIO.

11 *Licet dubium ſit quando facta fuit ſufficiens promulgatio Euangelij, tamen quando Hebræi diſperſi ſunt per Titum,& Veſpaſianum,iam hoc cõpletum fuerat.*

Sed dubium eſt, qñ fuit facta ſufficiens promulgatio euãgelij? Reſpõ. ꝙ non eſt certũ.Non.n. põt dici ꝙ fuit facta in Pentecoſte, quia poſtea Paulus cicuncidit Thimoteum,& Petrus ſeruauit legalia, vt patet Act. 10. Abſit à me dñe,cõe & immundũ non introhiuit in os meũ.Nec põt dici ꝙ in 3.Cõci.celebrato Act.15.quia poſtea purificatio Pauli facta eſt.Act 21.& in illo Conc. continentur aliqua legalia.ſ.ut abſtineant à ſuffocato & ſanguine.Dicunt aliqui ꝙ tunc facta eſt ſufficiens ꝓmulgatio,qñ Titus, & Veſpaſianus deſtruxerunt Hieruſalẽ,permisſio. n. legaliũ poſt pasſionẽ,erat propter Iudæos.Cum igitur illi tũc ſint penè extincti, ſine lege,ſine rege,ſine Deo,vt dicit Lactan videtur ꝙ ex tunc omnia legalia ſint mortifera, & licèt hoc nõ

ſit

ſit certum, non eſt tamen aliquo pacto dubitandum, quia nunc, & multum antea fuerint legalia mortifera. Circuncisio enim fuit inſtituta ad ſignificandum aliquid futurū in Chriſto,& ſic, modo eſſet mendaciū pernicioſum: De baptiſmo igitur,& de omnibus ſacramentis nouæ legis,ait Sanctus Thomas,quod poſt pasſionē dñi cœperunt habere vim obligatoriam, quia,tunc ceſſauerunt legalia, vt apertè dicit prophetia Dan. 9. Et in dimidia hebdomada occidetur Chriſtus, & ceſſabit hoſtia & ſacrificium. probatur autem hoc,quia Mar. vlt. Chriſtus dixit;Ite docete omnes gētes,baptizantes eos &c. qui non crediderit, condemnabitur. Hoc autem dictum fuit ante Pētecoſtem,& Apoſtoli prædicabant eo modo,quo Chriſtus præceperat,ſ. Niſi baptizemini, & credideritis,condēnabimini:ergo tunc tenebantur ad baptiſmum.& per conſequens ad alia præcepta nouæ legis.

CONCLVSIO.

12 *Materia ſacramenti Baptiſmi, eſt aqua Elementalis.*

Quæritur, quæ ſit materia ſacramenti baptiſmi? Reſpondetur, quòd aqua Simplex, quia habet proportionem ad effectum ſpiritualem, quoniam mundat, & eſt communior *Baptiſmi forma quæ ſit.*

materia, quàm omnes facilè poſſunt habere, patet hoc Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex acqua & ſpiritu ſancto, non poteſt, &c. Et ita diffinitur in Concilio Floren. ſub Eugenio. 4 Et itē in Concil. Tridenti. Seſſione 7 de ſacramento baptiſmi Cano. 2. cuius uerba ſunt; Si quis dixerit aquam veram & naturalem nō eſſe de neceſſitate baptiſmi, atq; ideo verba illa domini noſtri Ieſu Chriſti; Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, ad metaphoram aliquam detorſerit, anathema ſit. Cum niue autem & cum glacie, non poſſet quis baptizari, quia eſt alierius ſpeciei q̃ aqua. Poſſet tamen baptizari aqua reſoluta ex niue, aut glacie, ſeu gelu, quia iam eſt vera & ſimplex aqua: quanuis de hoc Marſi. dubitet, & quidem alij. In aqua verò roſacea. & alijs artificialibus aquis, non poteſt quiſpiam baptizari, quia non ſunt aquæ veræ.

CONCLVSIO.

13 *Forma huius Sacra hæc eſt; Ego te Baptizo in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti.*

Baptiſmi forma, quæ ſit. Quæritur, quæ ſit forma, huius ſacramēti. Reſp. quod hæc. Ego te baptizo in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Patet hoc Matth. vlt. & in Cōc. Flo. Quæritur vtrum mutatio huius formę

formę vitiet ſacramentum? Reſp. quod duplex eſt variatio, quædam quæ mutat ſentẽtiam, & ſenſum formę, & talis euacuat ſacramentum. Altera quę non mutat ſenſum & ſn̄iam formę, & talis nõ tollit ſacramẽtũ Vnũ in ea: retulerunt de cõſe. diſtinct. 4. Zacharias papa determinauit, ꝙ ille q̃ dixit; Ego te baptizo in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, verè baptizauit.

CONCLVSIO.

14 *Varia eſt opinio de hac propoſitione.* Quæritur, an ſi diceret. Ego te baptizo in nomine genitoris, & geniti, & procedentis, verè baptizaret; Reſpon. ꝙ S. Tho hic, & 3. p q. 66. art 5. & 6. dicit quod non. Idem tenet Scot. Bonauentu. Ricard. Thom. de Argentina Gabri. Aliaco. & Petrus Palud. tñ dubitat. Caiet. aũt tenet opinionẽ, contrarium aſſerens quod ibi eſſet verum ſacramẽtum, quod probat multis argumentis. Nam de conſe. di. 4. c. à quodam Judæo. habetur quod cùm quidã Judæus baptizaret, determinauit Papa, quòd ſi baptizabat in nomine Trinitatis, vel Chriſti, vel patris, & filij, & ſpiritus ſancti (vnũ quippe & idem eſt (non erat Baptiſmus iterandus. Plus autem differt nomen Chriſti, a nomine Patris, & filii, & ſpiritus ſancti, quam nomen genitoris

Error in forma an vitiet ſacramentum.

geniti,& procedentis,ergo. Hanc opinionem Caiet. impugnat, & magiſter à Victoria. Fatetur tamen, ꝙ taliter mutare formam, eſſet contra præceptum. ac proinde peccatum, baptiſmus tamen eſſet validus.

CONCLVSIO.

15 *Varia eſt opinio, ſed communior eſt pars negatiua.*

Baptiſmus in nomine Chriſti an ſit ualidus.

Quæritur. an dicere; Ego te baptizo in nomine Ieſu Chriſti, ſufficeret ad baptiſmum? Rñ ꝙ hoc aliquãdo fuit licitum & ſufficiens. Patet, quia ut dicitur Act 2. & 8. Apoſtoli baptizabãt ſub illa forma, ꝙ factũ eſt ex inſtĩctu ſpiritu sãcti pp odiũ, ꝙ habebant Iudæi ad nomẽ Chriſti, vt incitarẽtur ad amorẽ eius. Vel forſan, quia Apoſtoli nõ audebant in principio ꝑdicationis ſuæ aptè noĩare Trinitatẽ populo infirmo. Sed vtrũ ſufficeret nunc ꝑdicta forma. Reſ. S. Tho. 3. q p. 66. artic. 6. dt ꝙ nõ, & ita tenent cõiter docto. Quia dr̃ Matth. vlt. Baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus sãcti. Et c. in ſynodo, de cõſ. d. 4. Eug. expreſſe determinat, ꝙ ſi q̃s in forma baptiſmi vnã perſonã nõ nominaret, nõ baptizaret; & ibidẽ c. ſi re vera dr̃, ꝙ ſi quis baptizaret in noĩe domini, non eſſet baptiſmus. Et Dydimus in lib. de ſpiritu ſancto dicit, ꝙ qui in forma baptiſ

mi

mi nominaret vnā perſonā Trinitatis ſine alijs, non baptizaret. Cum Apoſtolis autem diſpenſauit Spiritus ſanctus propter rōnes iā dictas. Caiet. verò oppoſitum tenet 3. par. q 66. art. 6. & Magiſter ſenten. hic in litera, & Hugo de San. Victore lib 2. de ſacramen. par. 6. c. 2. Adrian. in 4. q. 2. Quia in capitulo a quodam Iudęo dicitur ꝙ qui baptizatus eſt in nomine Chriſti, non eſt rebaptizādus. Sed fortè prædictum caput noluit hoc determinare tanquā de fide: Res mihi dubia eſt & ambigua, & ideo nihil volo determinare, vtraq; opinio eſt probabilis: & periculoſum eſt hic tenere in tanta materia, quod certum non eſt.

CONCLVSIO.

16 *Trinitatem tantum nominando, non eſt uerè Baptiſmus.*

Quęritur an eſſet baptiſmus ſi quis diceret, ego te baptizo in noīe ſanctiſſimæ Trinitatis, & indiuiduæ vnitatis? Rñdetur, prout oēs dicūt, qđ non. Ita tenet S. Tho Scot. Adrianus, & cæteri. Caietanus tñ tenet, ꝙ ē verus baptiſmus, pp illud c. a quodam Iudæo. Certè ego in hac re, nō credo Caietano, ſed dico, ꝙ non eſſet baptiſmus. Et idē dico de eo q̃ diceret: Ego te baptizo in nominib. pr̄is & filij, & ſpiritus ſancti, nō eſt baptiſmus. Ita tenet Pa-

Baptiſmus in nomine Trinitatis.

lud.4.diſt.3.q.1.art.3. & magiſter Sen tentiarum.4.di.3.cap.5.

CONCLVSIO.

17 *Non eſt neceſſaria expreſſio propria perſonę baptizantis. Nec duo poſſunt Baptizare vnum, alter eorum dicens verba, alter infundens aquam. Nec ſi Baptizans diceret. Nos te baptizamus, &c. niſi eſſet Epiſcopus, aut aliqua magnifica perſona.*

Baptizās an debeat exprimere propriam perſonam.

Quæritur, an requirat ꝙ miniſter, ſeu baptizās exprimat propriā pſonā, dicens, ego? Rn̄detur, ꝙ ſufficit dicere uirtualiter, ut ſi dicat baptizo te, &c. Sed utrū ſit neceſſariū ꝙ exprimatur ſaltē uirtualiter. Rn̄deo, ꝙ non, & ita tenēt oēs. Nā Græci baptizant ſub hac forma, baptizetur ſeruus Chriſti in nomine patris &c. Et eſt uerus baptiſmus, ut tenet S. Th. 3.p.q. 66. art. 5. 1. & 2. Et ita tenēdū eſt ſine dubio. Quāuis in c.1. ſi quis, de bap. videatur dici cōtrariū, ſed intelligitur de illis, qui tm̄ mō dicūt in noīe patris, & filij: & ſpiritus ſancti, nō dicēdo baptizo, vel baptizetur. Si quis aūt diceret (cā grauitatis) nos te baptizamus, in nomine, &c. nō eſſet baptiſmus ſm̄ S. Tho.3.q.p. 66. art.5 4. qa uariatur sēſus formæ. Nos. n. ſignificat ego & tu. Si aūt eps̄, vel alia magnifica perſona baptizet ſub illa forma, eſt verus baptiſmus

ptiſmus,quia iam ex circunſtãtijs, & accõmodatione patet tãtũdem ſignificari,ſicut ego te baptizo. Duo autẽ ſi ſic baptizant, & vnus aquã mittat,alter verò dicat;Ego te baptizo,&c. nihil faciunt,quia eſt falſa forma illius, qui dicit,ego te baptizo.Si verò ſimul & ſemel ambo baptizãt(quia contendũt de præbẽda)ita quod quilibet totũ faciat, eſt uerus baptiſmus, nec de hoc dubito,niſi quilibet dicat, nos te baptizamus.Tunc enim ſecundum S. Tho.3.p.q.66.articul.5. & q.67.artic. 7.non eſt baptiſmus, quod ego reputo ſecurius,licet oppoſitum dicat Caieta.3.par.q 67.artic.7.& Palu.4. diſt. 3.q.2.& Durand.4.diſt.3.q.3.

Baptizare vnum an poſſint duo ſimul

CONCLVSIO.

18 *Oportet exprimere perſonam baptizandam. Nec aliquis poteſt baptizare ſeipſum, & in quocunque Idiomate, vel lingua poteſt exprimi forma Bap. præſertim, ſi eſt aliquis idiota vel fœmina baptizans.*

Sed utrũ requiratur ꝙ nominetur perſona baptizãda, ſcilicet,te. Reſpõ. ꝙ Scot.4.di.3.q.2 art.3. & Gabriel.4. d.3.q.unica, dicũt qđ ſic & ita tenẽdũ eſt;nã requiritur qđ verba baptizãtis applicẽtur alicui.Sed vtrũ quis poſſet ſeipſum baptizare?Reſp. ꝙ non, vt patet c.debitũ,de baptiſmo, ubi hoc de

Baptizanda perſona an debeat explicari.

terminatur. Sed vtrum eēt baptiſmus ſi quis diceret, ego te abluo, vel mergo? Rñdetur, ꝙ ſic, q̃a verba ſunt ſynonyma, quid qd dicat Glo. in c. multi ſunt. Et fœminę ſermone Hiſpano, vel alio quouis vernaculo idiomate, baptizantes melius faciunt, quam illi qui baptizãt ſermone latino, qa ſciũt melius ꝓnuntiare verba Hiſpana, quam latina.

CONCLVSIO.

19 *Quilibet debet ſeruare morem ſuæ patriæ mergendo, vel eſpergendo Bapizandum.*

Merſio baptizati an requiratur.

Dubitatur, an requiratur merſio baptizati in aquá, vel an ſufficiat tingere ipſum? Rñ. ꝙ fuit antiqua conſuetudo, vt mergeretur, verò non oportet, ſed quid libet ſeruet morē ſuę diocęſis. Vñ in Germania ponitur duntaxat guttula aquę, &c. in locis aũt vbi cõſuetũ eſt ter mergere puerũ, ſi ante ſecũdam vel tertiam merſionē) dicta forma) baptiſmi puer moriatur, vere baptizatus eſt, vt dicit Caie. licet Palude oppoſitũ teneat. Si autē timeatur mors pueri ſi mergeretur, non dēt mergi, ſed ſufficit cum aqua aſpergere quicquid dicat Palu. 4. d. 6. q. 1. ar. 3. nã contra eũ tenent oēs doctores. Si verò q̃s diceret, ego te baptizo in nomine patris &c. & mitteret puerũ in flumē, vtrum eſſet baptiſmus? Rñ. Palu. 4. d. 3. q. 1. & Scotus

d. 5.

d.5.q 3. Et Marſ 4. q.1, & cõis opinio dicit, ꝙ non eſt baptizatus talis puer: Sylu. ẽt tenet idẽ, & hoc ĩtelligẽdũ eſt. etiã ſi ille, qui ſic mittit puerũ, intẽdat eũ baptizare. Maio. autẽ in 4. diſt. 4 q. 2. & Panor. c non vt apponeres, de baptiſmo. tenet qđ eẽt verè baptizatus. Pro vtraque parte eſt apparentia. Ego malleo tenere, qđ eſſet baptizatus, nihil.n. refert mittere eum in aquã, uel mittere plurimam aquam ſuper eum.

CONCLVSIO.

10 *Baptiſmus remittit omnia peccata, etiam actualia, & omnem pœnam pro peccatis debitam.*

Quæritur, vtrum baptiſmus remittat omnia peccata, etiam actualia. Et Videtur quod non, quia inſtitutus eſt contra originale: Sed reſpondetur ex ſentẽtia omnium doctorum, quod baptiſmus remittit oĩa peccata etiam actualia Patet Ezech. 36. Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris. Et eſt determinatum ab eccleſia de conſec. d. 4. c. paruulo, & c. regenerate, & ſunt verba Auguſtini, & figuratũ fuit Exod. 14. in Aegyptijs, de quibus dicitur, nec vnus quidem ſuperfuit ex eis, Vbi dicit Gloſſ. ſic de peccatis omnibus in baptizato. Itẽ originale nõ dimittitur ſine gr̃a, ſed gr̃a non patitur

Baptiſmus an remittat omnia, etiam actualia, & pœnas illis debitas.

ſecũ peccatũ mortale,ergo oĩa peccata mortalia remittũtur in baptiſmo. Hæc concluſio eſt de fide, vt patet ex multis locis ſacræ ſcripturę, & ex c. maiores, de baptiſmus ac proinde nõ licet de ea dubitare. Sed an remittatut tota pœna debita peccati? Reſpon. ex c. ſentent. omniũ doctorum quòd ſic Au. in Enchiri.c. 43. & habetur de conſec. d. 4. c. per baptiſmum, ait; Per baptiſmũ qdqd ab hoĩe dictũ,factũ aut cogitatũ eſt,totũ aboletur, & quaſi factũ nõ ſit,hr̃. Et Amb. qui allegatur a magiſtro ſent 4. di. 4. dr̃ ꝙ in baptiſmo non requiritur gemitus peccatorum,qa gratis oĩa cõdonãtur, ſed ſi nõ remitteretur tota pœna, reqreretur gemitus peccatorũ,ergo. Item qa alias poſt patiſmum imponeretur pęnitentia ſicut in confeſſione,ſed nõ imponitur,ergo nullus relinqtur reatus pęnę poſt baptiſmũ. Itẽ vt dr̃ Ro. 6. in baptiſmo cõmorimur Chriſto. i. applicatur a nobis eius paſsio plenè, ergo totam emũdat cõſciẽtiã. Et ſi ali qua ieiunia baptizandis ante baptiſmũ imponebãtur,uel permittebãtur, hoc erat pp reuerẽtiã baptiſmi,uel ad ſatisfaciẽdũ ꝓ peccatis,nõ ãt ad tollẽdã pęnã Remittitur ẽt rõne baptiſmi fomes,& ĩclinatio ad peccãdũ, dicẽte Auguſtino de cõſecra.diſ.4. c. non ex

An remittat totam pęnam.

æquo,

æquo, ꝙ nõ ex ęquo ſnfeſtatur à fomite baptizatus ſicut non baptizatus. Diminuitur autem non per ſubtractionem, ſed per additionem contrarij, ſcilicet gratię, & uirtutis.

CONCLVSIO.

21 *In Baptiſmo datur gratia.*

Quæritur, vtrũ in baptiſmo detur gr̃a, Rñ. qđ de hoc nõ p̃t dubitari. Nã p̃terquã qđ in ſacra ſcriptura habetur, eſt ẽt determinatũ in cl. vni. de ſumm. Trini. & fide catholi. & in c. maiores de baptiſmo. Et ẽt virgini Mariæ cõtulit gr̃am, cõtra quoſdã, errãtes, & dicẽtes, & ipsã vel nõ habuiſſe p̃ceptũ baptiſmi, vel nõ recipiſſe eius gr̃am. Cõfert etiam uirtutes infuſas vt in prædictis ca. eſt ab eccleſia determinatum. *Gratia et uirtutes dantur in baptiſmo.*

CONCLVSIO.

22 *Varia eſt opinio, ſed communior, quod pueris detur æqualis, actualis uerò ſecundũ diſpoſitionem, et præparationẽ.*

Quæritur, an baptiſmus omnibus conferat æqualem effectum. Reſp. duplicem eſſe baptiſmi effectum, vnum ordinatum, qui eſt gratia & uirtutes, & remisſio peccatorum, atque pænarum. Alterum aliquo modo annexum, vt donũ prophetiæ & gratię gratis datę, & de hoc ſecundo effectu, manifeſtum eſt quod non ſemper omnibus confertur æqualis. De pri-

Baptiſmi effectus an ſit æqualis in omnibus ſuſcipientibus.

mo verò eſt inter theologos concertatio. Scotus .n. & Gabriel. & Caiet. tenent, quod licet rõne ſacramenti detur determinata gratia, tñ ratione deuotionis miniſtrorum (vel quia vnus eſt prædeſtinatus ad maiorem gratiam, quam alius) eſt maior effectus baptiſmi in vno quam in alio: Sed ego non dubito, quin hoc ſit falſum, & contra ſanctum Thom. ſed dico, quòd ſemper ratione ſacramenti datur ęqualis gr̃a. Ita tenet Maio. q. d. 4. q. 3. & hoc intelligę de puero. Nam de adulto non negarem, quin maiorem gratiam baptiſmi recipiat vnus quàm alius, quia eſt maior diſpoſitio in vno quam in alio.

CONCLVSIO.

23. *Ille qui eſt in actuali voluntate peccandi, non eſt Baptizandus.*

An ſit baptizandus qui eſt in actuali uoluntate peccandi.

Quæritur, vtrum qui eſt in actuali voluntate peccandi, ſit baptizandus? Reſp. S. Tho 3. p. q 68 artic. 4. & arti. 8. d. 4. & Scotus. 4. diſt. q. 5. Et Palude. 4. di. 4. q. 1. Et Duran. 4. p. 4. q. 2. quod talis non eſt baptizandus, & de hoc non eſt dubitandum. Et Augu. (& habetur, de conſec. diſtin. 4. capi. omnis qui) ait; Omnis qui iam ſuę voluntatis arbiter conſtitutus eſt, cum accedit ad ſacramentũ fidelium, niſi pæniteat, non poteſt nouam uitã inchoare. Ab hac pęnitentia, cùm baptizantur,

tur, ſoli pueri immunes ſunt. Item Actu.2. Agite pœnitentiam, & baptizetur unuſquiſque ueſtrum. Pœnitentia autem, quæ ante baptiſmum requiritur, debet eſſe contritio, ſicut & in ſacramento confesſionis, niſi excuſetur ignorantia, qua putat ſe ſufficiẽtem dolorem habere, cùm tamen non habeat, tunc enim ſufficit attritio cum ſacramento, ſicut etiam de pœnitentia. Et per omnia ſimilis dolor requiritur ante baptiſmum, ſicut ante pœnitentiam, quia dolere de peccatis, eſt de iure naturali, quod non impeditur à iure diuino. Baptiſmus autem in peccato mortali ſuſceptus, ualere incidit, fictione recedente, vt determinat Auguſt cap. tunc ualere de conſecratione diſtiđ. 4. maximè ſi habuerit attritionem. Sed quæritur, quare hoc ſacramentum habeat iſtud priuilegium, quod recedente fictione ualeat, cùm Euchariſtia non habeat illud, immo nec pœnitentia? attritio.n. poſt pœnitentiam nihil valet, quamuis cum pœnitentia valeat, & tamen attritio poſt baptiſmum illius in quo peccati attritio non erat, in quo erat fictio, ſufficit ad hoc ut baptiſmus cõferat gratiã ex opere operato. Reſpõdet ſanctus Tho 4 diſtin.4. quæſt.3. articu. 2. quod ratio diſcriminis eſt, quia

An recedente fictione ualeat.

bap

baptiſmus imprimit characterẽ, quia iam talis eſt verè baptizatus,& baptiſmus non poteſt iterari, & ſi ſic non reparaetur, effectus eius eſſet in vacuũ ſuſceptus. Effectus autem aliorum ſacramentorum iterabilium poteſt recuperari.

CONCLVSIO.

24 *Baptiſmus eſt triplex, flaminis, ſanguinis, & aquæ.*

Baptiſmus triplex.

Quęritur, an ſint plura baptiſmata. Reſp. quod ſic; nam triplex eſt baptiſmus, uidelicet, flaminis, ſanguinis,& aquæ, ut no. Glo. ſuper illud Hebr.6. Baptiſmate doctrinæ. Et de baptiſmo flaminis fit mentio. 1. 5. q. 1. c. firmisſimè,& ibi Glo.& de conſecr. d.4. c. neceſſarium, & ibi Gl. & Greg. Nazianzenus, lib. de ſeculis. Epiphanis,& Bernardus Epiſt.77. martyrium uocat baptiſmum. Et Casſiodo. de origine officiorum ca.24. ponit hæc tria baptiſmata. Et Origen. 4 Leuit. & Auguſt. 13. de Ciuitate Dei. cap.7. Baptiſmus autem flaminis uocatur pœnitentia peccatorum,& quæcunque conuerſio in Deum ſufficiens ad infuſionem gratiæ, qui non uocatur ſacramentum quia non confert gratiam ex opere operato. Nec Martyrium uocatur ſacramentum, quia iam eſſent plura quam ſeptem ſacramenta nouę legis. Nec

ſunt

ſunt neceſſariæ in martyrio res & verba, materia & forma. Sacramenta autem omnia conſtant ex illis.

CONCLVSIO.

25 *Pueri ſunt baptizandi.*

Quæritur, vtrum pueri ſint baptizandi? Et uidetur quod non, quia nemo debet baptizari, niſi voluntariè, ſed in pueris non eſt uoluntarium, ergo? Reſpondeo, nullo modo eſt dubitandum quòd pueri ſi non baptizantur, damnantur, ſi autem baptizātur, ſaluantur. Hoc expreſsè determinatur in cap. maiores. de Baptiſmo. & Io. 3. dicitur, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, &c. Et Aug. contra Iulian. & de baptiſmo paruulorum. c. 13. & 30. & de fide ad Petrū, c. 6. & in multis alijs locis determinat, quòd pueri ſine baptiſmo damnātur, & cum illo iuſtificantur. Pueri enim habent originale peccatum, ſecūdum illud Rom. 5. Omnes in Adam peccauerunt, ſed in noua lege, nō eſt aliud remedium contra originale, niſi baptiſmus, ergo. *Pueri an ſint baptizandi.*

CONCLVSIO.

26 *Amentes, qui nunquam habuerunt vſum rationis, debent baptizari, ſi autem habuerunt, & tunc nolebant, non ſunt baptizandi; ſi uolebant, ſunt baptizandi.*

Quæ-

Amentes & furioſi an ſint baptizandi.

Quæritur, vtrum amentes & furioſi ſint baptizandi? Reſpo. quod ſi aliquis ſit perpetuò amens, quia ſic natus eſt, & nunquam habuit uſum rationis, talis eſt baptizandus, quia idē eſt iudicium, ac de puero. Secundo dico, ꝙ ſi amens habuit ſanum vſum rationis, & tunc quādo erat ſui compos voluit baptizari, licet poſtea inciderit in amentiam, eſt baptizandus ſine dubio. Verum, ſi quando habuit uſum rationis, & voluit baptizari, & conſtat eum fuiſſe in aliquo peccato mortali, a quo nolebat abſtinere, male faceret, qui eū baptizaret. Si aūt talis de facto baptizētur uerū conſequatur gratiam? Doctores cōcorditer dicunt, quòd nihil ſibi proficeret baptiſmus. Nec ego oppoſitum auderem determinatè dicere. Probabile tamen exiſtimo, cùm baptiſmus ſit in remediū peccatorū, quòd habet efficaciam erga attritum, qui eſt in mortali. Et poteſt etiam baptizari cùm ſit in originali talis furioſus, ꝙ ſi baptizetur in caſu dicto, ſaluabitur, ne ponamus aliquē in uia, extra ſtatū ſalutis. Hoc credo multum probabile. Tertio dico, quod ſi talis cùm habuit vſū rationis, uoluit baptizari, poſtea lapſus in amentiam non pōt baptizari, quia uoluntas præterita reputatur præſens, & ſi baptizetur, nihil

hil

hil ei valet baptiſmus, vt videtur. Quarto dico, ꝙ ſi ſit taliter amens, de quo creditur, quod redibit in priſtinam ſanitatem, etiã ſi ante amẽtiam voluerit baptizari, non eſt baptizandus, ſed propter reuerentiam ſacramenti expectãda eſt eius conualeſcentia, dummodo non ſit periculum de morte eius.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CONCLVSIO.

27 *Varia eſt opinio, ſed tamen pueri ſub cura parentum infidelium degentium, non ſunt baptizandi inuitis illis.*

Quæritur, an pueri infidelium ſint inuitis parentibus baptizandi? Eſt quæſtio grauis: & tractatur a S Tho. 3. p. q.68. ar. 10. 4. d. Capr. & multi Thomiſtæ tenent partem negatiuam, ſcilicet, quod nullo modo licet baptizare filios infidelium quorumcunque, ſiue illi ſint pagani, ſiue Iudæi ſiue liberi, ſiue ſerui, inuitis parentib. Scot. 4. d. 4 q.9. tenet cõtrarium, ſcilicet, quid ſunt baptizandi. Durand. autem libro & di. ead. quæſt. 8. & Caieta. 2. 2. quæ. 10. art. 12. tenent uiam mediam. Dicit enim hæc opinio eſſe diſtinguendum de infidelibus. Quidam enim ſunt ſui iuris, & non ſerui chriſtianorum, & talium filij non ſunt baptizandi inuitis parentib. Alij infideles ſunt ſerui Chriſtianorum, quales ſunt, qui iure

An pueri infideliũ ſint baptizandi inuitis parẽtibus.

iure belli ſunt ſerui, & etiam Iudæi ſecundum iſtos,& filij eorũ quia occiderunt regem noſtrum,& horum filij poſſunt,& debent inuitis parentibus baptizare. Hanc opinionem putat Caiet. eſſe S. Tho. Pro huius quæſtionis ſolutione notandum, quod per parentes in propoſito, non intelligimus ſolos genitores, ſed etiã eos, in quorum cuſtodia, & cura ſunt filij. Vnde ſi puer infidelis, iuſto titulo, uel etiam iniuſto (vt bene dicit Capre.) venerit ad terras Chriſtianorum, cũ iam non posſit eſſe ſub cura genitorũ, ſed ſub cura dominorum Chriſtianorum, eſſet baptizandus. Nam ſi tales non liceret baptizare, cùm proprij parentes non posſint eorum curam gerere, eſſent pueri extra ſtatum ſalutis. Sed ſi ſunt ſub cura parentum, S. Tho. determinatè & abſolutè reſpõdet, quòd tales non ſunt baptizandi inuitis parentibus,& ita tenendum eſt. Et eccleſia tales pueros,in terris paganorum, ſub cura parentem degentes, nunquã conſueuit baptizare. Quamuis eorum parentes male utãtur dominio, quod in ipſos habent. Nos tamen non ſumus eorum iudices, dicente Paulo, de his qui foris ſunt, nihil ad nos.

Sicut ergo nõ poſſunt cogere Chriſtianum ad audiendam miſſam die

Dominica, licet habeat præceptũ audiendi eam, quia non ſunt executores huius legis. Et cap. Iudæi. 28. q. 1. & ca. ex licitis, de conuerſione infidelium, habetur, quod ſi alter infideliũ fiat Chriſtianus, baptizentur eius filij pueri, ergo ſi nullus parentum cõuertatur, non debent baptizari.

CONCLVSIO.

28 *Baptiſmus datus à quocunque abſciſſo ab Eccleſia quocunque modo, dummodo intendat facere quod facit Eccleſia, verè eſt Baptiſmus.*

De Miniſtro.

Mali miniſtri, an conferãt vera ſacramenta.

QVæritur, vtrum mali miniſtri conferant uerũm baptiſmum, & alia ſacramenta. Reſpondetur ſecundum omnes doctores quod ſic, & oppoſita aſſertio eſt hæreſis, ut diffinitum eſt in Conc. Trid. ſed. 7. de ſacramentis in genere, Can. 12. cuius uerba ſunt: Si quis dixerit miniſtrum, in peccato mortali exiſtentem, modo omnia eſſentialia quæ ad ſacramentum conficiendum aut conferendum pertinent, ſeruauerint, non conficere, aut non conferre ſacramentum, anathema ſit. Et hoc idem eſt determinatum ab ecclesia in cap. Rom. de conſec. diſt 4. ubi dicitur, Romanus Pontifex non attendit hominem, qui baptizat, ſed ſpiritum Dei ſubminiſtrare

re gratiam baptiſmi, licet paganus ſit qui baptizat,& 1. quæſt. 1. cap. ſi iuſtus fuerit. Non eſt de hoc dubium apud fideles, & oppoſitum dicere eſt error Vuicleſiſta. Sed de hæreticis miniſtris fuit olim altercatum inter doctores, an conferrent vera ſacramenta; Vnde Cyprianus cum epiſcopis prouinciæ Aphricæ,& aliarum duarum, Carthaginem cõuenerunt, vbi Cyprianus determinauit, quod ab hæreticis baptizati,eſſent rebaptizandi,& perſeuerauit in ea opinione,vt patet cap. ſi quis inquit. 1. quęſt. 1. & c. quomodo exaudiet, de conſec. diſ. 4. Augu. autem lib. vno de baptiſmo, dicit quod ſi quid erroris,ibi Cyprianus tenuit falſæ opinionis,eſt remotum. Et de baptiſmo contra Donatiſtas li. 6 & 5. c. 23. & in multis alijs locis, dicit quod conciliũ vniuerſale totius eccleſiæ, poſt illud Carthaginenſe celebratum, determinauit, ꝙ hęretici conferant vera ſacramenta,& ita eccleſia tenet, & in ca. ad abolendam de hæreticis dicitur,quod qui aliter de ſacramentis eccleſiæ ſentit & docet, quàm Eccleſia Romana, hæreticus eſt. Et ſi Ambr. libr. de initiandis iudibus, & habetur 1. q. 1. ca. non ſanat. dicat, ꝙ baptiſmus perfidi non mundat, ſed polluit, loquitur de baptiſmo Arrianorum, qui ponebant

aliã formã. ſ. in nomine filij ſerui. Et eadẽ veritas diffinitur, tanquam de fide tenenda,& oppoſitam aſſertionem eſſe hæreticam in Cõcilio Trid. ſeſſ. 7. de baptiſmo Canon.4. cuius verba ſunt; Si quis dixerit baptiſmum, qui etiam datur ab hæreticis in nomine patris,& filij,& Spiritus ſancti cum intentione faciendi quod facit eccleſia, non eſſe uerum baptiſmum, Anathema ſit.

CONCLVSIO.

29 *Huius articuli concluſio habetur quando tractatur de confeſſione, in quæſtione 235. & duobus ſequentibus, hic uide textum.*

Quæritur, utrum miniſter exiſtens in peccato mortali, peccet mortaliter adminiſtrans ſacramentum: Reſpon. S.Thom.3. par.quæſt.64.arti.6. quod ſic; quia eſt notabilis irreuerentia diuinorum, contra præceptum iuris naturalis. Admonet tamen Caietan. hoc eſſe ſanè intelligendum. Nam ad hoc, quod talis actio ſit mortalis, requiruntur tria, 1. quod ſit miniſter ita quod faciat actum religionis. Et quo patet contra Adrianum,quod qui eleuaret hoſtiam iacentem in luto, non peccaret, eſto quòd eſſet in mortali, quia illa actio non eſt miniſtri,inquantũ miniſter eſt, Secũdo requiritur

Miniſtrãs ſacramenta in peccato mortali an peccet mortaliter vide quæſtionem 135. cũ duob. ſequentibus.

quiritur ad hoc, quòd ſit mortalis; ꝙ actio illa ſit ſacramentalis i quod procedat à ſacramento. Vnde diaconus in mortali, legẽs euangelium, peccat mortaliter, quia illa actio procedit à ſacramento ordinis, & terminatur ad ad Euchariſtiam. Tertiò irreuerentia iſta eſt mortalis, ex genere, ſed dùm ſecrete, & ſine ſolennitate in neceſsitate baptizat in mortali, peccat veniali ter tantum, quia facit id in perſona alterius, & non ut ſacerdos.

CONCLVSIO.

30 *Sacramenta poſſunt recipi ab illis, qui tolerantur ab* Eccleſia*, non autem ab illis qui non tolerantur; excepto Sacramento baptiſmi, quod licet omnibus etiam excommunicatis, & infidelibus in neceſſitate, conſtitutis conferre.*

Sacramẽta a malis miniſtris recipere, an ſit licitũ.

Quæritur, an liceat recipere ſacramenta a malis miniſtris, ſcilicet à concubinarijs. &c. Sanct. Th. 3. par. quæſtione 64. art. 6. in ſolutionibus argumentorum, & 4. diſ. 5. q. 2. tractat hanc materiam. Reſpondeo, ꝙ duplex pōt eſſe miniſter malus, unus qui toleratur ab eccleſia, quoniam ſcilicet non eſt excommunicatus, nec præciſus, & à tali licitum eſt recipere ſacramenta. Non tamen (ut bene notat Caiet.) licet eum inducere ad conferendum

ſacra-

ſacrameutum,niſi in duobus caſibus. Primo quando ipſe tenetur conferre ſacramentum illud, puta quia eſt curatus,& dominica die poſſum eum inducere ad celebrandum, licet ſit in mortali,quia ego utor iure meo, & ego quod ipſe poteſt bene facere, & ſi male agit,ipſe uiderit. Secundo in art. necesſitatis, quando in periculo mortis egeo baptiſmo, poſſum inducere tunc miniſtium quantumuis pesſimum ad conferendum mihi ſacramẽtum Alter poteſt eſſe miniſter malus, qui ſit excemunicatus, & præſciſus ab eccleſia, & a tali non licet recipere baptiſmũ, ac proinde nec aliud quod quis ſacramentum Has duas propoſitiones ponit ſanctus Thom.Caie.Duran.Palu. Adri.& Scot qui addit,quod ſi ſim in extrema neceſsitate, & egeo baptiſmo,& ſunt duo qui poſſunt me baptizare,ſcilicet laicus bonus, & ſacerdos iniquus,potius debeo inducere ſacerdotem ad me baptizandum, quam ſecularem, & bene dicit; nam laicus non eſt miniſter ſacramenti baptiſmi,niſi in defectu ſacerdotis. Tẽpore verò neces ſitatis licitum eſt etiã ſuſcipere ſacramentum baptiſmi ab excommunicato,& preſciſo, vt bene dicit ſanctus Tho.& Scotus; nam talis miniſter ſolo iure poſitiuo impeditur

ditur ab adminiſtratione ſacramentorum, ſed in caſu neceſſitatis eſt præceptum de iure diuino, ut iſte baptizetur, & quod ille eum baptizet, ergo. Et ita determinatur in c. ſi quem forte, & ſubdiaconus. 24. q. 1. Et Auguſt. allegatur ab Adriano in libro de vno baptiſmo, de quodam, qui in extremis ab hæretico eſt baptizatus. Super quo Auguſtinus ait non ſolum, quod fecit, non improbamus, ſed etiam ſecuriſſimè, & verisſimè laudamus. Poſſunt ergo, & tenentur in articulo necesſitatis, ab hæreticis, excommunicatis, præciſisq; ſuſcipere ſacramentum baptiſmi, ut dictum eſt.

Ab excõmunicatis, an liceat ſacramenta recipere.

Hoc autem quod diximus, non eſſe licitum recipere ſacramenta ab excommunicatis, intelligit de ſolis illis, qui nominatim ſunt excommunicati, uel ob notoriam percusſionem clerici. Sic enim determinatum eſt in Concilio Conſtantienſi, & in Concilio Baſilienſi. Cùm alijs verò excommunicatis idem iudicium eſt, ſicut de miniſtris peccatoribus, non enim tenemur eos vitare, etiam in participatione ſacramentorum, niſi ſicuti malos miniſtros, non inducendo eos ſine necesſitate ad ſacramenta conferenda.

CON-

CONCLVSIO.

31 *Expectanda eſt pueri natiuitas, vt baptizetur, tamen ſi timeatur mora faciendum, vt dicit auctor.*

Quæritur, an ad baptizandum puerum expectanda ſit eius natiuitas ex vtero? Reſpon. ſecundum omnes docto. quod ſic, & habetur de conſecra. diſt. 4 c qui in maternis. Verum ſi timeatur de eius morte, & manu obſtetricis poſſe realiter mitti aqua, & verba dici eſſet verus baptiſmus. Si autem periclitetur puer naſcens, & appareat caput, baptizetur, & erit verus baptiſmus, vt S. Thom. 3. par quæſtio. 68. artic 11.4. vbi ait, quod ſi eſſet omnino natus ſufficeret mittere aquam in caput, ergo, &c. Si autem alia pars appareat ſcilicet pes, vel manus, dicit S. Tho. Dur. Pa'u & eſt communis opinio, ꝙ licet non ſit certum an eſſet verus baptiſmus, baptizandus tamen eſt, & poſtea ſi naſcatur, debent ſub conditione iterum baptizari. Pal. contendit probare, ꝙ certiſſimè erit baptizatus, licet non intingatur in aqua, niſi pes, vel manus. Sed tamen non eſt ita certum, ut ipſe putat, Panormi. & Innoc. in c debitum. de baptiſmo videntur ſentire, quod quælibet pars ſufficiat ad baptiſmum, & verè eſt in hoc magna apparentia.

An puer in utero matris ſit baptizãdus.

CONCLVSIO.

32 *Nullo modo aperienda eſt fœmina prægnans, & periclitans, ut extractus puer baptizetur, ſed cum mortua fuerit, tunc eſt aperienda.*

Mulier pregnans condemnata ad mortem, uel propinqua, an ſit aperienda, ut partus baptizetur.

Quæritur, quid faciendum eſt de prægnante damnata ad mortem; Reſp. quod eſt expectandus partus Patet in lege. neg. ff. de ſtatu hominum & in lege. prægnantis. ff. de pœnis. & aliud facere, eſſet grande ſacrilegium. Sed quid ſi illa ægrotet ad mortem, an ſit aperienda, ut fœtus baptizetur? Reſpondeo, quod tēporibus noſtris quidā medicus conſuluit, ut fieret ſciſſio, ſed peſſimè proculdubio, nam nullo modo licet; non enim ſunt facienda mala, ut veniāt bona, & nō poteſt omnino eſſe certa mors matris, & dato ꝙ eſſet certa, aperire eā uiuentē eſſet occidere eam, quod eſt immane ſcelus. Poſtea vero cum mater moriatur aperienda eſt, & puer ſi uiuus reperiatur baptizandus, vt in lege poſth. ff de in offic. teſtamen. Solinus dicit de Iulio Cæſare, qđ ſic fuerit ab utero matris extractus, & idem dicit Palu Sed hoc non eſt uerum, de Iulio Cæſare, ſed de alijs Cæſaribus.

CONCLVSIO.

39 *Pueri cito ſunt baptizandi.*

Quæ-

Quæritur, quo tempore ſint pueri baptizandi? Reſpondeo ſecundum ſanctum Tho quod ſtatim. Quia ratione baptiſmi, Deus & angeli habent maiorem coram illorum, nō dico ſtatim id eſt eadem die. Eſt enim magna abuſio in noſtri temporibus, quod ſemper antequam puer ducatur ad eccleſiam eſt baptizatus. Sed ſi timetur eius mors, & eſſet periculum, bene quidā, ſin autē melius eſt, ut in eccleſia baptizetur, Si autē adulti ſint baptizādi, non debēt diu differre baptiſmū, propter pericula interim imminētia, debent tamē prius inſtrui in fide. Tēpore etiam interdicti, licitum eſt baptizare, ut patet in c. quoniam. de ſententia excommunic. lib 6. *Pueri an ſunt ſtatim bapti zandi.*

CONCLVSIO.

34 *In baptizante requiritur ſaltem intentio faciendi quod facit Eccleſia.*

Quæritur, vtrum ad baptiſmum requiratur intentio baptizantis. Reſpondeo ſecundum S. Thom. 3. p. q. 94. art. 8. & ſecundum omnes doctores, quod ſic, & eſt ſecundum adē ita tenendum, & oppoſita aſſertio eſt hęreſis, vt diffinitur in Concilio Trid. ſeſſ. 7 de ſacramentis in genere Can. 11. cuius verba ſunt. Si quis dixerit in miniſtris di in ſacramenta confi- *An in baptiſmo requiratur intentio baptizandi.*

ciunt, & coferunt non requiri intentionem ſaltem faciēdi quod facit Eccleſia anathema ſit. Idem fuit diffinitum, in Conc. Flor. ſub Eugenio iiij. cuius uerba ſunt, Hæc omnia ſacramenta nouæ legis tribus perficiuntur, ſcilicet rebus, tanquam materia, verbis, tanquam forma, & perſona miniſtri conferentis ſacramentū cum intentione faciendi, quod facit eccleſia. Quorum trium ſi aliquod deſit, non perſicitur ſacramentum. Præterea eadem ueritas patet. Nam quando ad vnum cōcurrunt multa oportet quid ſit aliquid, per quod ex illis multis fiat vnum. In baptiſmo autem concurrunt multa, ſcilicet materia, & forma, baptizans, & baptizatus, &c. Ergo oportet, cum ſacramentum ſit unum, ꝙ per aliquid fiat unum, ſed non uidetur quomodo aliter fiat unū, niſi per hoc quod applicantur iſti per intentionem, ergo intētio requiritur. Item oportet ꝙ baptiſmus ſit actio humana, nam ſi inſanus baptizaret non eſſet baptiſmus, ſed non pōt eſſe actio humana ſine intentione, ergo requiritur intentio faciendi quod eccleſia intendit. Requiritur intētio baptizādi, non aūt quando baptizat requiritur actualis intentio, ſufficit enim virtualis, ideſt quod prius voluerit baptiza-

Inſanus baptizās nihil facit.

re,

re, licet tūc quādo baptizat, cogitet de impertinentibus. Furioſus vero bapti zare non poteſt, quia nō habet intētio nem quæ requiritur, ut dictum eſt. Si autem ſacerdos putet ſe baptizare Petrum, & baptizat Martinum, quia iam intendit baptizare, uere baptizat, licet erret in perſona. Imo quamuis erret in ſexu putans ſe baptizare Franci ſcum & baptizet Ioannem contra Ho ſtienſ.

CONCLVSIO.

35 *Baptiſmus non poteſt iterari.*

Quæritur, an baptiſmus poſſit iterari. Reſpondeo ſecundum omnes doctores quod non, & ita eſt de fide te nendum, ut diffinitur in Conc. Trid. ſeſſ 7. de baptiſmo. Cano. 11. cuius verba ſunt. Si quis dixerit uerum, & rite collatum baptiſmum iterandum eſſe illi, qui apud infideles fidem Chri ſti negauerit cum ad pœnitentiā conuertitur, Anathema ſit. San. Tho. 3. p. q. 66. artic 9. tractat de hoc. Et patet, quia ad Epheſ. 6. dicitur. Vna fides, vnum baptiſma. Et ad Hæbreos 6 impoſſibile eſt enim eos, qui ſemel ſunt illuminati, &c. & prolapſi ſunt, rurſus reuocari ad pœnitentiam. Quidam hæretici hunc locum intelligebant de pœnitentia. Contra quos Auguſti. lib. de uera & falſa pœnitentia, cap. 3.

Baptiſmus an poſſit iterari.

oſtendit prædictum locum neceſſario eſſe intelligendum de baptiſmo. Similiter Damaſ. di. 4 cap. 1. Nam ſi de pœnitentia intelligeretur, eſſet cõtra illud euangelij. Matt. 18. non dico ſepties, ſed ſeptuagies ſepties. Et eſt determinatio eccleſiæ, de conſec d. 4. c. rebaptizare, & ſunt uerba Auguſtini ad Maximinum, Rebaptizare hæreticum hominem omnino peccatum eſt, rebaptizare autẽ catholicum, immaniſſimum ſcelus eſt. Habetur etiã. 1. q. 1. c. quod quidam. Eſt autem ſecundum S. Tho. multiplex huius ratio Baptiſmus enim eſt quędam natiuitas, & regeneratio, ſed homo in uita corporali non poteſt ſemel iam natus denuo naſci, ergo nec in uita ſpirituali. Item in baptiſmo commorimur Chriſto, ut dicitur, Rom. 6. Sed Chriſtus tantũ ſemel mortuus eſt, ergo. Itẽ baptiſmus imprimit characterem indelebilem, ergo. Item quia datus eſt in remediũ cõtra originale peccatũ, ſed hoc peccatũ ſemel dimiſſum non poteſt redire, ergo nec baptiſmus poteſt iterari, quod ſi reiteretur, nihil omnino ualet ſecundus baptiſmus. Qui autem bis baptizat manet irregularis, ut patet in c. ex literarum. de apoſta. Et eſt notandum quod baptiſmus non debet iterari, nec abſolute,

nec

nec ſub conditione, ſi conſtat quod antea ſit baptizatus, etenim qui baptizaret ſub conditione eum, qui iam eſt baptizatus, irregularitatem incurrit, ut patet ex uerbis Aug. quæ Mag. ſenten. adducit. 4. diſtin. 6 dubitans an qui Iudicrè baptizaret, cõferret uerum baptiſmum. Ait Auguſtinus implorandum eſſe diuinum auxilium gemitibus, & orationibus Si tantum anxiabatur Aug. quomodo licet rebaptizare etiam ſub conditione? Et peſſima abuſio in partibus noſtris rebaptizare ſub conditione, ſed debet parochus diligenter quærere, an puer ſit baptizatus & ſi cõpererit quod ſic, nullo modo debet eum rebaptizare: ſi conſtet oppoſitum, debet eum baptizare: Si autem ſit uere dubium, determinat eccleſia c. 2. de baptiſmo. quod baptizetur ſub conditione. Me præſente adductus eſt quidam puer ad baptiſmum, & quibuſdam dicentibus eum iam eſſe baptizatum, alijs vero hoc ipſum negantibus admonui clericum, ut quæreret prius veritatẽ, qui dixit mihi, O pater non curetis, expectetis modicũ, & uidebitis, quid ego facio Hęc dicens arripuit puerũ, & ait Alphonſe, ſi tu es baptizatus ego non te rebaptizo, ſi non es baptizatus, ego te baptizo in nomine pa-

tris, & filij, & ſpiritus ſancti. Hæc eſt magna abuſio, nec toleranda.

CONCLVSIO.

36 *Si aliquis in articulo mortis baptizatus abſque ſolennitate, ſi ſuperuixerit debet duci ad eccleſiam, ut ſolennes cærimoniæ adimpleantur.*

Baptizatus ſecreto, debet publicè benedici.

Quæritur, an baptizato puero ſecrete, debeant repeti ſolennes illæ cærimoniæ, & benedictiones eccleſiæ, Reſpon. quod ſic vt ait Palude, & cõis ſententia. Sed quid ſi credens curatus iam puerum eſſe baptizatũ, & dixit ſolenniter omnia illa, quæ concomitantur baptiſmũ ſine immerſione tamẽ: an poſtea ſciens illum non fuiſſe baptizatum, debeat baptizare ſine ſolennitatibus prædicti. Reſpon. quod non, ſed debet de nouo ſolenniter baptizare, quia ſolennitates nõ ſunt de eſſentia baptiſmi. De ritu baptiſmi, an ſit conueniens? conſules S. Th. 3. p. q. 66. art 10 & de cathechiſmo, exorciſmo que 3. p. q 71. Quanti autem habendi ſint ritus ſacramentorum, qui per eccleſiam ſunt recepti & approbati, vide & pondera in diffinitione celeberrima Concilij Trid. ſeſſ 7. de ſacramẽtis in genere, Cano. 13. cuius uerba ſunt. Si quis dixerit receptos, & approbatos eccleſiæ catholicæ ritus in

ſolenni ſacramentorum adminiſtratione adhiberi conſuetos; aut cõtemni, aut ſine peccato a miniſtris pro libito omitti, aut nouos alios per quemcunque Eccleſiarum paſtorem mutari poſſe, anathema ſit.

CONCLVSIO.

37 *Varia eſt opinio.*

Quæritur, an in catechiſmo puerorum, quando reſpondent pro eis abrenuncio, ſit ibi noua obligatio pueri, an ſic maneat puer obligatus, ſicut ſi feciſſet uotum? Reſpon. quod Durandus videtur dicere quod ſic. Palu. tamen bene dicit, quòd ibi nulla eſt obligatio, etiam ſi qui baptizatur ſit adultus Non enim intendit Eccleſia obligare eos de nouo, ſed ut acceptent ea, ad quæ tenentur Chriſtiani. Notandum etiam quod in cathechiſmo cõtrahitur quædam cognatio ſpiritualis inter ſuſceptorem, & ſuſceptum; inter patrinum uero filiosque eius & baptizatum contrahitur affinitas ſpiritualis. Si autem non baptizetur, ſed fiant ſolennitates tantum contrahitur etiam affinitas, ſed imperfecta: nam prima dirimit matrimoniũ, non tamen ſecunda vt habetur de cognatione ſpirituali cap. 5.

An abrenũciatio baptizati ſit uotum.

CONCLVSIO.

38 *Materia, & forma baptiſmi debent ſimul concurrere, quando aliquis baptizatur.*

Materia, & forma baptiſmi debent ſimul concurrere.

Quæritur, An in ſacramento baptiſmi, oporteat ſimul concurrere materiam & formam baptiſmi? Reſpond. ſecundum omnes quòd ſic, Patet ex Auguſtino, & habetur ca. detrahe. q. 1. accedit uerbum ad elementum, & fit ſacramentum. Iſta autem ſi multas ſm Scotum intelligitur modo humano, quia Euangeliſtæ loquuntur hominibus, ac proinde ſatis eſt, quod materia & forma ſint ſimul eo modo, quo aliqua dicuntur eſſe ſimul apud homines. Non credo tamen quod requiratur quod ante quam immerſio aquæ finiatur, incipiantur uerba, ſed ſufficit quod poſtquam dixit. Ego te baptizo, in nomine patris, & filij & ſpiritus ſancti, mittatur aqua. Nec de hoc dubito, iam enim iſte eſt baptizatus, in nomine patris, & filij, &c ſicuti in Euangelio præceptum eſt: Et hæc de baptiſmo.

SEQVITVR DE SACRAMENTO Confirmationis.

De Sacramento Confirmationis tractat Magiſter ſenten. 4. diſt. 7. & San. Thom 3. par. 5. 72 &c.



De confirmatione.

CONCLVSIO.

39 *Confirmatio eſt vere, & proprie ſacramentum, à Chriſto inſtitutum.*

QVÆRITVR, ante oĩa, *Confirma*
an Cõfirmatio ſit à chri *tio an à*
ſto inſtituta? Ad hoc di- *Chriſto*
cũt quidam, quod cõfir *inſtituta.*
matio nõ fuit inſtituta
a Chriſto nec ab Apoſtolis, ſed ab Ecclesia. Hoc tenet Alex. de Ales 4. p. q. 23. membro. 1. & San. Bonau. 4. d. 7. &

Alex. ait, ꝙ cõfirmatio fuit inſtituta in conc. Meldẽſi. Oppoſitũ tenet omnis ſchola theologorũ. Opinio tamen Alexandri nõ eſt hæretica, quia nõ negat cõfirmationem eſſe ſacramentũ, ſed dicit quod Chriſtus habens poteſtatem condendi ſacramenta, cõicauit illã eccleſię. Sed nos dicimus confirmationem inſtitutã eſſe à Chriſto, nã Apoſtoli cõfirmabant, ut patet Act. 8. & 19. Et confirmati recipiebant ſpiritum ſanctum, etiam uiſibiliter, & non legimus, ꝙ ipſi apoſtoli hoc inſtituerunt, ergo. Et quod fuerit ante conc. Meldenſe, patet, de conſecr. diſt. 5. ubi Melchiades, Vrbanus, & Fabianus, antiquiſsimi Pontifices loquuntur de confirmatione, ſicut de re in eccleſia conſueta. Et S. Cle. qui Petro ſucceſſit in epiſt. 5. ad uniuerſos, & Cyprianus in Conc. Carthag. & Hieron. aduerſus Luciferien. Cum autem ſacramenta ſint inſtrumenta noſtræ redemptionis, quam Chriſtus, operatus eſt uſque ad reſurrectiõnẽ, oportet dicere omnia ſacramẽta inſtituta fuiſſe ante reſurrectionẽ Chriſti. Inſtituit ergo Chriſtus hoc ſacramẽtũ, Io. 16. quando promiſit apoſtolis ſpiritum ſanctũ, quo cõfirmarentur uirtute ex alto. Illa enim miſsio ſpiritus ſancti in Pentecoſte, uel fuit ſacramentum confirma-

firmationis, vel habuit locum eius.

Quòd aũt confirmatio ſit ſacr̃m verè & proprie & quod ſit a domino noſtro, Ieſu Chriſto inſtitutum, eſt ab omnibus fidelibus tãquam de fide firmiter tenẽdum, vt iam ſuperius diffinitum eſt cum de ſacramentis in cõi ageremus. q. 4. & 5 Item hoc idem probatur ex eodem concilio Tridentino ſesſione 7. de cõfirmatione Can. 1. cuius verba ſunt. Si quis dixerit cõfirmationem baptizatorum ocioſam cæremoniam eſſe, & non potius verũ & proprium ſacramentum, aut olim nihil aliud fuiſſe, quam cathechefim quandam, qua adoleſcentiæ proximi, fidei ſuę rationem coram eccleſia exponebant, Anathema ſit.

CONCLVSIO.

40 *Chriſma ex oleo, & Balſamo confectũ, & materia confirmationis.*

Quæritur, quę ſit materia huius ſacramenti, neceſſario enim eſt danda in eo aliqua materia, ut patet ex ritu eccleſ. & authoritatibus ſanctorũ, & quia omnia alia ſacramenta conſtant ex materia & forma: ergo etiam hoc. Et oppoſitum dicere eſſet temerarium, nam in forma huius ſacramenti ſignatur materia, dr̃. n. conſigno te ſigno crucis. & confirmo te chriſmate ſalutis. Rñ. quod materia huius ſacra-

Materia confirmationis eſt chriſma

menti

menti eſt Chriſma. Vt patet ex diffinitione concilij Floren. ſub Euge. 10. 4. vbi ſic dicitur. Sacramenti confirmationis materia eſt chriſma, confectum ex oleo & balſamo, & per epiſcopum benedictum. Hoc uocabulum Chriſma eſt Græcum, & accipit eccleſia illud ex Diony. c. 4. de eccleſiaſtica hierarchia, & ſignificat unguẽtum cõpoſitum ex oleo & balſamo, vt patet in c. vno. de ſacra vnctione. Balſamũ autem neceſſarium eſt in materia confirmationis neceſſitate præcepit, vt patet ex c. vno. & c. nouisſime, de cõſec. 5. & c. 1. de ſacramentis non iterandis. Et ex ritu eccleſiæ. Non eſt autem neceſſarium neceſsitate ſacramenti, nam balſamum eſt in ſola Syria terra paganorum, & difficulter poteſt inueniri, & non videtur quod materiam tam arduam voluerit Deus eſſe materiam ſacramenti, non eſt ergo neceſſarium de eſſentia ſacramenti, ſicut nec aqua in conſecratione ſanguinis. Hoc tenet Caie. 3. p. q. 72. art. 2. hoc etiam probatur ex c. 1. paſtoralis, de ſacramentis non iterandis, vbi habetur quod quidam per errorẽ fuit confirmatus oleo benedicto ſine balſamo. & quæſitum eſt, an eſſe iterandum ſacramentum; & reſponſum eſt nihil eſſe iterãdum, ſed cautè ſupplendum quod incautè

Balſamũ non eſt de neceſsitate ſacramenti confirmationis.

fuerat

fuerat omiſſum. Si illud fuit ſacramentum, ergo chriſma non eſt de neceſſitate ſacramenti, ſi autem non debuit iterari, ergo certe fuit ſacramentum, licet poſtea propter præceptum, chriſmate vngeretur. Credo ergo probabiliſsime, quod chriſma non eſt de eſſentia ſacramenti confirmationis, alias enim raro eſſet ſacramentum, nam etiam puto negociantes decipere nos vendentes non balſamum pro balſamo.

CONCLVSIO.

4 i *Chriſma oportet vt ſit conſecratum.*

Quæritur, an ſit neceſſarium quòd chriſma ſit conſecratum? Reſp. quod ſic ita tenet Scotus. Durand Palu. Marſi. Sylu. Flor. & omnes, & uidetur idem ſentire S. Tho 3. p. q 72. art. 3. vnde ſi chriſmate non conſecrato per errorem confirmaretur, non eſſet confirmatus. nam Chriſtus hoc inſtituit: quod patet ex ritu eccleſiæ, & auctoritate antiquorum doctorum Cypria. in opuſculo de vnctione chriſmatis, & Dionyſius, cap 4 de eccleſiaſt. Hierarch. Ratio huius aſsignatur à S Thom. Ricar. Alex. & Bonauen. Quia cum ſacramentum ſanctificet actione, oportet vt in ſe ſit ſanctum, & propterea congruum fuit vt ipſa materia habeat in ſe ſanctificationem. Sed eſt differentia inter

Chriſma in confirmatione debet eſſe conſecratum.

mate-

materias ſacramentorũ, nam aliquas ſanctificauit Chriſtus immediate, ut ſunt materię illorum ſacramentorũ quibus Chriſtus eſt vſus ſcilicet, Baptiſmi,& Euchariſtiæ. Aliorum verò ſacramentorum, quibus Chriſtus nõ eſt vſus: materias non ſanctificauit, ut materiam confirmationis,&c. Et ideò neceſſe eſt,quod tales materię conſecretur. Et licet Chriſtus recceperit vnctionẽ a Magdalena, & in ſepulchro; illud fuit modo humano, non ſacramentali vel ſpirituali, vel ad aliquẽ effectũ ſpiritualem, ſicut ſanctificauit aquas in baptiſmo, non tamen vinũ, quando bibebat, nec panem, quando comedebat.

CONCLVSIO.

Chriſma debet ab epiſcopo conſecrari.

Sed vtrũ debeat ab epiſcopo chriſma conſecrari? Videtur quod ſit, ut patet in prædicto c. vno, de ſacra vnctione,& conſecratur in die cœnæ, & quolibet anno renouatur. Vtrum autem Papa poſſit communicare conſecrationem ſimplici ſacerdoti? Credo probabiliter ꝙ ſic, & tunc non eſſet de eſſentia ſacramenti, quòd confirmatio fieret cum chriſmate ab epiſcopo conſecrato, vt notum eſt.

CON-

CONCLVSIO.

43 *Forma confirmationis hæc eſt. Conſigno te ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis, in nomine patris, & filij, et ſpiritus ſancti.*

Quęritur, quæ ſit forma ſacramenti confirmationis? R ñ. Quòd hæc, conſigno te ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis. Hoc tenent omnes doctores, nullo excepto. Et ita habet ritus eccleſiæ, & auctoritates ſanctorum. Et ſi apoſtoli non vtebantur hac forma, vt patet Acto. 8. hoc ideo fuit ſecundum S. Tho. & omnes, quia oleũ ponitur in cõfirmatione pro ſigno viſibili, ſed tunc miraculoſe fiebant ſigna viſibilia, & ideo non vngebant cõfirmatos. Item propter irriſiones infidelium vitandas, eſſet enim ridiculum apud infideles, ſi vngerentur confirmati, & ideo ſolum confirmabant per manum impoſitionem. Ceſſantibus autem illis ſignis uiſibilibus miraculoſe factis, vſi ſunt materia, & forma prædicto. *Forma ſacramẽti confirmationis*

CONCLVSIO.

44 *In confirmatione imprimitur character.*

Imprimit autem confirmatio characterem, vt patet ex concilio Florẽ. ſub Eugenio. 3. cuius verba ſunt. Inter hæc ſeptem eccleſiæ ſacramenta tria ſunt, ſcilicet, Baptiſmus, Cõfirmatio, *In confirmatione imprimitur character.*

tio, & Ordo, quæ characterem, id eſt ſpirituale quoddam ſignum à cęteris diſtinctuum, imprimunt in animam indelebile. Vnde in eadē perſona nullum horum trium ſacramentorū reiteratur. Idem patet ex concilio Trid. ſeſſione 7. de ſacramentis in genere. Cano. 9. vbi ſic dicitur. Si quis dixerit in tribus ſacramentis Baptiſmo, ſcilicet; Confirmatione, & Ordine nō imprimi characterem in anima, hoc eſt ſignum quoddam ſpirituale & indelebile, vnde ea iterari non poſſunt, anathema ſit. Qui autem bis confirmaret eundem, peccaret quidem, ſed tamē non eſſet irregularis, quicquid dicāt Canoniſtæ. Quia nullus textus in iure ponit hanc pœnam. Et patet ex c. dicto de cōſecratione d. 5. vbi fit mētio de iteratione confirmationis, & non ponitur pœna irregularitatis. licet prohibeatur iteratio. Sed quare poſita eſt pœna irregularitatis iterantibus baptiſmum, & non iterantibus cōfirmationem? Reſp. quia antiquitus fuit contentio & hæreſis de iteratione baptiſmi, non autem de confirmationis repetitione. Et ideo hoc ſecundum noluit eccleſia ita ſtrictè prohibere, & punire, ſicut primum.

CON-

CONCLVSIO.

45 *Non poteſt aliquis confirmari antequã baptizetur*

Quæritur, utrum quis poſſit confirmari, antequam ſit baptizatus? Reſp. quod non, & ſi fiat, nihil factum eſt, vt habetur in c. ſi quis, de presbytero nõ baptizato. vbi præcipitur ꝙ de nouo baptizetur, & iterum ordinetur. Et eadem eſt ratio de confirmato, & non baptizato. Et c. veniens, de præsbytero non baptizato dicitur ꝙ baptiſmus eſt fundamentum omniũ ſacramentorum. Si autem quis ordinaretur ante confirmationem male faceret, ſed tamen factũm teneret. *Cõfirmari nemo poteſt ante baptiſmum.*

CONCLVSIO.

46. *Confirmatio confert gratiam ſpiritualem.*

Quæritur, an confirmatio conferat gratiam; Reſp. quod ſic. Et ita tenendum eſt tanquam de fide, quia eſt ſacramentum. Item quod ſic expreſſe diſinitum eſt in concilijs, ut habes ſuperius, quæ. 9 cum de ſacramentis in communi egeremus. Itẽ patet ex concilio Trid. ſeſſione. 7. de confirmatione Cano. 2. cuius iſta ſunt uerba. Si quis dixerit iniurios eſſe ſpiritui ſancto eos qui ſacro cõfirmationis chriſmati virtutem aliquam tribuũt, anathema ſit. Imo confert maiorem gratiam *In confirmatione confertur gratia.*

tiam quàm baptiſmus. Quia iã in confirmatione fit miles, & roboratur ad defendendam fidem, quam in baptiſmo recepit Et ita dicit Palude, & oẽs. Et de conſecratio. diſtinctione. 5. capitu. de his, dicitur ꝙ confirmatio eſt dignius ſacramentum quam baptiſmus, & maiori veneratione dignum.

CONCLVSIO.

47 *Omnes homines tenentur confirmari.*

An omnes teneãtur confirmari. Queritur, an omnes debeant confirmari? Rñ. ſecundum do omnes, ꝙ ſic. Et patet de conſec. d. 5. c. omnes fideles, &c. vt ieiuni. vbi dicitur, nunquam erit Chriſtianus, niſi confirmatione Epiſcopali fuerit chriſmatus. Sed vtrum ſit de neceſsitate ſalutis hoc ſacramentum? Reſpõ. quod ſtando in iure diuino nõ eſt preceptum, nec inuenitur in euãgelio locus obligatorius, ſicut inuenitur de baptiſmo, pœnitentia, & euchariſtia. Verum eſt tamen, ꝙ contemptus eius eſt peccatum mortale: cõtémneret verò qui nollet illud recipere, quia non vult obedire, & putat nullius meriti eſſe. Hoc eſſet mortale ſecundum omnes. & S Thom. 3. p. q. 72. ár. 8. dimittere autem illud ex negligentia non eſſet mortale contra ius diuinum, qualiſcunque negligentia ſit, etiam craſſa. Stando autem in iure humano, Adria. & S. Thom. tenent ꝙ

non

non eſt præceptum,& ego ita credo,licet oppoſitum teneant pene omnes Scotus Paul.Maio.&c.

CONCLVSIO.

48 *Non eſt determinata ætas confirmationis; ſed bonum eſt expectare, vt puer ſit ſeptennis.*

Quæritur, qua ætate dandum eſt hoc ſacramentum? Reſpondeo quod Marſilius,& quidam alij dicunt;quid expectanda eſt ætas 12.annorum,ſed credo ex S. Tho non eſſe neceſſarium expectare vſum rationis. Idem ait Gabriel, & Antonius, & Sylueſt.verum eſt quod B.Antonius dicit bonum eſſe expectare ſeptennium pueri, propter periculũ recõfirmationis, ut ſcõfirmatus meminerit eſſe confirmatũ. *Qua ætate confirmatio eſt ſuſcipienda.*

CONCLVSIO.

46 *Ordinarius miniſter huius ſacramenti eſt Epiſcopus.*

Queritur,an ſolus epiſcopus poſſit hoc ſacramentum conferre, Quærit hoc S.Tho.3.p.q.72.artic.11. Reſpon. quod licet de hoc ſint variæ opiniones, dicendum tamen eſt cum Sanct. Thom.Alexand.& Palud.4.d 7.q.5. & Marſi.4.q.5.ꝙ propria authoritate non poteſt ſimplex ſacerdos confirmate, & ſi tenet, nihil faciet Nihilominus ex cõmiſſione Papę quilibet ſacerdos poſſet confirmare, Hoc patet authoritate *An ſolus epiſcopus poſſit confirmare.*

thoritate eccleſiæ ex facto Gregorij, vt habetur 95. d. capit. peruenit (ait Gregorius) ad nos quoſdam ſcandalizatos fuiſſe, quod preſbyteres prohibuimus confirmare. Et poſt dicit ad Ianuarium Et ſi de hac re aliqui contriſtantur, vbi epiſcopi deſint, concedimus quod preſbyteri ſignent in frõte baptizatum Et in concilio Floren. ſub Eugen. 4. in extrauang. de vnione Armenio. inſtruendo Armenos, numerantur ſeptem ſacramenta, & ſecundũ eſt confirmatio, cuius ordinarius miniſter eſt epiſcopus. Item idem definitum eſt in Concilio Tridenti. ſeſſio. 7. Canon 3. cuius hæc ſunt verba. Si quis dixerit ſanctę confirmationis ordinarium miniſtrum non eſſe ſolum epiſcopum, ſed quemuis ſimplicẽ ſacerdotem; Anathema ſit. Nihilominus ex diſpenſatione ſedis Apoſtolicæ, & rationabili cauſa ſimplex ſacerdos poteſt hoc ſacramẽtũ miniſtrare.

CONCLVSIO.

50 *Circa ritum confirmationis, ſeruanda ſunt antiqua, & approbata cæremoniæ.*

Circa ritum huius ſacramenti, vide celeberimam diffinitionem concilij Tridentini. de ſacramentis in genere, ſeſſione 7. Cano. 13. ſupra. q. 3 6 vbi de baptiſmi ritibus agitur. Et eſt

notan-

notandum; quod ſuſceptores confirmandi, ſeu patrini debent eſſe confirmati, ut patet de conſec. diſt. 3. c. in baptiſmate. Et ſi patrinus non confirmatus teneat, non oritur inde cognatio ſpiritualis, quæ alias orіretur, quia non eſt verus ſuſceptor. Quilibet autem confirmatus poteſt eſſe patrinus, niſi vir vxoris, & vxor viri. Si vir tamẽ teneat vxorem, inde oritur affinitas: & ſi ſcienter fecerit, non poteſt petere debitum, tenetur tamen reddere. Et contrahitur in hoc ſacramento tanta affinitas, quanta in baptiſmo. Et nõ poſſunt eſſe ſuſceptores plures, ſed vnus; & debet alius eſſe quam in baptiſmo. Quod autem fiat ſignatio in fronte, non videtur eſſe de eſſentia huius ſacramenti. Quia in Euangelio non legimus, niſi quod imponebant manus ſuper illos. Quod autem fiat per modum crucis, patet eſſe neceſſariũ, quia in forma dicitur Cõſigno te ſigno crucis. Oleum etiam neceſſarium eſt, & ritus eccleſiæ tenet, quod confirmatus non lauet oleum per 7. dies, ſed hoc non eſt eſſentia. Et hęc de ſacramento Confirmationis.

De ritu confirmationis, & patrino ſuſceptore confirmati.

SEQVITVR SACRAMENTUM Euchariſtiæ.

De Sacramento Euchariſtiæ tractat Magiſter ſenten. 4 diſt. 8. & S. Tho. 3. par. q 73. Et ante omnia.



De Sacr. Euchariſtiæ.

CONCLVSIO

51 *Euchariſtia eſt verè, & propriè ſacramentum.*

Euchariſtia eſt ſacramentum.

QVæritur, an Euchariſtia ſit ſacramentum? Reſpondetur ab omnibus Chriſtianis, quod ſic & maximum omnium ſacramentorum. Ita determinatur in multis concilijs, & ideo hoc firmiter eſt de fide tenendum, vt habes ſuperius de ſacramentis in genere quæſt. 5. Item idē habetur in Concilio Triden. ſesſione 13. c. 2. Et eccleſia cantat, *Tantum ergo ſacramentum, &c.* Sed quid eſt illud, quod

quod uocamus ſacramentum, an ſit actio ipſa puta conſecratio, vel ſumptio Euchariſtiæ, vel aliquid aliud? Reſp. ex S. Tho. 3. p. quæ 73. articul. 1. ad 3. & 78. artic. 1. ad 2 quod nec conſecratio, nec ſumptio Euchariſtię nec ſacramentum nec pars ſacramenti, ſed ſacramentum euchariſtiæ perfectum eſt id quod remanet poſt conſecrationem. Sicut. n. collatio baptiſmi non eſt ſacramentum baptiſmi, ita nec conſecratio euchariſtiæ eſt ſacramentum, nec ipſa ſumptio: ſed ſpecies ipſę & corpus Chriſti ſunt ſacramentum, vt patet in cap. pen. 1. quæſtione 1 vbi dicitur; Sunt autem ſacramenta, baptiſma, chriſma, corpus Chriſti & ſanguis: ecce aperte dictum. Et licet ſub diuerſis ſpeciebus contineatur corpus Chriſti, eſt tamen unicum ſacramentum, non unitate naturali, cùm ſpecies ſacramentalęs differant ſpecie, ſed vnitate finis, quia omnia quæ in eo ſunt, ordinantur ad vnũ finẽ, ſcilicet uel ad continendum Chriſtum, vel ad faciendam vnitatem corporis myſtici.

CONCLVSIO.

52 *Euchariſtia eſt de præcetto Chriſti Io ar. 6. niſi manducaueritis &c.* *Euchariſtia an ſit de neceſſitate ſalutis.*

Quæritur, utrum ſacramentum euchariſtiæ ſit de neceſſitate ſalutis; Reſpon. quod eſt præceptum de Eu-

chariſtia, vt patet Ioan. 6. Niſi mãdu cãueritis carnẽ filij hominis. Eſt etiã ſacramẽtum hoc de neceſsitate præcepti eccleſię, ut diffinitũ eſt in c. omnis utriuſq; ſexus. de pœnitẽtijs & remiſſionibus, & longè efficacius idem eſt diffinitum in Concil. Trid. ſeſsio. 13. Cano. 9. cuius verba ſunt. Si quis negauerit omnes & ſingulos Chriſti fideles vtriuſq; ſexus, cùm ad annos diſcretionis peruenerint teneri ſingulis annis ſaltem in paſchate ad communicandum, iuxta præceptũ ſanctæ matris eccleſiæ, Anathema ſit. Secundo dico, quod hoc ſacramẽtũ non eſt ita de neceſsitate ſalutis, ſicut baptiſmus. Nã põt ſaluari ſine baptiſmo realiter, vel in uoto ſuſcepto: & tamen ſine euchariſtia poſſunt ſaluari multi, ut de facto ſaluantur pueri baptizati, ac proinde non eſt ita de neceſsitate ſalutis, ſicut baptiſmus. Euchariſtia autem interpretatur bona gratia, ut patet 1. quæſtio 2. cap. multi. Ab alijs interpretatur, gratiarum actio, ſynaxis, communio, & ſacrificium.

CONCLVSIO.

53 *Potiſsima figura huius ſacramenti fuit agnus Paſchalis.*

Figurę euchariſtiæ Ve-*rum doc* Huius autẽ ſacramenti potiſsima figura, ſecundum Sanct Tho. fuit agnus paſchalis. in Canone. lec. 35. petens

tens quare in canone ſit mentio de ſacrificio Abrahę, Abel & Melchiſ. & nõ de agno. Reſp. hoc ideo eſſe factũ, qui in illis tribus ſacrificijs allegatur ſanctitas ſacrificantium, quę ſemper placuit Deo: eſus autem agni paſcalis nõ ſemper fuit acceptus Deo. *Gabriel dubitat circa hoc*

CONCLVSIO.

54 *Materia huius ſacramenti eſt panis triticeus, & uinum de uite.*

Quæritur, quæ ſit materia huius ſacramenti? Reſp. ꝙ panis & vinum, ita determinatum eſt ab eccleſia, c firmiter. de ſumma Trin. & fide Cath. Et in concilio Carthaginẽſi; Et habetur de conſec. d. 2. c. in ſacramentis, & c. cum omne, & cap. cum Marthæ. de celebratione miſſarum. Et patet, nam Chriſtus hac materia eſt vſus. accepit (ait euangeliſta) panẽ, &c. & ſimiliter & calicem, & nõ bibam amodo de hoc genimine vitis. Ex quo patet quòd in calice continebatur vinum. Panis vero debet eẽ triticeus, ita quod in alia materia non poteſt confici: vt ait Sãctus Thomas tertia parte, quæſtio. 74. articul. 3. Idem tenet Alexand. de Ales, 4. parte, q. 32. & Durand. 4. diſtinctio. 11. quęſtione 4. & Scotus diſtinct. 11. quæſtione 6. Idem habetur in concilio Florenti. ſub Euge. 3. cuius verba ſunt; Sacramenti Euchariſtiæ mate- *Materia euchariſtiæ panis triticeus.* *Mat. 26.*

ria eſt panis triticeus, & vinum de vite, cui ante conſecrationem aqua modicisſima miſceri dēt. Vnde omnis panis, qui in cōi modo loquendi vocatur panis, & eſt ordinatus ad alimentū hominū, eſt ſufficiens materia conſecrationis. Ex quo ſequitur, quod panis ordeaceus non eſt materia conſecrationis, nec poteſt in eo confici hoc ſacramentū, quia non eſt panis, nec hordeū eſt alimētum hominum, ſed beſtiarū. Panis autem ſiligini (de centeno) quia mere eſt panis, & ad alimentum hominū ordinatus poteſt conſecrari. Idem dicēdum de farre, & ſpelta, ſi ex eis conficeretur verus panis. De farre dicit Palu. quod ſufficit. De ſpelta dicit Antonius, qđ ſufficit, ſed quia hoc non eſt certū, credo eſſet temerariū conſecrare in alio quàm triticeo pane. De mayz apud Indos, dubiū eſt, an eſſet ſufficiens materia, & ideo non eſt conſecrandū in eo, In paſta aūt ex tritico(en la maſſa) non poteſt fieri conſecratio, quia non eſt panis, ſed ex ea fit panis, & habet alias ꝓprietates quàm panis, hic enim nutrit, illa vero interficit, in amigdone etiam S. Tho. tenet quod non poteſt fieri conſecratio, & ita ego credo, alij tamen dubitant. Et Palu. 4. diſtin. 4. & diſt. 11. q. 1. art 4. dicit quod poteſt

iu

in eo fieri conſecratio ſed hoc nullo modo eſt tenendum.

CONCLVSIO

5.5. *Poteſt confici in Azimo, & fermentato panes, ſed vnuſquiſque debet ſeruare ritum ſuæ eccleſiæ.*

Quæritur, an panis conſecrationis debeat eſſe azymus, id eſt ſine fermento? Reſp. S. Th. 3. p. q. 74. art. 4. quod non eſt de eſſentia ſacramenti, quod panis ſit azymus: ſed poteſt confici etiam in fermentato, quia eſt uerus panis. Conueniens tamē eſt quod qui libet conſecret ſecundum ritum ſuæ eccleſiæ. in eccleſia autem circa hoc non eſt unus ritus ſolus, nam Greci cōficiunt in fermentato: vt dicit Grego. in Regi. Sed conſuetudo latinorū conſecrandi in azymo conuenientior eſt quàm conſuetudo Græcorum: Nā Chriſtus conſecrauit in azymo, ut patet Matth. 26. Prima autem die azymorū acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum dicētes, vbi uis paremus tibi comedere paſcha? Et Lucę. 22. Venit autem dies azymorum in qua neceſſe erat occidi paſcha. Grȩci uero propter deteſtationem Nazareorum: qui putabant legalia ſimul eſſe obſeruanda cum euangelio: quia in lege Iudęorum comedebantur panes azymi, ipſi elegerunt non conſecrare in azymo.

Panis azimus materia eucharistiæ.

Et ẽt vt expresſius ſignificarent Chriſtum ex carne & diuinitate ſanctum. Vnde in hoc non ſunt hæretici, nec peccant conſecrantes in fermentato.

CONCLVSIO.

26 *Non eſt determinata quantitas in materia conſecrationis.*

An requiratur certa quãtitas.

Quæritur, utrùm requiratur certa, & determinata quantitas panis ad cõſecrandum, vel an poſſet ſacerdos conſecrare tantum panis, quantum ſibi placuerit? San. Tho 3. p. q. 74. art. 3. tenet quod nulla eſt quantitas panis, aut vini tam magna, quæ non poſſit eſſe materia huius ſacramenti; ſicut in rebus habentibus materiam ex parte finis dererminatur quantitas materiæ, vt in domo, & in fabricatione nauis, ex parte intentionis determinatur quantitas. Ita etiam tenet Sco. Du. Gab. & omnes, & idem dicendum eſt de paruitate.

CONCLVSIO.

27 *Materia conſecranda oportet vt ſit præſens.*

An oporteat materiam Euchariſtiæ eſſe præſentem.

Quæritur, tamen an opotteat materiam eſſe præſentem? Reſpon. ab omnibus quod ſic. Patet ex facto Chriſti, qui conſecrauit materiam præſentem, accepit panem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas, ſimiliter & calicem. Itẽ patet, quia intencio miniſtri

non

non poteſt diſtinctè dirigi, niſi ſuper rem pręſentem, cùm omnis noſtra cognitio ortũ habeat à ſenſibus, ſed ad conſecrãdum requiritur intentio miniſtri, ergo & præſentia materiæ. Itẽ probatur efficacius ex ritu eccleſiæ q̃ nunquã materiam abſentem, &c. nec nũquam uiſum eſt quod aliquis ſacerdos bonus, aut malus tentauerit contrarium facere, oportet igitur materiam eſſe præſentem, & apud ſacerdotẽ Cùm. n. ſacramentum ſit inſtitutũ propter homines illa pręſentia requiritur in materia ſacramenti quam cõmuniter homines vocant præſentiã: & cùm res quæ eſt poſt parietem non dicatur apud nos præſens, nec etiam quæ retro nos, uidetur quòd non poſſit conſecrari. *Matt. cap. 26.*

CONCLVSIO.

58 *Vinum uitis eſt materia huius ſacramenti.*

Quæritur, vtrum vinum vitis ſit materia huius ſacramenti? Reſpondetur, ꝙ ſic. Quia in vino vitis conſecrauit Chriſtus, vt patet Matthæi 26. non bibam de hoc genimine vitis. Et habetur cap. dicimus, &c. cũ omne. de conſe. d. 2. & in alijs multis locis. *Vinũ vitis eſt materia Eucharistiæ*

CONCLVSIO.

59 *Non poteſt conſecrari in aceto, nec in uino contento in vua.*

In aceto non pōt conſecrari.

Vtrum autem poſsit conſecrari in aceto?Reſpon.omni no quod non. Et non eſt dubium de hoc,quia nō eſt vinum,ſed corruptio vini. Licet gl.in c. ſicut(el primiero(de conſecratione. d. 2.dicat contarium,ſed miſit falcem in meſſem alienā, & turpiter errauit,niſi intelligatur de vino aliquantulum corrupto (hoc eſt que tiene vna punta de vinagre) in tali enim conſecrari poteſt, quia eſt uinum verum.Sed vtrum poſſet conſecrari in vino contento in racemis?Reſdondetur, quod non debet fieri, prohibitum enim eſt in cap. cum omne de conſecrat. d. 2. Secundo dico, quod nec poſſet fieri cōſecratio in tali uino;quia ſicut paſta non eſt panis, ſed ex ea fit panis, ita nec ſuccus ille intra vuas contentus eſt vinū, ſed ex eo fit vinum, & ideo non poteſt eſſe materia conſecrationis.

Muſtum in uuis non pōt conſecrari.

CONCLVSIO.

60 *Aqua eſt miſcenda cum vino in calice non neceſſitate ſacramenti,ſed neceſſitate præcepti.*

Aqua miſcēda eſt vino in calice.

Quæritur, vtrum aqua ſit miſcenda cum vino? Reſpon.quod ſic. Et habetur cap.in ſacramento. de conſe. di. 2. & ibi capi. ſcriptura, & cap. cum Marthæ de celebratione miſſarum, & in multis alijs cap. Eſt autem neceſſaria aqua neceſsitate præcepti, non tamen

men neceſſitate ſacramenti, vt tenent omnes theologi.

CONCLVSIO.

61 *Poſt conſecrationem, non remanet ſubſtantiam panis & uini.*

Dubitatur an in euchariſtia manet ſubſtantia panis & vini? Ad hoc San. Thom. 3.p.q.75.artic.2. & omnes doctores dicũt quod nõ, & hoc de fide tenendũ eſt. Et fuit determinatũ in concilio Conſtãtienſi.8. vbi cõdemnatus fuit Vuiclef, qui oppoſitũ tenebat. Et in Cõcilio lateranenſi in cap. firmiter de ſumma Trinitate, & fide catholic. Itẽ in concilio Trident. Seſſio.13. Cano.4. cuius uerba ſunt; Si quis dixerit in ſacroſancto Euchariſtiæ ſacramento remanere ſubſtantiam panis, & vini, cum corpore. & ſanguine Domini noſtri IESV Chriſti, negaueritque mirabilem illam, & ſingularem conuerſionem totius ſubſtantię panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem, manentibus duntaxat ſpeciebus panis & uini. Quam quidẽ cõuerſionem catholica eccleſia aptiſſimè tranſſubſtantiationem appellat, anathema ſit. Definit autẽ per conſecrationẽ eſſe ibi panis materia & forma, manẽtibus accidẽtibus, & incipit ibi eſſe corpus Chriſti loco panis. Nõ tamen dicitur panis annihilari, licet

In euchariſtia nõ manet. ſubſtantia panis & vini.

nihil ipſius maneat, quia omnis motus accipit nomen a termino ad quē, ſicut uocamus calefactionem quando ex aqua frigida fit calida, quia illa actio terminatur ad calorem Cum igitur conuerſio iſta non habeat pro termino deſitionem panis, ſed præſentiam corporis Chriſti ſub his ſpeciebus, ideo non eſt dicenda annihilatio panis, ſed conuerſio, licet deſinat eſſe materia & forma panis ſecundum ſe & quodlibet ſua diſputatio videtur de nomine, ſed hoc modo dicitur conuenientius.

CONCLVSIO.

62 *Omnia accidentia panis, & uini r, emanent poſt conſecrationem.*

In Eucariſtia manent accidētiæ panis & uini.

Vtrum omnia accidentia panis & vini maneant in hoc ſacramento? S. Thom. 3. parte q. 75. articu. 5. reſpondet quod ſic, ut habes in Concil. Tridentino, in præcedenti quæſtione allegata, ea enim accidentia, quæ nos in euchariſtia videmus, clarum eſt, quod erant panis. Et hoc congruit, quia horribile eſſet, comedere carnē Chriſtum in propria ſpecie. Et quia diminueretur meritum fidei: vide rationes San. Tho. loco allegato. Manent etiam in hoc ſacramento aliquæ proprietates panis & vini, nam homo ſine miraculo nutritur eiſdem.

CON-

CONCLVSIO.

63 *Conuerſio, in conſecratione ſit in inſtanti.*

Vtrum prædicta conuerſio ſit inſtãtanea, uel ſuccesſiua? Reſpon. ſecundum omnes, ꝙ ſit in inſtãti, nam ſuccesſio in rebus naturalibus eſt ex defectu materiæ, vel formæ, vel agẽtis, ſed hic propterea nihili iſtorum eſt neceſſarium quod fiat ſucceſſiuè, ergo fit in inſtanti? Et uerba conſecrationis ſunt cauſa huius conuerſionis, ſed illa finiuntur in inſtanti, ergo cõuerſio fit in inſtanti. ſcilicet, in primo inſtanti terminationis verborum In cõſecratione autem hoſtiæ ex vi verborum eſt ibi corpus Chriſti, & etiam anima rationalis, quæ dat formam corporeitatis, eſt enim ibi corpus Chriſti, & etiam caro Chriſti de qua antea dixerat. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, ſunt & oſſa & ſanguis, dicit enim Chriſtus; Hoc eſt corpus meũ, ideſt humanum, & per conſequens caro & ſanguis, & oſſa. Nã corpus humanum (vt dicitur 2. de anima) eſt corpus phyſicum organicum, potentia vitam habens, cuius actus eſt anima. Caro autem capitur pro materia, & forma etiam cum accidentibus. Sanguis vero ſub ſpẽ panis, ẽ ex naturali concomitantia, non ex vi verborum,

Conuerſio panis & uini eſt inſtantanea.

 ſicuti,

ſicuti & anima,& diuinitas ipſa.

CONCLVSIO.

64 *Chriſtus eſt totus in tota hoſtia, & in qualibet parte eius.*

Chriſtus eſt totus in tota hoſtia,& in qualibet parte.

Quæritur, vtrum Chriſtus ſit totus in tota hoſtia, & totus in qualibet parte hoſtiæ. Reſpondetur iuxta fidem catholicam,affirmatiuè Sic.n. expreſſe diffinitur in concilio Florentino,ſub Eugenio 4. Et item in concilio Tridentino,ſeſſione 13.cano.3.cuius verba ſunt; Si quis negauerit in Venerabili Sacramento Euchariſtiæ ſub vnaquaque ſpẽ,& ſub ſingulis cuiuſq; ſpeciei partibus, ſeparatione facta totum Chriſtum cõtineri, anathema ſit. Sanctus Thomas,ingenuè fatetur neſcire modũ, quo Chriſtus eſt in hoc Sacramento. Alexand. verò de Ales.4.p.5. q.40. Altiſiodorenſis, Ricardus, Bonauent. Palud.Durand.Capreo. Ipſemet etiam Sanct. Thomas, & omnes antiqui ponunt hunc modum, & dicunt, quòd Chriſtus eſt totus in tota hoſtia,& totus in qualibet eius parte,& quòd omnes partes Chriſti ſunt ſimul cum qualibet parte hoſtiæ, ſed non ſimul inter ſe; nam corpus Chriſti in hoſtia eſt extenſiuè, & ſeptem pedum. Nec membra Chriſti in hoſtia ſunt ſimul,ſed ſicut in cœlo. Quantitas enim habet duo officia,

vnum eſt ſeparatim ex parte ſubiecti, ita quòd caput ſit extra pedes, & brachia extra crura. Alterum eſt extendere partes in ſitu in ordine ad locum. Quantitas ergo in euchariſtia exercet officium primum, non tamen ſecūdū: nā ſi Chriſti corpus nō eſſet in hoſtia extenſum, nō eſſet organizatum, nec cum figura, & viueret ibi violenter. Hunc etiam modum tenet Scotus, Maio. & Marſilius. Ex quo ſequitur, quòd corpus Chriſti in euchariſtia vere, & ſine fictione quacunque poteſt a nobis imaginari cuiuſcunque figuræ voluerimus Et ſic depingitur crucifixus, eo modo ſe habere, ſicut ſi eſſet vnus puer tantillus, ſicut eſt imago crucifixi in hoſtia, nam vbi ſunt oculi imaginis, eſt oculus Chriſti, & vbi manus imaginis, ibi & manus Chriſti, quomodocunque figurata ſit imago. Hæc non eſt mala imaginatio.

CONCLVSIO

65 *Vere, & realiter totus Chriſtus continetur ſub ſpeciebus panis, & vini poſt conſecrationem.*

Quæritur, an prædicta continentia & exiſtētia corporis, & ſanguinis Chriſti, & totius Chriſti ſub ſpeciebus panis, & vini, ſit vera, & realis? Reſpondetur affirmatiuè, & ita ſecundum fidem Catholicam tenendum eſt.

Ita enim diffinitur in Conc. Trid. ſeſſ. 3. Can. 1. cuius verba ſunt; Si quis negauerit in Sanctisſimo Euchariſtiæ Sacramento contineri verè, realiter, & ſubſtantialiter corpus, & ſanguinem una cum anima, & diuinitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, ac proinde totũ Chriſtum, ſed dixerit tantum modo eſſe in eo, ut in ſigno, vel figura, aut virtute, anathema ſit.

CONCLVSIO.

66 *Realis exiſtentia corporis Chriſti eſt in ſacramento ab inſtanti conſecrationis, uſque dum ille species deſinant eſſe in rerum natura.*

Quæritur, an huiuſmodi realis exiſtentia, & continentia totius Chriſti, & partium eius in hoc ſacramento, duret duntaxat pro tempore, quo ſacramentum eſt in uſu, hoc eſt ſi ſit ibi vere, & realiter ſolummodo quando ſacramentum ſumitur? Reſpondetur negatiuè, quia eſt ibi ab inſtanti conſecrationis, & tranſſubſtantiationis, vſque dum ſpecies ipſæ panis, & uini deſinat eſſe in rerum natura, & ita de fide tenendum eſt. Sic enim diffinitur in Conc. Trid. ſeſſ. 13. Can. 4. his verbis; Si quis dixerit peracta conſecratione in admirabili Euchariſtiæ ſacramento non eſſe corpus & ſanguinem domini noſtri, Ieſu Chriſti, ſed

tan-

tantum in vſu, dum ſumitur, non autem ante, vel poſt, & in hoſtijs, ſeu particulis conſecratis, quæ poſt communionem reſeruantur, vel ſuperſunt, non remanere verum corpus Domini, anathema ſit.

CONCLVSIO.

67 *Chriſtus in Euchariſtia eſt adorandus adoratione latrię.*

Quæritur, an in ſacramento Eucharistiæ Christus ſit adorandus adoratione latrię non ſolum interno cultu, ſed etiam externo. Reſpondetur affirmatiuè, & ita ſecundum fidem catholicam firmiter eſt tenēdum. Sic enim diffinitur in Concil. Trident. ſeſſ. 13. can. 6. cuius verba ſunt; Si quis dixérit in ſancto euchariſtiæ ſacramēto, Chriſtum vnigenitum Dei filium non eſſe cultu latrię etiam externo adorādum, atque ideo nec feſtiua peculiari celebritate venerandum, neque in proceſſionibus ſecūdum laudabilem, & vniuerſalem eccleſiæ ſanctę ritum, & conſuetudinem ſolenniter circungeſtandum, vel non publicè, vt adoretur populo proponendum, & eius adoratores eſſe idolatras, anathema ſit. *An Chriſtus in euchariſtia ſit adorādus adoratione latriæ, &c.*

CONCLVSIO.

68 *Sacroſancta Euchariſtia benè in ſacrario ſeruatur, atque ad infirmos honorificè defertur, & à ſumentibus*

bus

bus ſacramentaliter, ac realiter man ducatur.

Ex quęſtionibus nunc proximè diffinitis conſtat, licere ſacram Euchariſtiam in ſacrario ſeruari, & licere itē ipſam ad infirmos honorificè deferre, & oppoſitæ aſſertiones hæreſes ſūt, ut patet ex Concilio Triden. Seſſ. 13. Cano. 7. cuius uerba ſunt; Si quis dixerit non licere ſacram Euchariſtiam in ſacrario reſeruari, ſed ſtatim poſt conſecrationem aſtantibus neceſſariò diſtribuendam, aut non licere, ut illa ad infirmos honorificè deferatur, anathema ſit. Ex eiſdem item definitis quæſtionibus liquet, certisſimumque eſt: Chriſtum in euchariſtia exhibitum manducari non tantum ſpiritualiter, ſed etiam ſacramentaliter, qđ quidem diffinitum eſt ubi ſupra Cano. 8. his verbis Si quis dixerit Chriſtum in Euchariſtia exhibitum, ſpiritualiter tantum manducari, & non etiam ſacramentaliter, ac realiter, anathema ſit.

CONCLVSIO.

69 *Ad motum hoſtiæ, mouetur corpus Chriſti quod non eſt ſubiectum alterationibus.*

Chriſtus quomodo mo- Quæritur, utrum Chriſtus moueatur in hoc Sacramento. S. Th. 3. p. q. 76. ponit duas propoſitiones. Prima,

cor-

ne moueturin euchariſtia.

corpus Chriſti in Euchariſtia non poteſt moueri localiter per ſe, quia non poteſt tranſire ab una parte hoſtiæ ad aliam Secunda, ad motum hoſtiæ corpus Chriſti mouetur localiter de per accidens, ſicut motis nobis, mouentur ea, quæ ſunt in nobis. Item dicit Marſilius 4 q 7. art 3. dub 5. De alijs autem motibus, alterationis, calefactionis, corruptionis, & ſimilibus dicit S. Th. & Scot. quod non eſt ibi capax alicuius actionis, aut paſsionis naturalis, ſaltem reſpectu alicuius extrinſeci, reſpectu cuius habet ſe corpus Chriſti ſicut ſi eſſet ſubſtantia ſpiritualis. Et ita communiter tenent omnes, & hoc non eſt propter impedimentum Chriſti, ſed naturaliter. Et ſic in Sacramentum hoc nõ eſt mobiliter Chriſtus, niſi ſolo motu locali. Et ſi corruptis ſpeciebus deſinat, ibi eſſet corpus Chriſti; nõ tñ dicitur corrũpi, ſicut nec ego deſinens eſſe in hoc loco, dico corrumpi. Manet igitur Chriſtus tandiu in ſpecieb. quãdiu maneret ſubſtantia panis, & uini, ſi non eſſent conſecratę,

CONCLVSIO.

70 *Chriſtus in hoſtia exiſtens, neque per oculum, neque per intellectum naturaliter poteſt uideri; benè vero per gratiam.*

Quæ

Chriſtus an poſſit uideri in Euchariſtia.

Quæritur, vtrum Chriſtus posſit videri in hoſtia? Reſp. ex S. Tho. 3. p. q. 76. art. 7. & ꝙ naturaliter loquendo nullus oculus corporeus, præter oculum Chriſti, poteſt uidere Chriſtũ in Euchariſtia, nec oculus corporis glorificati. Idem dicit. Scot. 4. diſt. 10. q. 9. & Marſilius. q 7. art. 3. & Dur. diſt. 10. q. 4. Secundo dico, quod oculus Chriſti in Euchariſtia uidet ſe exiſtentem in Euchariſtia. Hoc ſanct. Tho. 3. p. q. 76. art. 7. ad ſecũdũ. Et q̃a litera eſt ibi mendoſa debet ſic legi. Ad 2. dicẽdum ꝙ oculus corporalis Chriſti videt ſe in ſacramẽto, nõ tamen poteſt videre ipſum modum exiſtendi, quo eſt ſub ſacramento quod pertinet ad intellectũ. Tertio dico q̃d oculus corporalis, tã viatoris quàm beati per miraculum poteſt Chriſtum videre in Euchariſtia. Hoc S. Tho. & conuenit c̃t Sco. Et hæc de oculo corporali. Vtrum verò per intellectũ poſſit Chriſtus uideri, eius modus exiſtendi, in hoc ſacramento. Dico cum S Tho. loco citato nunc, quod naturaliter loquendo nullus intellectus humanus aut angelicus, coniunctus, aut ſeparatus, poteſt cognoſcere Chriſtũ in hoc ſacramẽto ſm ꝙ eſt ſub ſpeciebus. Patet, quia iſte modus exiſtendi eſt ſupernaturalis excedens totam naturæ

ſa-

facultatem. Secundo dico, quod beati uident hoc myſterium, ſed in uerbo; nam cùm hoc ſacramentum ſit unum præcipuum de ſubſtantia fidei, & uiſio correſpondeat fidei & ſpei, beati uident illud, ſicut audiuimus enim, ſic uidimus in ciuitate domini Dei noſtri. Pſ. 47.

CONCLVSIO.

71 *Quando in hoſtia conſecrata appareret puerulus, eſſet andorandus.*

Quæritur, an quando in hoſtia apparet puerulus, uel aliquid aliud (ſicut ſæpe apparuit Greg. & Paſchaſio) ſit ibi realiter Chriſtus? S. Tho 3. p. q. 76. ar. 8. dicit quod dupliciter poteſt fieri huiuſmodi apparitio. Primo per modum tranſeuntis, ita quod ſubito redit hoſtia ad ſuam propriam formam, & tunc à parte rei nulla eſt facta mutatio, ſed ſolum ex parte oculorum, & ſenſum noſtrorum, ſicut prophetis apparebant uiſiones animalium & beſtiarum, quæ tamen non erant a parte rei. Fit autē hoc in euchariſtia aliquando, vt ſciamus ibi eſſe corpus Chriſti. Secundo modo poteſt fieri talis apparitio perſeueranter, & tunc à parte rei facta eſt uera mutatio ſpecierum. Et ſi in forma carnis, aut ſanguinis appareat, non ſunt ſumendæ propter horrorem ſpecies illæ, & quia humanis car-

An in miraculo ſit apparitionibus Euchariſtia ſit Chriſtus.

carnibus ueſci illicitum uidetur. Eſſent tamen prædictę ſpecies adorandæ, ſicut antea.

CONCLVSIO.

72 *Accidentia in ſacramento eucharistia manent ſine ſubiecto.*

An accidentia maneant ſine ſubiecto in eucharistia. Quæritur, an accidentia maneant ſine ſubiecto in hoc ſacramento, uel an ſpecies, quæ ſunt in hoc ſacramento, habeant aliquod ſubiectum, San. Tho. 3. p. q. 77. art. 1. & omnes cõcorditer dicunt, quòd accidẽtia manent ſine ſubiecto in hoc ſacramẽto. Quia non ſunt in pane, cùm ille iam deſierit eſſe. Nec ſunt in corpore Chriſti, quia accidens migrare non poteſt de ſubiecto in ſubiectum. Et etiam quia Chriſtus habet iam alia accidentia, nec iſta conueniunt illi. Et ſic eſt determinatum in c. firmiter, de ſumma Tri. & fide catholica. Quantitas autẽ ẽ ſine ſubiecto miraculosè à Deo ſubſtentata. Aliæ verò qualitates, ut albedo, caliditas, frigiditas, & aliæ ſimiles ſunt in quantitate ſine miraculo, & ſine ſpeciali Dei concurſu. Sicut enim in actibus naturalibus principale agens eſt ſubſtantia, tamen non mediãte ſe, ſed mediante accidente, ſic in caſualitate cauſæ materialis principale ſubiectum accidentium eſt ſubſtantia corporea, ſed non immediatè, ſed quãtitate

titate mediante. Et tales qualitates ſiue miraculo nouo, habent ſuas operationes, nam ſpecies vini cōſecrati frigefaciunt naturaliter, ſi uinum erat frigidum nam frigefacere non conuenit ſubſtantiæ, niſi frigiditatis ratione; cū ergo ibi ſit frigiditas, naturaliter frigefacit. Sic igitur ſpecies conſecratę faciūt & producunt quicquid agere, & producere poſſent, ſi manerēt cum ſubſtantia panis, & uini.

CONCLVSIO.

73 *Si uino conſecrato miſcetur alius liquor eiuſdem quantitatis, uel maioris, deſinit ibi eſſe Chriſtus ſanguis Vide teſtum.*

Quæritur, utrum vino conſecrato poſſit miſceri aliquis liquor non conſecratus, quod ſi talis mixtio fiat an ſit totum conſecratum, uel pars, aut nihil: uel pars ſic, & pars non; Hæc eſt grauis difficultas. S. Tho. 3. p. q. 77. arti. 8. ponit aliquas propoſitiones. Prima ſi miſceantur duo liquores diuerſarum ſpecierū, ſi ſint in quātitate ſufficienti, & fiat perfecta mixtio, utrunque corrumpitur & ſit unum tertium. Secunda, ſi miſceantur duo liquores eiuſdē ſpeciei, & in quātitate ſufficienti, utrunque corrumpitur, & ſit unum tertiū. Tertia, ſi uino conſecrato apponatur tantundem aquę uel alterius liquo-

An uino conſecrato poſſit miſceri alius liquor.

liquoris, non manet ibi corpus Chriſti iam enim non eſt vinum. Quarta, ſi vino conſecrato miſceatur aliud vinum non conſecratum eiuſdem ſpeciei in quantitate ſufficienti, non manet ibi corpus Chriſti. Sed de hoc vltimum intellige, quando per multum tempus, & per motum magnum (ꝙ raro contingent) fieret perfecta mixtio. Tunc enim non manerent partes vini conſecrati, quia eſſent diuiſæ ſubintrantibus alijs vini ſuper addita. Vnde poſt ſumptionem ſanguinis, eccleſia conſueuit accipere bis vinum; vt ſi manſerit aliquid ſanguinis, aſſumatur. Dico ergo ſine metu, quod etiam addito multo vino non conſecrato, manet ibi corpus Chriſti, & ſanguis eius; & conſequenter quod in ſecunda ablutione melius erit aſſumere plus aquæ quam vini, quia tunc corrumpentur ſpecies vini.

CONCLVSIO.

74 *Forma conſecrationis hoſtiæ hæc eſt. Hoc eſt enim Corpus meum. Forma conſecrationis Calicis hæc eſt. Hic eſt enim Calis ſanguinis mei noui, & æterni teſtamenti, myſterium fidei, qui pro uobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum: ſed animaduertendum quod in quocunque idiomate uerba conſecrationis*

nis proferantur, conſecratio fieret, ſedgrauiter peccaret qui ſine autoritate ſedis Apoſtolicæ mutaret vſum ſuæ eccleſiæ.

Quæritur, quæ ſit forma huius ſacramenti? Reſpondetur ſecundũ omnes.& eſt determinatio eccleſię in ca, cùm Marthæ, de celebratione miſſarum.in Conc. Flor. forma conſecrationis panis eſt hęc Hoc eſt enim corpus meum. Et forma conſecrationis uini hęc. Hic eſt enim calix ſanguinis mei,noui,& æterni teſtamẽti,myſteriũ fidei qui pro nobis & pro multis effundetur in remisſionem peccatorum. Et oppoſitum dicere eſt pesſimus error. Et male de hoc dubitat Eraſmus in annotatione, primæ Cor. 11. ubi ait; Vtinam Paulus nobis traderet quibus uerbis ſacer ille panis cõſecrari deberet. Verè miror,non de erroribus horum grammatiſtarum, ſed de eorum ſuperbia maximè, qui non habentes autoritatem pro ſe,reuocant hoc in dubium.Sed illis dimisſis, dicimus hanc eſſe formam conſecrationis euchariſtiæ, qua uſus eſt Chriſtus in ultima cœna;Hoc eſt enim corpus meum.Et ita etiam apertè dicit S Cypria.de cœna Domini in principio,& Ambr. lib. de ſacramentis,& habetur de conſe.di.2.c. conſe. &c Illa autem

Formæ conſecrationis panis, & vini.

uerba,

verba, quæ procedunt formam conſecrationis, ſcilicet; Qui pridie quam pateretur, &c. licet Scot. dicat eſſe ita neceſſaria, ut ſine ipſis eſſet dubia conſecratio, melius tamen San. Tho. 3. p. q 78 ar. 14. & Dur. d. 8. dicunt non eſſe neceſſaria neceſsitate ſacramenti, cùm non ſint forma, propter ordinationem tamen eccleſia non liceret ea prætermittere. In conſecratione uerò ſanguinis calicis hæc forma eſt; Hic eſt enim calix ſanguinis mei. Hęc ſola uerba ſecundum communem opinionem ſunt ſufficientia ad conſecrationem ſanguinis. Reliqua verò, quæ ſequuntur, ſcilicet, noui, & æterni teſtamenti, & c ſunt de perfectione formæ, & non de eſſentia ſacramenti ſicut ly, ego, in forma baptiſmi. Hoc patet quia Græci ita conſecrant ſanguinem, nec ob hoc ſunt damnati ab eccleſia, & in meſſali B. Baſilij illa ſola uerba tanquam forma erant rubeis literis ſcripta. Scotus tamen admonet, quod ſacerdos non debet intendere cõſecrare per iſta, uel illa uerba, ſed debet abſolutè conſecrare, dicens omnia illa uerba, quæ ſunt in forma, qua nũc eccleſia noſtra utitur. Ly enim, in utraque forma non eſt de eſſentia ſacramenti; nullus enim euangeliſta ponit illud, male tamen faceret qui omitteret

ret illud. Poteſt etiam forma dici quacunque lingua, ſed tamen uariare illam ad libitum, & alia lingua dicere peccatum eſſet, licet ſacramentum teneret.

CONCLVSIO.

75 *In conſecratione Hoſtiæ, per illud pronomen hoc, ſignificatur quicquid continetur ſub illis ſpeciebus.*

Dubitatur, quid demonſtretur in forma euchariſtię per illud pronomẽ hoc? Reſpõ: quod licet, de hoc ſint uariæ opiniones, tenendum tamen & cũ S. Tho. 3. p. q. 78. art. 5. & ſuper epiſt. 1. Cor. 11. ubi ponit aliquas propoſitiones. Prima, tã Chriſtus quam ſacerdos aliquid demonſtrant per ly, hoc, quia alias verba, nõ applicarentur materiæ. Secunda, per ly, hoc, non demõſtratur aliquid ſingulare, & diſcrete, ſed dicitur in generali, & diſtinctæ, & ſenſus eſt, contentum ſub his ſpeciebus, eſt corpus meum. Sicut cum dicimus hic eſt calix, &c. intelligitur, contentũ in hoc calice, eſt ſanguis meus. Sicut quando demonſtro marſupium, & dico hoc eſt aurum, ſenſus eſt, q́d continetur hic, eſt aurum, Sic etiam in forma ſignificatur, quod cõtinetur uel cõtinebitur, hoc eſt corpus meũ. Idẽ tenet Ric. 4. d. 8. q. 1. art. 3. & Du. di. 8. q. 2. ad primũ argumentum prin-

Quid demonſtretur per pronomẽ, hoc, in cõſecratione panis

cipale,& Capre. diſt. 8. & 9. unica ad argumenta cõtra 5. concluſionem & Altiſiodo.& Gloſſ.ſuper Matth. 26.& Marſil. 4.q.6.Et eſt manifeſtum, nam illa forma. Hoc eſt corpus meũ, nihil aliud facit niſi ꝙ corpus Chriſti contineatur ſub his ſpeciebus, ergo hoc ipſum ſignificatur per formam.

CONCLVSIO.

76 *Primus effectus in accipiente Euchariſtiam eſt collatio gratiæ.*

Effectus euchariſtiæ.

Quæritur,qui ſint effectus huius ſacramenti?Reſpondet S.Thom.3. p. q. 79.art. 1.di ꝙ primus effectus eſt collatio gratię,hæc autem gratia confertur in ſumptione,ut patet Ioan.6.Qui manducat meã carnem, & bibit meũ ſanguinem,in me manet & ego in eo. Gratias, quas promittit Chriſtus in hoc ſacramento,promittit ratione sũptionis, ego ante ſumptionem non conferuntur,& de hoc non eſt dubitãdum. Datur autem prædicta gratia im̃ mediate in ipſa ſumptione. Et omnibus ſumentibus euchariſtiam confertur æqualis gratia ratione ſacramenti ex opere operato.Non tamen ideo datur maior gratia, quia recipitur ſub vtraque ſpecie, nam alias qui maiorẽ hoſtiam ſumeret, maiorem perciperet gratiam ratione quantitatis continuæ,quod eſt falſum, ac proinde nec ratio-

ratio quantitatis diſcretę,cum ſub ſpecie panis, & uini ſit unicum ſacramẽtum: Et alias fraudaretur populus magna gratia ſacrificij, cum profecto pia mater eccleſia non negaret illud ſub utraque ſpecie, ſi daretur maior gratia. Iſte autem effectus gratiæ non impeditur per peccatum veniale, licet enim quis recipiat euchariſtiam in actuali peccato veniali,nõ ideo impedit augmentum gratiæ in eo, ut ait S. Thom.3.p.q 79 art 8. quia alias eſſet magnum periculum. Quis enim ſine peccato veniali accederet ſæpe?p peccatum autem veniale impeditur actualis ſenſus, guſtus, & delectatio ſpiritualis.Nec etiam requiritur tunc motus liberi arbitrij, actualiter concomitans ſumptionem euchariſtiæ: ſufficit enim motus liberi præcedens, ut etiam dicit S. Tho. 4. diſtin.25, q. 1. art.3.q.2.ad 2..

CONCLVSIO.

77 *Accedens ad ſacramentum euchariſtię cum conſcientia peccati mortalis, peccat mortaliter,quod tamen remittitur ſi inuincibiliter non recordatur ſe peccaſſe mortaliter, & habet generalem contritionem.*

Quæritur, an per hoc ſacramentũ remittatur peccatum mortale, an ſcilicet,posſit quis accedere ad euchariſtiam *Per euchariſtiã remitti-*

tur pecca tum mor tale. ſtiam in peccato mortali, ita quod non peccet mortaliter de nouo: Reſpondetur, q̄ dupliciter poteſt quis accedere cum mortali. Vno modo ſcienter, & talis ſemper peccat mortaliter de nouo. Non dijudicans corpus domini, iudicium ſibi manducat & bibit. Secundo modo ignoranter, quia ſ. doluit, & credidit ſe habuiſſe ſufficientem dolorē, cū tamen in rei ueritate talis dolor non fuerit ſufficiens: & talis nō accedit indigne, ne peccat mortaliter, quinimo uirtute ſacramenti remittitur pręcedens peccatū. Hoc S. Tho. 2. p. q. 79. art. 3 & q 80. art. 4. & Alex. de Ales 4 q. p 46. memb. 3. ad ſm, & Bonauentura 4. diſt. 9 q. 7. & Gabriel in canone, lect. 8 & Marſi. 4. q. 6. artic. 4. concluſione. 1. & Gerſon in multis locis, & ſuper Magiſtrum tract. 9 p. 3 & Adrianus q 1. de Euchariſtia, & omnes præter vnum Maio. Patet autem de hoc, nam alias cum non posſit homo ſcire utrum odio: uel amore ſit dignus (iuxta illud, Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. 1. Cor. 4. & Iob. 9. Verebar omnia opera mea. Et ibidem; ſi ſimplex fuero hoc ipſum ignorabit anima mea. Et de propitiato peccato non eſſe ſine metu. Eccl. 4.) periculoſisſimum eſſet accedere ad Euchariſtiam, & talis ex-

1. ad Co. 11.

pone

poneret ſe periculo peccati mortalis, cùm nemo ſciat ſe ſine peccato accedere. Item Ioan.6.dicit, Chriſtus panis uerus eſt, qui de cœlo deſcendit,& dat uitam mundo: Cum igitur accedens in gratia, iam habeat uitam, ſi aliquando exiſtenti in mortali inculpabiliter, ignorato, non daretur grã, nunquã eſſet uerũ, quid hic panis uitam daret mundo. Satis eſt igitur hoc: ut quilibet ſecurus, accedat ad euchariſtiam, quod doleat de præteritis (& proponat cauere futura, licet aliquando non ſint remiſſa peccata, & tunc remisſionem eorum accipiet, non ratione contritionis quæ perficietur, ſed ratione ſacramenti, quod ſecundum Auguſtinum & ſanctos, uiuificat mortuos, & ſemper ſic accedens habebit gratiam. Et licet de hoc aliqui dubitent, ego tamen nullum dubium habeo. An uero huius ſacramenti præcipuus effectus ſit remisſio peccatorum, dices ſecundum fidem catholicam, negatiue, ita enim diffinitur in Concillio Tridentino. Sesſione 13. Cano.5. Vbi ſic dicitur, Si quis dixerit, uel præcipuum fructum ſanctisſimæ Euchariſtiæ eſſe remisſionem peccatorum uel ex ea non alios effectus prouenire anathema ſit.

CONCLVSIO.

78 *Ante ſumptionem Euchariſtiæ de neceſſitate eſt præmittenda confeſſio peccatorum.*

Ante ſũptionem euchariſtiæ requiritur confeſſio. Quæritur, an ante ſumptionem eucharistiæ ſit neceſſaria confeſsio, uel an ſufficiat ſola contritio cum propoſito confitendi peccata ſemel in anno? Reſp. ſententia omnium Theologorum. S. Tho. Durand. Scoti. Palud. Alex. Bonau. Gabriel. Ocham, aliorũ eſt, quod neceſſarium eſt cõfiteri omnia peccata mortalia antequam accedamus ad euchariſtiam. Quæ ſententia adeo certa, & firma eſt, ut nulli iã licet de oppoſito aliquid ẽt opinatiuè aſſerere. Hoc patet ex Conc. Trid. Seſſione 13. & Euchariſtia ca. 7. & iterũ immediate poſt Cano. 11. idẽ diffinit ſub his uerbis; Et ne tantum ſacramẽtum indignè, atque ideò in mortẽ & condemnationem ſumatur, ſtatuit atque declarat ipſa ſancta Synodus illis quos cõſcientia peccati mortalis grauat quantumcunque etiam ſe contritos exiſtiment, habita copia confeſſoris, neceſſario prẹmittendam eſſe confeſsionem ſacramentalem. Si quis autem contrarium dicere, prædicare, vel pertinaciter aſſerere, ſeu etiam publicè diſputando defendere præſumpſerit, eo ipſo excommunicatus exiſtat.

Hoc

Hoc autem præadducti doctores non ſolum dicunt iure poſitiue tantum, ſed etiam iure diuino, & hoc habitum eſt ſemper pro certo, & ab antiquo. Vnde Hug. de S. Victore, uir magnæ auctoritatis in lib. de Eccleſiaſtica poteſt. dicit, Audacter dico, ſi ante ſacerdotis confesſionem quis acceſſerit ad corpus & ſanguinem Chriſti, reus erit corporis, & ſanguinis dominis, quantumuis pœniteat, & uehementer doleat, & ingemiſcat. Hoc autem dixit. 60. annis ante Innoc. iij. qui inſtituit c. omnis utriuſque ſexus. Ex quo patet, quod non de nouo in prædicto ca. fuit poſitum præceptum de confesſione ante euchariſtiam præmittenda. Et Cypria. in epiſtola ad fratres conſiſtentes in plebe, reprehendit Epiſcopos ſui epiſcopatus Cartaginenſis, eo quod non memores euangelij, & ſuæ auctoritatis, lapſis dabant euchariſtiam ante confesſionem. Idem dicit (& adhuc acrius) in libello ad lapſos, & in alijs locis multis. Et lib. 6. eccleſiaſticæ hiſtoriæ refert Euſebius de Philippo Imperatore, quod cùm in die Paſchæ communicare uellet, non fuit præmiſſus ab epiſcopis, niſi prius confiteretur peccata. Omnino igitur tenendum eſt contra Caie. neceſſariam eſſe confesſionem ſacramentalem an- *Caietanus uerbo Communis.*

te ſumptionem euchariſtiæ. Quod ēt probatur ex conſuetudine eccleſiæ, quam frangentes puto grauiter errare. Item euchariſtia eſt ſacramentum vnitatis eccleſiaſticæ, ergo recipiens illam, oportet non ſolùm, vt reconcilietur Deo per contritionem, ſed etiã miniſtris eccleſiæ per confesſionem. Item Matth.6. Chriſtus dicit, ſi offers munus tuum ante altare, & ibi recordatus fueris, ꝙ frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus ante altare, & vade reconciliari fratri tuo, hæc igitur ſententia tenenda eſt quamuis non putem hęreticum quod Caietanus dicit.

CONCLVSIO.

79 *In caſibus expoſitis in hoc articulo poteſt quis celebrare miſſam, ſeu recipere euchariſtiam, abſque præuia confeſſione peccatorum.*

An aliquãdo liceat ſumere euchariſtiã ſine præuia confeſſione.

Quæritur, an liceat aliquando ſumere euchariſtiam ante cõfesſionem? Reſp. ſecundum omnes quòd ſic. primo quãdo quis tempore necesſitatis, quo tenetur ſumere euchariſtiam nõ habet copiam confeſſoris. Cùm enim præcepta domini ſuauia ſint nec præcepta poſitiua militent contra ius naturale non tenemur ea implere cũ infamia noſtra, ac proinde ſi parochus ruranus non habet confeſſorem, ſi nõ

cele-

celebrat, ſe diffamat, celebrare poteſt ſine præuia confesſione. Et eodem mo do ſi ego habeam caſus reſeruatos, & non eſt epiſcopus præſens, ſi non cele bro, infamor, poſſum celebrare ſine cōfesſione peccati reſeruati. Idem pro pter reuerentiam ſacramenti, puta ſi cœpi celebrare, & in ipſa celebratione meminero alicuius peccati mortalis, non oportet, ut relinquam miſſam, quia facerem irreuerentiā euchariſtiæ, & hoc etiam ſi ſint in ipſo principio miſſæ, licet ſolum introitum dixerim. Ita tenet Ricard. Palud. & alij, quid cre do uerum, quamuis archiepiſcopus Florentinus dicat, quod ſi ante conſe crationem recordetur, & posſit ſine ſcandalo quærere confeſſorem, debet illum quærere: Sed non credo hoc eſſe uerū. Ideo dicendū eſt de his, qui ſunt ibi parati ad recipiendum euchariſtiā, qui ſi ibi recordati fuerint alicuius mortalis, ſecurè poſſunt cōicare etiam ante confesſionem, propter reuerētiam ſacramenti. Nec de hoc dubito.

CONCLVSIO.

80 *Publico peccatori ante manifeſtam pœnitentiam, non eſt danda euchariſtia. Vide textum.*

Quæritur, utrum ſacerdos debeat dare euchariſtiam peccatori perſeuc ranti in peccato, & petenti eā; Reſpō. *An eucha riſtia ſit danda.*

peccatori bus. primo ſecundum omnes, quod publico peccatori; concubinario, uſurario, meretrici, & ſimilibus non debet dari euchariſtia, quia eſſet mittere margaritas ante porcos, & ſanctum dare canibus. Item quia talis publicus peccator non habet ius ad petendum ſacramentum, quia eſt ſibi prohibitum 1. Cor. 11. Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, ergo qui negat ei ſacramẽtum; non facit ei iniuriam. Per publicum autem peccatorem intelligimus cum S. Tho 3. p. q. 80. artic. 6. & 4. d. 9. q. 1. eum, qui damnatur a iudice propter euidentiam facti: cuius populus eſt teſtis, ut dicitur in c. cum dilectus de purgatione canonica. & c. euidentia de accuſationi. & c. tua nos de cohabitatione clericorum, & muliě. talibus igitur neganda eſt euchariſtia. Verum eſt quod ſi is, qui eſt publicus peccator in uno loco, accedat ad me in alio loco diſtanti, in quo reputatur bonus, nec poteſt fama facile ad hunc locum peruenire, & petat eucharistiam probabile videtur mihi, ꝙ teneor illi dare, quia alias offendere eum grauiter. Si autem publicus peccator ſecretè pœnituit, & petit euchariſtiam in publico, non debeo illi dare quoad uſque oſtendat pœnitentiam ſuam exterius. Si uero ſecretè pœnituit

tuit, & ſecretè petit, debeo illi dare eucharistiam; niſi exiſtimē, quod hoc factū ueniet in publicum. Si autē peccator occultus, quem ego, & aliqui alij ſcimus per peccatorem, publicè petat eucharistiam, danda eſt illi, quod ēt fecit Christus cum Iuda, alias diffamarem eum. Admoneat tamen eum parochus ſecretè, ſi poſſit, ut dicitur in ea 2. de officio ordinarij. Si autem peccator occultus, occulte petat, ſiue ſacerdos ſciat eius peccatum in cōfeſſione, ſiue extra confeſſionem, non debet ei denegare, quia nullo modo ei nocet. Ita tenet S. Th. 4. d. 9. q. 1. art. 5. q. 2.

CONCLVSIO.

81 *Poſt quamcunque pollutionem bonum eſt abſtinere à ſumptione eucharistiæ, ſaltem per 24. horas.*

Quæritur, utrum pollutio nocturna impediat ſumptionem eucharistiæ. Pro reſponſione notat Palud. 4. d. 9. q. 3. ꝙ pollutio nocturna nūquam eſt peccatū, ſed ſignū aut affectus peccati. Et idem dicit S. Th. 4. d. 9. q. 1. art. 4. & 3. p. q. 80. art. 7. quia talis actus non eſt immediate in poteſtate hominis. Si igitur ille actus ſequatur ex cauſa culpabili mortaliter, tunc dicit Ricar. & quidam alij, quod impedit ſumptionem eucharistiæ, itaque peccaret mortaliter, qui poſt illam accederet *An pollutio nocturna, impediat ſumptionem eucharistię*

ad ſacramentũ. Sed dicẽdũ ẽ abſolute, quid nulla pollutio nocturna impedit ſumptionẽ euchariſtię ſub pœna peccati mortalis. Hoc tenet Palud. 4. d. 9. q. 4. concluſ. 2. & Gabriel lect. 10. in canone, & Gerſon de materia celebrationis conſideratione 7. & Maior q. 9. q. 2. & Silueſt. uerbo euchariſtia, & Bonauentura. di. 12. q 4. Hoc patet. nã poſt confeſſionẽ nõ manet niſi quędam immunditiã corporalis, ſed ut dicitur. Matt. 18. Non lotis manib. manducare non coinquinat hominẽ ergo; Item, quia uel hoc impedit ſumptionem euchariſtiæ propter malitiam, & hoc non, quia maiora peccata, ſcilicet blaſphemia & periurium non impediunt. Vel propter diſtractionem, & turbationem, & hoc nõ quia legitimus concubitus non impedit, cum tamen æqualiter diſſoluat mentẽ, ſicut intelligimus, imo & amplius quia ſit in vigilia, ergo pollutio nocturna, non impedit ſumptionẽ euchariſtiæ. Si uero pollutio fuerit mortalis, accedere ad ſacramentũ erit ueniale ꝓpter quandã irreuerentiam, quia mens multũ diſtracta eſt. Et ſancti conſulunt, ut tales per aliquod tempus abſtineant. ſ. uſque ad diem ſequentem, uel per 24. horas, ut dicit Alber. Alex & S. Tho. Et etiam ſi pollutio fuerit mere naturalis, ꝓpter reue-

reuerentiā ſacramenti melius erit non accedere illa die. Et ita conſulunt decreta, c. teſtamentum, &c. non eſt, diſt. 6 Et hoc niſi fuerit feſtum aliquod, vel cauſatur nota aliqua apud videntes, quod iſte non celebrat tunc enim melius erit celebrare. Iſta autem ireuerentia non facit ꝙ ſit peccatum veniale accedere ad euchariſtiam, quia talis immunditia fuit mere naturalis. Ita dicit S.Th.3 p q 80.ar.7.1.vbi ait, quod id quod conſulunt ſancti, totum eſt de congruitate & concilio. Poſt concubitum autem coniugalem. Greg. 34. q. 4 c.uir cū propria dicit, quod ſi acceſſit voluptatis cauſa, abſtineat; ſi autem ratione prolis, ſuo iudicio relīquatur. Breuiter dico, quod accedere ad euchariſtiam poſt legitimum concubitū non eſt peccatum. Poſt quamcunq; vero aliam pollutionem in vigilia, fornicationem aut adulterium, accedere ad euchariſtiā ēt poſt pœnitentiam, & cōfeſſionē, magna irreuerētia eſt, ſed nō peccatum mortale, ſecluſo contemptu melius tamen eſſet tunc abſtinere. Poſt ſumptionem etiam euchariſtiæ bonū eſt, quod vir à propria vxore, abſtineat, ſed non eſt neceſſarium.

CONCLVSIO.

82 *Omnino ieiuni debemus accedere ſacramentum Euchariſtiæ.*

Quæ-

Euchariſtia à ieiunis ſumenda. Quæritur, an accedens ad euchariſtiam debeat eſſe ieiunus? Reſp. omnino, quod ſic S.Tho.3.q.80.art.8.allegat Auguſt. diſt. 118. in reſponſione ad Ianuarium. Et habetur de conſec. d.2.c.liquido.ubi dicitur, placuit Spiritui ſancto, & ita apoſtoli ordinauerunt, & ita ſeruatur per totum orbem, vt non ſumeretur cibus ante corpus dominicum. Idem dicitur in concilio Carthaginenſi; Et habetur de conſecratio.d.1.cap.ſacramenta, &c.ex parte. de celebratione miſſarum, prohibetur ſacerdos ne bis celebraturus, in prima celebratione ſumat abſolutionem. Vide etiam c.nihil.7.q.1.Chriſtus autem Euchariſtiam dedit Apoſtolis poſt cœnam, quia ſecundum ritum legis, illa hora debebat celebrari Paſcha,& prius debuit plenè legem obſeruare, quam hoc ſacramentum inſtituere. Et uoluit ultimo loco hoc tã grande donum relinquere, quo vehementius commendaret myſterij illius altitudinem. inſtitutio autem apoſtolorum fuit legitima, ut cum maiori reuerentia ad tãtum ſacramentum accedatur. Si enim Leuit. 10. prohibetur Aaron &filijs eius ne bibant vinũ, nec omne, quod inebriare poteſt, quando erant ſanctuarium intraturi, vt haberent ſcientiam diſcernendi inter ſa-

crum & prophanum, inter pollutum & immundum, multò magis ſacerdotibus celebraturis conuenit, vt ieiuni accedant ad tam admirabile ſacramentum. Hoc igitur de fide tenendum eſt, & oppoſitum eſt erroneum, & hęreticum,ut determinatum eſt in conc.Cõſtantienſi,Seſſio.13.

CONCLVSIO.

83 *Infirmis in extrema neceſſitate conſtitutis poteſt dari Euchariſtia etiam poſt cibum.*

Sed dubitatur, an ſaltem aliquando liceat ſacerdoti celebrare poſt prandium, ſeu conſecrare, vt detur euchariſtia exiſtenti in extrema neceſſitate? Maior. diſtinctione nona. quæſt. 3. ad quintum dicit quod licet, imo in fermentato, & ſine alijs ſolennitatibus poteſt conſecrare ſecretè, quia eſt vinum ius derogat poſitiuo, cùm ergo eſſe ieiunium, & conſecrare in azymo ſit de iure poſitiuo, communicare verò ſit præceptum diuinum, ſequitur, quod primum non poteſt impedire ſecundum. Oppoſitum tenet Palud. diſtinctione nona, vbi ait, quod non licet, & hoc credo probabilius. Item videtur contra ius diuinum conſecrare panem ſine vino,& è contra. Et eſt contra capitul. comperimus de conſecratione, diſtinct.2. Et conſecrare in fermen-

An aliquando euchariſtia poſſit ſumi a non ieiuno.

mentato, & ſine ſolennitatibus prohibitum eſt, ac proinde non eſt faciendum. Si commodè fieri poteſt propter reuerentiam ſacramenti, detur eucharistia mane infirmis, antequam aliqd ſumatur. Si autem hoc commode fieri non poteſt, detur illis etiam poſt cibum ſine ſcrupulo. Ita enim tenet vſus eccleſiæ, & omnes doctores, & merito quidem, nam quod propter iuſtitiam inſtitutum eſt, non debet contra charitatem militare. Debet igitur recipiens euchariſtiam eſſe omnino ieiunus. Verum eſt quod ſi cum quis lauatur, & guſtaret paulum aquæ, vel vini, præter intentionem, non ideo impedietur ſumere euchariſtiam, dum tamen fuerit in parua quantitate. Et ſic tenet S. Thom & omnes. Idem dicito, ſi cibi fruſtrum paruum manſerit inter dentes, & prẹter intentionem deglutiatur. Si etiam poſt ablutionem inuenerit ſacerdos reliquiam hoſtiæ poteſt, & debet eam accipere, quia ieiunus incepit, & eius officium nondum eſt terminatum. Item qui alias non poſſet ſufficienter occurri neceſſitatibus, & difficultatibus, nam frequenter poſt ablutionem inueniuntur reliquiæ. Patet etiam, quia in paraſcæue ſumitur particula hoſtiæ poſita in uino etiam ſi poſt primum,

hau-

hauſtum particula adhæreat calici.

CONCLVSIO.

84 *Nullum habentibus uſum rationis non eſt danda Euchariſtia, nec pueris ante annos diſceptionis, bene tamen datur hebetibus, & rudibus.*

Quæritur, quibus ſit danda euchariſtia, vtrum poſſit dari non habentibus vſum rationis. S. Thom. 4 diſtinctio. 9. & 3. part. quæſtio. 89. articul. 4. cum alijs doctoribus reſpondet cum diſtinctione. Non habentes vſum rationis ſunt in duplici differentia, quidam qui dicuntur non habere, quia parum habent, vt ſunt hebetes, & rudes, & iſtis nullo modo eſt euchariſtia neganda. Alij ſunt totaliter priuati vſu rationis. Et iſti ſunt in duplici differentia, quidam qui nūquam habuerunt vſum rationis, vt ſunt pueri, & amentes a natiuitate, & talibus non eſt danda euchariſtia, quia non habent deuotionē, nec dijudicant corpus domini ab alijs cibis. Alij ſunt qui aliquando habuerunt vſum rationis, vt phrenetici, & talibus ſi non ſit periculum irreuerentiæ vel vomitus, & prius pœnituerint, & habuerint deuotionem ad Euchariſtiam, & petierint, licet poſtea in phreneſim inciderint, non debet negari, quia per ea, quæ naturalia ſunt, non

An euchariſtia ſit danda nō habentib. uſum rationis.

non debet quis perdere beneficia gratuita. Hoc probatur duobus decretis cap. qui recedunt, &c. is qui. 26. q. 6. & tales recipient in ſumptione euchariſtię gratiam, & omnes alios effectus ſacramenti, licet in hoc non conueniat Caieta. 4. p. q. 7. arti. 1. ſed oppoſitum cum S. Tho. credo verum. De pueris etiam licet conſuetũ fuerit olim apud aliquas eccleſias, vt daretur eis euchariſtia, dicimus cum S. Tho. quod non tenentur eam recipere, nec conueniẽs eſt, ꝙ illis detur. Hoc patet ex vſu eccleſię, quę quidem non permitteretur, tam enormiter errare. Item quia pueri poſt baptiſmum ſunt in gratia, quam non poſſunt perdere ſine culpa ſua; ſed culpam ante vſum rationis comittere non poſſunt, ergo non tenentur de neceſsitate recipere euchariſtiam, alias baptiſmus non ſufficeret ad ſalutem, quod aſſerere eſt hęreticum. Et ita diffinitum eſt in conc. Trid. ſeſſi. 21. de communione Cano. 4. Cuius verba ſunt; Si quis dixerit paruulis antequam ad annos diſcretionis peruenerint, neceſſariam eſſe euchariſtiæ communionem, Anathema ſit. Idem habetur in eadem ſeſſio. Cano. 4. Secundo dicimus quod huiuſmodi paruulis nullo pacto eſt danda euchariſtia, propter pericula vomitus, & eructationis,

nis,uel alterius irreuerentiæ, quæ frequens eſt in pueris. Ideo nunc in eccleſia illis euchariſtiam cõferre,ſacrilegium eſſet. Si autem de facto daretur illis, reciperent gratiam.

CONCLVSIO.

85 *Semel in anno de præcepto, ſumitur Euchariſtia ab omnibus Chriſti fidelibus, poteſt tamen ultra hoc vnuſquiſque rarò uel ſæpe ſumere ſecundum ſuam deuotionem.*

Quæritur, vtrum liceat quotidie ſumere euchariſtiam, S. Thom. 3. p. q. 70. artic. 10. reſpondet ꝙ euchariſtia dupliciter conſideratur, vno modò ſecundum ſe, ſecundum quòd confert gratiam ex opere operato ſumenti ipſam. Et quantum ad hoc non ſolum quotidie, uerum ſæpe in die quolibet eſſe ſumenda, vt gratia augeretur. Secundo modo poteſt conſiderari ex parte noſtra, ex qua requiritur reuerentia, & deuotio, & ſecundum hoc non eſt conueniens, ꝙ homo accedat, quotieſcunque potuerit, ſed expectet commodũ tempus, quo ſit deuotus. Qui igitur ſe inuenerit cum deuotione, & non diſtractum, laudabiliter quotidie cõmunicabit, ut patet ex conſuetudine primitiuæ eccleſiæ. Et quia nũc ẽt laudantur qui quotidie celebrant. Patet etiã Auguſt. auctoritate de uerbis domini,

An liceat quotidie euchariſtiam ſumere.

domini, Panis (inquit) iſte quotidianus eſt, accipe quotidie, ut quotidie tibi proſit, ſic tamen uiue, ut quotidie merearis accipere. Sed quia ſunt multa impedimẽta, laudabile eſt aliquando abſtiñere, ut Auguſt. dicit lib. de ecclesiaſticis dogmatibus. Et habetur in cap. quotidie. de conſ. diſtin 2. Quotidie communicare, nec laudo, nec vitupero. Gerſon ſuper magiſtrum tractatu. 9. dicit ꝙ illi, qui propterea, ꝙ frigidi ſunt (alioquin ſine peccato) recedunt ab euchariſtia, ſunt ſimiles illis, qui frigent, & nolunt accedere ad ignem. Effectus enim euchariſtię eſt ipſa deuotio, nunquid prius uis effectum euchariſtiæ, quam ipſam Euchariſtiam, Presbyteris igitur laudabile eſt communicare quotidie, Vnde Gregorius, 4. lib. dialogorum cap. 56. refert Casſium Narnienſium epiſcopum quotidie celebrantẽ, & in celebratione ſtantem. Et dicit, mandatum domini accepiſſe per reuelationem cuidam alteri factam: operare quod operaris, non ceſſet manus tua, non ceſſat pes tuus &c. Et Ambroſius. Graue eſt qđ ad mẽſam tuam mundo corde, & innocentibus manibus non uenimus, ſed grauius eſt, ſi quia peccata metuimus ſacrificium nõ reddamus. De ſecularibus aũt dicimus, in primitiua eccleſia

ſia eos frequentisſime & forſan quotidie communicaſſe Poſtea creſcente numero fidelium, tempore Auguſtini fiebat hoc varius, quibuſdam quotidie, alijs dominicis diebus hoc facientibus, vt Auguſtinus in epiſtola ad Ianuarium. Et habetur 12. d. cap. illa autem. Poſtea Fabianus Papa præcepit, vt ſaltem ter in anno omnes communicant, ſcilicet in Paſcha, penteconſte, & in Nat. Domini. Tandem Papa Innocentius tertius, vel propter multitudinem fidelium, uel propter eorum indeuotionem, traxit communionem ad hoc, vt ſatisfarent ſumendo ſemel in anno, vt patet in c. omnis utriuſque ſexus. de pœnitentijs, & remisſionibus. Laudabile tamen eſt ut ſępe fideles communicent.

CONCLVSIO.

86 *De iure diuino eſt ſumenda Euchariſtia.*

Quæritur, an ſit præceptum de ſumptione Euchariſtiæ. S Tho. 2. p. q. 80. art. 11. ponit duas concluſiones Prima; Ex præcepto diuino tenentur omnes fideles cõmunicare. Patet Ioan. 6. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, nõ habebitis vitam in vobis: Item conſuetum eſt in eccleſia infirmos cõmunicare, quod non eſt pręceptum in iure poſitiuo,

An ſit p̃ceptum ſumendi euchariſtiã

ſitiuo, & qui hoc tranſgreditur, putat ſe graue malum feciſſe, ergo præceptũ eſt in iure diuino. Hoc tenet Durand. 4.d.9.q.2.& Palu.d 9.q.1 Et hoc præceptum diuinũ obligat, ſicut alia præcepta affirmatiua tẽpore neceſsitatis, quando. ſ. quis eſt in tali ſtatu, quod iam probabiliter credit ſe non habiturum vlterius opportunitatem recipiẽdi. Secunda concluſio S.Tho. Ex ſtatuto eccleſiæ quilibet fidelis tenetur communicare ſemel in anno, vt patet in c.omnis vtriuſq; ſexus. Qui autem iam communicauerit in vita, & ſemel in anno, in articulo mortis non communicans propter negligentiam quãdam, nõ peccabit mortaliter, vt bene dicit Syluester verbo, Euchariſtia. 3. Hoc patet, quia damnatus ad mortẽ non datur euchariſtia. Verum eſt, ꝙ hæc eſt peſſima conſuetudo iudicum, prætenduut enim reuerentiam euchariſtiæ, ſed ſunt fabulæ, non putant ſe eſſe iudices, niſi occidant, tamen non damnãtur tãquã rei peccati mortalis.

CONCLVSIO.

87 *Sacerdotes ſacrificantes de iure diuino debet ſumere euchariſtiam ſub vtraque ſpecie, laicis uero ſufficit Hoſtiam tantum ſumere.*

An ſit cõ municandum Quæritur, vtrum ſit neceſſarium ſumere euchariſtiam ſub vtraq; ſpẽ? Reſp.

Reſp. quod ſecundum fidem catholicam nec eſt ex Dei præcepto, nec de neceſsitate ſalutis, ut omnes Chriſti fideles adulti ſumant Euchariſtię ſacramentum ſub utraque ſpecie, & oppoſitum aſſerere eſt hæreticum, ut diffinitum eſt in Conc. Trident. ſeſſio. 21. Canon. 1. cuius hæc ſunt uerba; Si quis dixerit ex Dei pręcepto, vel neceſsitate ſalutis omnes, & ſingulos Chriſti fideles vtranque ſpeciem ſanctisſimi Euchariſtiæ ſacramẽti ſumere debere, Anathema ſit. Dicimus vlterius quod in primitiua eccleſia fuit conſuetudo ſumendi Euchariſtiã ſub vtraq; ſpecie, ut patet primo Corinthiorum 10. Vnus panis, & vnũ corpus multi ſumus, omnes qui de vno pane, & de vno calice participamus. Et hoc etiã dicit Ciprianus in ſermone de lapſis. Et dicuntur Græci modo ſic populum cõmunicare. Sed in concilio conſtantienſi, & Baſilienſi interdictum eſt ſub pœna excommunicationis, ne ſeculares communicemus ſub utraque ſpecie, & damnati ſunt ut hæretici; qui dicebant eſſe neceſſariũ ſub utraque ſpecie communicare. Et hoc congruè ordinatum eſt quia ſępe contingeret periculum effuſionis ſanguinis, ſi toti populo dandus eſſet. Item quia aliquibus eſt horridum uinum,

dum ſub utraque ſpecie.

num maxime fœminis. Item vt euitaretur error Neſtorianorum hæreticorum dicentium, quod ſub ſpecie panis non eſt niſi corpus, & ſub ſpecie Vini non niſi ſanguis. Ideo ſub vnica ſpecie communicatur populus, vt oſtendatur, ꝙ eſt totus Chriſtus ſub qualibet ſpecie, ſunt autem uere hæretici, & tanquam hæretici puniendi, aſſerētes eccleſiam erraſſe dum ſupradictis prohibuit ſub utraq; ſpecie cōmunicare. Similiter, & hæretici ſunt; & tanquam tales puniendi, aſſerentes eccleſiam non iuſtis cauſis, & rationibus fuiſſe adductam, dum illud prohibuit. hæc patent ex eodem Concilio Triden. Seſſio 21. de cōmunione. Cano. 2. Cuius verba ſunt. Si quis dixerit ſanctam eccleſiam catholicam nō iuſtis cauſis, & rationibus adductā fuiſſe ut laicos, atque etiam clericos non conficientes, ſub panis tantummodo ſpecie cōmunicare, aut in eo erraſſe, Anathema ſit. Sacerdos autem neceſſario debet ſumere ſub utraq; ſpecie, vt patet in capitul. comperimus, de conſecra. diſt. 2. & ſunt verba Gelaſij papæ, vbi dr̄ eſſe grande ſacrilegiū cōſecrare ſub altera ſpecie tantum. Præceptum eſt igitur ſacerdotibus ꝙ communicent ſub utraque ſpecie. Et uidetur, ꝙ ſit præceptum diuinum, quia

alias

alias non eſſet ſacramentum perfectũ, quia non eſt perfecta refectio ſub vnica ſpecie, ſacramentum vero euchariſtiæ eſt quædam refectio.

CONCLVSIO.

88 *Soli ſacerdotes poſſunt conſecrare, & miniſtrare Euchariſtiam.*

Quæritur, an miniſter huius ſacramenti ſit ſacerdos? Reſp. quod non eſt licitum dubitare de hoc. Patet in c. firmiter de Summa Trini. & fide catholica. Et in Concilio Florenti. Et etiam patet ex vi ipſi⁹ nominis, ſacerdos.n. dr̃ á ſacrificando, ſed euchariſtia eſt ſacrificium, ergo ad ſolum ſacerdotem ſpectat. Itẽ quia in lege veteri non pertinebat ab oẽs offerre ſacrificia, ſed ſolum ad ſacerdotes, & Abraham obtulit decimas Melchiſedech, quia erat Dei ſacerdos, ergo etiã in lege noua ſolis ſacerdotibus licet offerre ſanctum ſacrificium altaris. Quando autẽ ordinandi cum epiſcopo conſecrant, ſi aliqui dicant formam conſecrationis. antequam epiſcopus, vel poſtquam finiuit epiſcopus, nihil faciunt, vt dicit Palu & Caietanus. Nam intentio eorũ eſt conſecrare cum epiſcopo.

An miniſter euchariſtiæ ſit ſacerdos.

CONCLVSIO.

89 *Deficiente ſacerdote Diaconus ſolus poteſt miniſtrare Euchariſtiam, & hoc tẽpore neceſſitatis, et maxime infirmorũ.*

An miniſtrare euchariſtiam laicis, conueniat ſacerdotibus. Quæritur, an miniſtrare euchariſtiam laicis ſpectet ad ſolum ſacerdotem? Reſp. quod propria authoritate, & tanquam ex officio, ſpectat ad ſolũ ſacerdotẽ, vt habetur in c. peruenit, de conſecratione. d. 2. vbi puniuntur ſacerdotes, qui per alios mittebant ſacramenta, & dicitur quod ſolus ſacerdos poteſt id facere. Tempore verò, quo populus communicabat ſub vtraque ſpecie, diaconi miniſtrabant ſanguinem, non tamen corpus domini. Quia in calice nõ tangebatur corpus domini, quia immediatè tangitur. At miniſtrare poterant, non autẽ corpus domini, quia immediatè tangitur. At in neceſsitate, ſcilicet ęgrotante presbytero, poteſt diacono cõmitti, vt deferat corpus domini. Ita dicit Palu. 4. d. 13. & S. Th. 4 d. 13. q. 1. ar. 3. nec eſt dubitandum de hoc. Et etiam ſine cõmiſſione poſſet diaconus in neceſſitate portare euchariſtiam, ut ait S. Tho. non tamen ſubdiaconus, vt alij inferiores. Dur. dicit ſe vidiſſe, quod diaconus Cardinalis, Papa celebrãte, dat euchariſtiam alijs clericis. Ipſe dubitat an id rectè fiat. Sed certè nullũ ſacrilegiũ ibi interuenit iudicio meo.

CONCLVSIO.

90 *Malus ſacerdos verè conſecrat Euchariſtiam.*

Quæ-

Quæritur, utrum malus ſacerdos poſsit conſecrare? Reſpondeo ſine quacũque dubitatione quod ſic Nam alias eccleſia eſſet in magno periculo. delicta enim quis intelligit. Et etiam populus eſſet in periculo idololatrandi. Oppoſitum autem fuit error Donatiſtarum, contra quos multa dicit Auguſtinus in libro de Baptiſmo. 5. cap. 23. & contra Parmenianum li. 2. reſponſione 107. & in multis alijs locis dicit, ſacramentum Chriſti nulla peruerſitate hominis ſiue dantis, ſiue recipientis violari & ſacramentum gratiæ dat Deus per malos, ipſam tamen gratiam per ſe ipſum. Et contra Petilianum. lib. 2. cap. 30. Si quis verus ſacerdos. i. dignus vult eſſe, oportet quod induatur iuſtitia; Qui autem ſolo ſacramento ſacerdos eſt. i. ordinatus, ſicut fuit Caiphas pontifex, quamuis non ſit ſacerdos verus. i. bonus, ſeu dignus. verum eſt tamen quod dat. Idem dicit Chriſoſtomus ſuper Ioannem, vbi ait, quod ſicut per aſinam Balaam locutus eſt. Deus, ſic per malos ſacerdotes ſacramenta præſtat. Et non eſt dubitandum, vide 1. quæſt 1. c. quod quidam, & 24. quæſt. 1 c. audiuimus. *Malus ſacerdos poteſt conſecrare.*

CONCLVSIO.

91 *Miſſa (quod ſacramentum Euchariſtiæ) eſt eiuſdem meriti tam boni quàm mali ſacerdotis ; orationes vero ſunt efficaciores ſecundum merita ſacerdotis.*

An miſſa mali ſacerdotis proſit tantum ſicut miſſa boni.

Dubitatur, utrum miſſa ſacerdotis mali tantum proſit alijs, ſicut miſſa boni. S.Tho.3 p.q 82. art 6. dicit quod in miſſa duo ſunt conſideranda, ſcilicet ipſum ſacramentum, & orationes, quæ in ea dicuntur. 1. oblatio ſacrificij. Quãtum ad primum quod eſt principale, non minus ualet ſacerdotis mali miſſa, quam miſſa boni ex opere operato. Orationes autem poſſunt dupliciter conſiderari. Vno modo in quantum procedunt ab hac priuata pſona, & ex hac parte maioris efficaciæ ſunt orationes boni ſacerdotis, quam orationes mali, quia licet aliqñ Deus audiat malos, tñ certũ eſt, quod potius audit bonos. Alio mõ poſſunt conſiderari prædictæ orationes tanquã procedẽtes à celebrante in perſona eccleſiæ, & quantũ ad hoc tantam efficaciam habet oratio mali, ſicut orõ boni ſacerdotis, & è cõtra. Et idẽ dicendum eſt de horis canonicis, quæ ſi dicantur à miniſtro eccleſiæ, etiam in peccato mortali proſunt, quia dñr in perſona eccleſiæ. Quoniam is, cui mittitur aliquid, non

reſpicit,

reſpicit, per quem mittatur, ſed quis & quid mittat, hęc S. Thom. ſi enim quis mitteret ſeruum ad dandam eleemoſynam, licet ſeruus doleret, & repugnaret, nihilominus eleemoſina ualeret omnibus illis, pro quibus offertur. Sic ſacerdos, cum ſit miniſter eccleſiæ, miſſam celebrans, licet peccet ipſe, prodeſt tamen alijs eius ſacrificiũ. Ex parte autem orationum, & ipſius oblationis, quo melior fuerit miniſter, eo magis accepta erit oblatio, facilius enim, & ſæpius, & amplius impetrat bonus, quam malus. Augetur etiam ualor miſſę ex aſsiſtentia audiẽtium, offerunt enim ſacrificiũ circunſtantes. Vnde in canone dicitur. Pro quibus tibi offerimus, uel qui tibi offerunt. Vnde regulariter maioris ualoris eſt miſſa dicta ubi ſunt multi, quam ubi ſunt pauci.

CONCLVSIO.

92 *Omnes ſacerdotes legitimè ordinati nunquam amittunt poteſtatem conſecrandi Euchariſtiam, licet in Hęreſim, ſeu infidelitatem incidant, & celebrantes vero conficiunt Chriſti corpus, dummodo hoc ipſum intendant facere.*

Hęretici ſchiſmatici, & degradati poſſunt conſecrare.

Quęritur, vtrum hæretici, ſchiſmatici, & degradati poſsint conſecrare, Mag. ſent. 4. diſt. 13. de hæreticis

& ſchiſmaticis tenet apertè, quòd quantumuis tentent conſecrare, nihil faciunt. Idem dicit de degradatis. Sed in oppoſitũ eſt tota cohors theologorum nemine excepto. Tenent enim omnes quód poſtquam, quis eſt ſemel ordinatus, ſemper poteſt conſecrare verã euchariſtiã. Vnde Auguſti. lib de corpore Chriſti; In miſterijs corporis, & sãguinis domini, nihil à bono magis, vel à malo minus perficitur. Item 1. Cor. 11. Qui manducat, & bibit indignè, &c. Ecce Chriſtus permittit ſe cõtrectari, & manducari à malis, ergo eadem ratione permittet ſe conſecrari à malis. Item hæretici redeuntes ad eccleſ. non ordinantur de nouo, ergo antea poterãt conſecrare. Magiſt. ſent. deceptus eſt ex verbis Cypriani, qui ſine dubio fuit illius ſententiæ, qđ hæreticus nec poterat baptizare, nec ſacramẽta conficere. Sed iam fuit illud in concilio reuocatum, ideo nõ eſt tenẽdum. Cùm igitur character ſacerdotalis in quo fundatur poteſtas conſecrandi, ſit indelebilis, nõ eſt dubitandum, quin & poteſtas ipſa ſit indelebilis. Vtrum autem tales miſſæ hæreticorum, & excommunicatorũ, valeãt, & proſint, cùm ſint ſeparati ab eccleſia, à qua ualorem habent dubitari poſſet. Verum quia adhuc miniſtri

ſunt eccleſiæ, & vtuntur poteſtate ſibi ab eccleſia tradita, licet male vtantur ea, probabilius eſt, ꝙ valent, & proſunt alijs. Nec obſtat. c quidam. 1. q. 1. qa non loquitur aſſertiuè, ſed inquiſitiuè, ut ait S Th. 3. p. q. 82. art. 8. ad. 1.

CONCLVSIO.

93 *Nullo pacto licet audire Miſſam, vel ſuſcipere ſacramenta à ſacerdotibus publicè excomunicatis Vide* Textum.

Quæritur, an liceat audire miſſam & ſuſcipere communionem à celericis hæreticis, ſchiſmaticis, & excommunicatis S. Tho 3. p. q. 81. artic. 8. dicit, ꝙ à publicè ſuſpenſis ab eccleſia non licet, quia eccleſia prohibet, vt à concubinarijs publicis, & à ſimoniacis, ab alijs autem licitum eſt? Sed nota quod hæc determinatio S. Thom. vera eſt ſecundũ ius antiquum. 23. d. c. null⁹, vbi dicitur; Nullus audiat miſſam ſacerdotis, quem indubitanter nouit habere concubinam. Et in c. ſequenti hoc idem mandatur ſub excommunicatione. Et Gregorius. 4. dialogorum, & habetur 24. q. 2. cap. cæpit, dicit de puero Hermengildo filio Regis Hiſpaniæ, quod cũ ægrotaret, mandauit ei pater, vt ſumeret euchariſtiam ab Epiſcopo Arriano, qui noluit, propter quod à patre interfectus eſt, & à Gregorio martir reputatur. Sed nunc non

Miſſam hæretici, ſchiſmatici, an liceat audire.

videtur ſtandum in illo iure antiquo, quia in Concilio Conſtanienſi determinatum eſt, quod nõ tenemur uitare excõmunicatos, niſi ſint nominatim excõmunicati, vel manifeſtè percuſſo clericorum. Idem habetur in concilio Baſilien. ſi aliqua habet auctoritatem, & in c. cum non ab homine, de ſententia excommunicationis. dr̃ ꝙ occultæ excommunicatos non debet publice vitari. Admonet tamen Palu. quod quando ego, ſcio ſacerdotem eſſe peccatorem, licet ſciam occultè bene facerem, ſine ſcandalo aliorum, me ſeparans ab auditione miſſæ eius, & à receptione ſacramentorum uti illi incutiam ruborem, & moueam illũ ad pœnitentiam. Et ſic intelliguntur cap. noſtra, & c. niſi de clerico excommunicato.

CONCLVSIO.

94 *Sacerdos grauiter peccat ſi nunquam celebrat, niſi iuſte impediatur.*

An liceat ſacerdoti nunquam celebrare.

Quæritur, utrum liceat ſacerdoti omnino abſtinere à celebratione? S. Tho. 3. p. q. 82. artic. 10. tenet ꝙ omnino tenetur ſacerdos celebrare. Probatur ex verbis Ambro. iam adductis. Graue (inquit) eſt quod ad menſam tuã mundo corde, & innocentibus manibus non venimus, ſed grauius eſt ſi dum pœnas metuimus, ſacrificia non

redeamus. Et 2. Cor. 6. Hortamur vos ne in uacuũ gratiam Dei recipiatis, Ideo Maio. & Duran. dicunt, quod ſine graui peccato ſacerdos non poteſt abſtinere à celebratione. Facit etiã ad hoc cap. dolẽtes de celebr. miſſa. paragrapho ſunt, ubi reprehendũtur qui ſolum quáter in anno celebrant. Et 2. Machab. 4 cõtra, quoſdam ſacerdotes dicitur, quod iam nõ circa altaris officia dediti erãt: Item Luc 22 Chriſtus dixit. Hoc facite in meam cõmemorationẽ. ergo. Sed utrum ſit mortale omnino abſtinere a celebratione Caie. 3. par. q. 82. art. 10. tenet quòd non eſt mortale. Et idem uidetur ſentire S. Tho. cũ non exprimat hoc eſſe mortale. Et ita tenendum eſt, quia nullum eſt pręceptum iuris diuini aut humani de hoc. Sed quoniam defraudat eccleſiam ſuo ſacrificio, ad quod offerẽdum eſt cõſtitutus miniſter, nõ excuſatur a peccato. Et aliqui canoniſtę dicunt, quod peccat mortaliter propter verbum Ambroſij dicentis; Ego quia quotidie pecco, quotidie debeo accipere medicinã; Quod habetur de conſe. d. 2. c. ſi quotieſcũq;. ſed dictũ eſt de cõſilio. Licet in vitis patrum legatur de quodã uiro ſancto, ꝙ ordinatus in ſacerdotem, nũquam poſtea celebrauit. Credẽdum eſt quòd haberet

aliquod impedimentum occultum, vel quod hoc faciebat ex reuelatione Spiritus ſancti.

CONCLVSIO.

95 *Sacerdos obſeruet conſuetudinem ſuæ eccleſiæ quoad tempus, & ritum celebrandi miſſam.*

Celebrãdi tempus opportunũ quod ſit. Quæritur, quod ſit opportunum tempus ad celebrandum? Reſpon. S. Tho. quod illud, in quo eccleſia conſueuit celebrare. Omnia enim alia variantur, tamen in omnibus optimus canon eſt eccleſiæ conſuetudo. Et de hac eccleſiæ conſuetudine ponit San. Tho. duas concluſiones. Prima, oportet quod in eccleſia ſit quotidie hoc ſacrificium. Patet, quia à Chriſto vocatur panis quotidianus, & intelligitur de Euchariſtia ſecũdum Auguſtinum. Itẽ quia ſi in ciuitate aliqua non celebraretur aliquo die, reputaretur graue ſcandalũ. Secunda, miſſa ſolennis in eccleſia cõuenienter celebratur ab hora diei tertia vſq; ad nonam, quia tũc eſt Chriſtus crucifixus. Quos autem obliget præceptum illud, de quo in prima propoſitione, Canoniſtæ dicunt, quod eccleſias collegiatas, & rectores earum, ita ꝙ ſi eorum defectu nõ dicatur aliquo die miſſa, peccarẽt mortaliter. Ego credo, ꝙ non eſt peccatum mortale. Panor. in cap. cũ creatura

tura,de celebratione miſſarum,dicit, qđ in eccleſijs collegiatis debet quotidie celebrari duæ miſſæ,vna de die,alia pro defunctis. Nō oportet tñ qđ ſit de Requie,eſſet.n. male factū ſi in die Paſchatis, & ſolemnitatum magnarū diceretur miſſa de Requie. Et in hoc corrigendus eſt error mulierculaꝝum, & indiſcreta laicorū deuotio, cum iubent dicere miſſas de ſanctis,qui non ſunt in cœlo,vel de Requie In feſtiuitatibus pręcipuis, Silueſter ait, quod id quod Panor. dicit de miſſa de Requie,iam eſt conſuetudine abrogatū: quia non eſt rōnabile, quod in die celebri dicatur miſſa pro defunctis. Nec hoc poteſt haberi ex prædicto cap.

CONCLVSIO.

96 *Non licet celebrare,neque communicare, niſi ſemel in die ponuntur tamen hunc undecim exceptiones.*

Quæritur, an oporteat pluries in die celebrare? Reſpon. quod in cap. conſuluiſti & in cap. referente. de celebrat. miſſarum,prohibitum eſt pluries in die celebrare,& communicare. Sed ponūtur plures exceptiōes, quas ego nō intelligo.Prima eſt in Natiuitate Domini, in qua ter celebramus, & hæc clara eſt. Secundo ponit Sylueſter, ſi defunctus ſit præſens poſt miſſam celebratam. Tūc forſan hæc erat *An liceat pluries in die celebrare.*

cõſuetudo , quæ iam uidetur abrogata. Si tamen aliquis hoc faceret, non reputaretur peccare mortaliter. Tertia, quando eſt neceſſarium infirmis viaticũ porrigere, & aliter haberi non poteſt. Quarta, pro neceſsitate peregrinorum, ſi peregrinãtes in die feſto venerunt poſt miſſam celebratam. Ego miro certe, & puto quod ante nõ erat ita arcta conſuetudo ſemel tãtum celebrandi, ſicut nunc eſt. Quinta, pro neceſsitate nuptiarũ, ſcilicet quando tempus præteriret, & non poſſent nuptiæ differri. Has exceptiones ponit ẽt Raymũ. Sexta ẽm Hoſtien. quando quis habet duas eccleſias, etiã ſi una ſit in titulo, & alia commẽdata, & hęc cõſuetudo adhuc durat. Septima quã do eodem die, occurrunt duæ miſſæ, vna de die, alia de ieiunio. Hoſ. 7. caſus ponit Pal. 4. diſt. 12. q. 2. art. 4. ubi notat quod oẽs prędictæ exceptiones intelligũtur, quãdo ſacerdos eſt ieiunus, alias ĩ nulla neceſsitate licet. Pan. in d. c. cõſuluiſti ponit 8. exceptiones 7. prædictas, & Octauam, ſi ſuperueniat aliqua magna perſona, ut epiſcopus, & ſimiles, quos nõ licet trãſire ſine auditione miſſæ. Et idem eſt (ait Syluester) de quolibet alio in die feſto, quoniam habet præceptũ audiendi miſſam. Glo. in d. c. ponit Nonam. ſcili-

ſcilicet ſi eſſet conſuetum in aliqua eccleſia dicere duas miſſas, & non ſit niſi unus ſacerdos, idoneus ad celebrandum. Addunt aliqui decimã propter paupertatem eccleſiarum, & raritatem ſacerdotum. Et hoc habetur in iure 21. q 1.c clericus in fi. & de elec. c dudum, & 10.q.3.c unico, & ita habet etiam cõſuetudo. Syluester addit undecimam, ſcilicet, quandocunque occurrit neceſsitas arbitrio boni uiri. Probat eſt d. c. cõſuluiſti, ubi dicitur, quod propter neceſsitatẽ licet pluries celebrare Ex quo dicto eliciũt doctores hos caſus. Notat Palu. quod non licet ſacerdoti pluries in die, quam bis celebrare. Pro quacunque autem neceſsitate nemini licet bis communicare in die eodem.

CONCLVSIO.

97 *Vide concluſionem.95.*

De tempore autem miſſæ ſolennis S. Tho. dicit quod eſt ab hora tertia vſq; ad nonã.i.uſque ad horã tertiam poſt meridiem. Et quod hæc cõſuetũdo fuerit in Eccleſiã, patet ex cap. ſolent. de conſecr. d. 1.& licet non inueniamus præceptum de conſuetudine, quam nũc habemus, quæ reuocet præcedentem, nihilominus uirtualiter inuenitur in hoc, quod Papa cõcedit aliquib. priuilegia, quod poſsint dicere *Quo tempore miſſa ſit celebranda.*

miſſam

miſſam poſt meridiem. De nocte verò non eſt celebrandum, quia eſt iure cautum, præterquam in nocte reſurrectionis, cum in præfatione dicatur; Qui hanc ſacratisſimam noctem, &c. Sed hæc cõſuetudo abrogata eſt. In aurora autem poteſt celebrari, nec oportet expectare pũctualiter, ſed ſeruetur in hoc cõſuetudo. Credo tamẽ quod in caſibus propter quos licet bis celebrare, licebit etiam noctu celebrare, ut propter infirmos Vide Gabriel. in canoni. lect. 14. & 15.

CONCLVSIO.

98 *Miſſa eſt celebranda tantum in loco ſacro.*

Quo loco miſſa dicẽda ſit. Quæritur, de loco in quo miſſa eſt celebranda? S. Tho 3.p q 83 art 3. dicit quod non poteſt celebrari niſi in locis ab epiſcopo conſecratis. Hoc probat conſuetudine eccleſiæ. Vide Gabrielem in canone lect. 13 & 14 & omnia illa, quæ ueniunt in uſum ſacramenti, oportet quod ſint ſacra, ut in cap. nullus præsbyt. &c. ſi quis, de conſe. diſt. 1. Notandum. tamen eſt, quod quamuis offerantur priuilegia celebrandi in domibus, maxima tamen irreuerentia eſt dicere miſſam, ubi dormiunt uir & uxor, cum etiã ſi in eccleſia dormierint, polluatur. Clericis conuenit iſtas deuotiones corrigere.

gere. Et Papa non concedit talia priui legia niſi cum reuerentia, & in loco honeſto. De alijs ritibus ſi aliquid in termittatur non ex malitia, ſed ex negligentia quacunque, non exiſtimētur mortale. Vnde ſi quiſpiam celebrans obliuiſcatur manipuli, uel non aduertat ſe ſine ara celebrare, non timeat peccatum mortale.

CONCLVSIO.

99 *Eccleſia polluitur per effuſionem ſanguinis, ſeminis, & ſi in ea ſepellitur aliquis excommunicatus, reconciliatur per* Epiſcopus *ſi fuerit conſecrata, at ſi fuerit benedicta tantum per ſimplicem ſacerdotem poteſt reconciliari.*

Quæritur, quomodo uioletur eccleſia, & qualiter reconciliari debet? Reſpon. quod eccleſia uiolabitur in duobus caſibus, ut habetur de conſecr. eccleſiæ. c. ult. & c. ſignificaſti, de aduſ. Primus eſt, ſi in eccleſia effundatur ſanguis, & hoc intelligendum eſt graui effuſione, nam ſi pugno percuſſero aliquem in naribus, & fluat ſanguis, et in magna quantitate, nō polluitur eccleſia. Et etiam intelligitur de effuſione iniuſta. Si enim quiſpiam ſe defendendo occidat aliquem in eccleſia, non propterea uiolatur. Nec oportet quod ſanguis cadat intra eccleſiā, *Eccleſia qūo uiolentur & reconcilietur.*

ad

ad hoc ut uioletur, ſufficit enim qđ ibi effundatur, etiam ſi percuſſus grauiter, exeat ſtatim ab eccleſia; antequã ſanguis cadat. Secundus caſus eſt emiſsio ſeminis, non ſolum illicita, ſed ẽt licita uiri cũ uxore. Pollutio tamẽ in ſomnis, quacũque ex cauſa proueniat, non uiolat eccleſiam Additur tertius caſus. ſ. ſi in eccleſia ſepeliatur excommunicatione denũciatus. De modo aũt, quo eccleſia debet reconciliari poſtquam fuerit polluta, diſtinguendum eſt, quia uel eccleſia eſt conſecrata, aut dedicata, & ſic à ſolo epiſcopo eſt reconcilianda, niſi ipſe uel Papa alteri commiſerit, poteſt autem committi clerico cuicunque. Si autẽ eccleſia non fuerit conſecrata ſed ſolũ benedicta poteſt a ſimplici ſacerdote reconciliari Si autem epiſcopus ægrotaret, & nolit committere alteri ꝙ eam reconciliet, poteſt dare licentiam quod celebrẽtur ibi diuina, quouſque ipſe poſſit eã conſecrare. Si aũt uitia ſint occulta, non opus eſt eccleſiam reconciliari, ut tenet beatus Antonius, Guilielm. & Hoſt. Si autẽ ſint publica reconcilietur. Fiunt publica uel ex confeſsione eorum, qui fecerũt uel ex euidentia facti. Ratio Ioan. Andreæ eſt quia eccleſia non iudicat de occultis.

CONCLVSIO.

100 *Conſuetudines quæ nunc obſeruantur in celebratione Miſſarum antiquiſſimæ ſunt.*

Quæritur, quando cœpit miſſa cele brari cum iſtis ritibus nunc conſuetis? Reſpon. quod ritus eccleſiæ in celebra tione miſſarum eſt antiquisſimus. Nā Dionyſius, qui fuit tempore Pauli, po nit pauciores cæremonias, & ritus in libro de eccleſiaſtica Hierarchia Item in c. Iac. de conſecr. d. 1. dicitur. Iaco bus frater homini cui primo credita eſt Hieroſolymitana eccleſia, & Baſi lius epiſcopus Cæſarienſis (cuius cla ritas per totum orbem refulſit) in ſcri pturis addiderunt nobis miſſę celebra tionem Gloſſa. 1. ordinem miſſæ cele brandæ. Iſidorus li. 1. de officio & Dio nyſius dicunt, ꝙ beatus Petrus fuit pri mus, qui hoc fecit. Hæc non inter ſe diſſonant, potuit enim eſſe ꝙ alij face rent auctoritate Petri, qui erat ponti fex. Augu. ad Ianuarij Inquiſitionem, tractans illa uerba Pauli. Cætera cū ve nero diſponam. 1. Cor. 11. loquens q̄ ſita accedendum ad euchariſtiam, dicit Paulus apud Cor. ordinauit ritū illū, qui ordinatus fuit Romæ a Petro, & Iacobo Hugo de ſancto Vict. li. 2 de ſacramentis p 8. c. ulti. quod dicit pri mus omnium celebrauit Petrus Antio

Miſſa quando cœpit celebrari.

chiæ,

chiæ, quod poteſt intelligi de celebratione cum dignitate pontificali. Et ita intelligit beatus Anton. 1. p. ti. 6. c. 8. & de his ſit ſatis.

CONCLVSIO.

101 *Vide quæſtionem.*

Miſſa defectibus, quomodo occurrendum.

Quæritur, de aliquibus defectibus contingentibus in miſſa, quomodo ſit eis occurrendum. Quid ſi ſacerdos celebrans moriatur? uel ſi impediatur aliqua infirmitate? Dico, quod ſi hoc contingit ante conſecrationem, non oportet, quod miſſa perficiatur: ſi autem poſt conſecrationem, debet miſſa per alium perfici. Sed quid faciet celebrans ſi meminerit ſe eſſe in mortali, aut in excommunicatione? Reſpõ. quod ſi eſt ante conſecrationem, dimittat miſſam, ſi non ſit nota infamiæ, uel ſcandali, at ſi ſequatur ſcandalum, non dimittat. Sin uerò ſit poſt conſecrationem, omnino non debet dimittere. Idem dicendũ eſt dè eo qui meminit ſe non eſſe ieiunum. Quid quando aranea, muſca, uel aliud animal uenenoſum cecidit in calicem. Reſpondeo ſi eſt ante conſecrationem; tollat animal & uinum, & mittat aliud de nouo. Si poſt conſecrationem, accipiat animal, abluat, & comburat, & ablutio & cineres mittantur in piſcinam, & ſumat ſanguinem. Si autem ſit uene-

venenum in calice, non bibat, ſed ſer
uet in calice, uel in uaſe apto inter re
liquias, & ponat aliud uinum, & iterũ
conſecret ſolum uinum, ſi nondum
ſumpſerit hoſtiam. Si uerò ſumpſerit
hoſtiam, reincipiat à conſecratione
hoſtiæ. Idem faciat ſi poſt ſumptionẽ
hoſtiæ, deprehenderit nihil fuiſſe in
calice, uel fuiſſe ſolam aquam, reinci-
piat a conſecratione hoſtiæ. Quamuis
ſi iam ſumpſerit aquam, dubitat Palu
de, an debeat calicem conſecrare. Si
aũt dubitat, an dixerit uerba conſecra
tionis, dicat iterum ſecũdum Scotum.
Si sãguis fundatur totus, ponat aliud
uinũ, & conſecret: & ſi ceciderit ſuper
tabulam, lambatur, & radatur, & mit-
tatur in piſcinam. Si ſuper mappam,
& poteſt fieri munda, ſumat, & uel cõ
buratur mappa, uel ſufficienter laue-
tur. Regula autem generalis eſt, quòd
quotieſcũque ſcitur, ubi ſunt ſpecies
ſacramenti, non debent comburi, ſed
ſeruari. Reliqua uide apud ſanctum
Thomam. Hęc ſufficiant de ſacramẽ-
to Euchariſtię.

CONCLVSIO.

102 *Miſſa eſt verè, & propriè ſacrifi-
cium.*

Quęritur, an miſſa ſit ſacrificium?
Reſp. quod unanimis ſententia om-
nium ſanctorum, & Doctorum eſt, &

ni Deo patri pro nobis. Et ita de fide eſt tenendum, nam Lucæ 22. dicitur; Et accepto pane, gratias egit, & fregit, & dedit eis dicẽs; Hoc eſt corpus meũ, quod pro uobis datur, hoc facite in meã cõmemorationẽ. Datur, inquam nunc in præſenti, & hęc noſtra aſſertio diffinitur in pdicto Conc. ſeſſ 22 ca. 1. Ex qua habes, quod Chriſtus pro nobis bis ſeipſum obtulit in ſacrificium. Primo, incruentè ſub ſpecieb. panis & uini. Secundo cruente ſub propria ſpecie veræ carnis humanæ, in ara crucis. Eadem igitur res. ſ. corpus, & ſanguis Chriſti, & Chriſtus totus bis oblata eſt pro nobis, ſemel in cruce, ſecundo in cœna ſub ſpecieb. panis, & vini. Et hæc quoti die repetitur per ſacerdotes miſſam celebrantes. Quod itẽ patet ex diffinitione Conc. Trid. c. 2 ubi ſupra. Et quia Chriſtus in ultima cœna miſſam celebrãs ſeipſum obtulit ꝓ viuis & mortuis. Ideo miſſę offerri põt pro peccatis viuorũ, & mortuorũ, & pro aliјs neceſſitatibus. Eſt. n. verum ſacrificiũ, & unicũ eccleſiæ Chriſtianæ. Et ita firma fide tenendum eſt. Sic. n. diffinitur in pdicto Conc. Tri. vbi ſupra cau. 3. cuius uerba ſunt; Si quis dixerit miſſæ ſacrificium tm̃ eſſe laudis, & gratiarũ actiónis, aut nudam cõmemorationẽ ſacrificij in cruce peracti, non aũt propitiato
rium,

rium, vel ſoli prodeſſe ſumenti, neque pro viuis & defunctis, pro peccatis, pœnis, ſatisfactionibus, & alijs neceſſitatibus offerri debere, anathema ſit.

SEQVITVR SACRAMENTUM Pœnitentiæ.

De Sacramento Pœnitentiæ tractat Magiſt. Sent. 4. d. 14 & S. Th. 3. p. q. 84.



De Sacramento Pœnitentiæ.

CONCLVSIO.

104 *Pœnitentia eſt verè Sacramentum ad remittenda peccata poſt Baptiſmum, à quo differt quàm ſint iſta duo Sacramenta.*

Penitentia eſt Sacramentum.

QVæritur, vtrum pœnitentia ſit Sacramentũ, & vtrum poſt baptiſmum ſit aliquod ſignum viſibile inſtitutum ad remiſſionem peccatorũ actualium? Reſpondeo, quod ſic, & eſt cõcluſio de fide, vt patet Ioã. 10. Quorum remiſeritis peccata, remittũtur eis. Et Matt. 18. Quodcunque ſolueris ſup terram, erit ſolutum & in cœlis. Ex his locis patet, quod eſt aliqua auctoritas & iuriſdictio inter homines ad remittendum peccata. Et hæc iuriſdictio inter homines exercetur per actum exteriorem, ergo pœnitẽtia eſt ſignũ ſenſibile inſtitutum a Deo in remiſſionẽ peccatorũ, ac proinde eſt in ſacramẽtum. Idem patet auctoritate eccleſiæ in c. ad abolẽdam extra de hæreticis. Et expreſsè inter ſacramenta numeratur confeſſio peccatorum. Et inter hæreticos numerantur qui aliter ſentiunt de ſacramentis, quàm eccleſia Romana ſentit. Et in Concil. Flor. ſub Eugen. iiij. numeratur pœnitentia inter ſeptem ſacramenta, ergo. Idem diffinitur in Concil. Trid. Seſſ. 14. de pœnitentiæ ſacramento, Cano. 1. cuius verba ſunt. Si quis dixerit in catholica eccleſia pœnitentiam non eſſe verè, & propriè ſacramentum pro

fid-

fidelibus, quoties poſt baptiſmum in peccata labuntur, ipſi Deo reconciliã dis, a Chriſto domino noſtro inſtitutum, anathema ſit.

Et quod ſacramentum pœnitentiæ, & ſacramẽtum baptiſmi non ſint vnũ ſacramentũ, ſed duo, firma fide tenendum eſt: Sic.n. dicitur in prædicto Concilio, & Seſſ. c 2. & can. item 2. Si quis ſacramenta cõfundens, ipſum baptiſmum, pœnitentię ſacramentum eſſe dixerit, quaſi hæc duo ſacramenta diſtincta non ſint, atque ideo pœnitentiam non rectè ſecundum poſt naufragiam tabulam appellari, anathema ſit. Vocatur autem Sacramentum pœnitentiæ, quamuis contineat cõtritionem, ſatisfactionem, & confeſſionem, quia ſumpſit nomen ab ultimo ut dicit S. Th, 4. d. 16. q 1. art. 1. ſicut ſæpe vſitatũ eſt Nam licet homo ſit animal, corpus, & ſubſtantia, non denominatur niſi ab ultimo, quód eſt homo. Sic ẽt ſacerdos quamuis ſit diaconus & ſubdiaconus nominatur ſacerdos ab vltimo. Quia uerò vltima pars pœnitentię, quæ eſt ſatisfactio, eſt pœnalis, imo omnia in hoc ſacramento ſunt pœnalia, ideo vocatum eſt ſacramentum pœnitentiæ totum aggregatum ex illis partibus, tam actus pœnitentis, quàm abſoluentis.

cõſuetudo, quæ iam uidetur abrogata. Si tamen aliquis hoc faceret, non reputaretur peccare mortaliter. Tertia, quando eſt neceſſarium infirmis viaticũ porrigere, & aliter haberi non poteſt. Quarta, pro neceſsitate peregrinorum, ſi peregrinates in die feſto venerunt poſt miſſam celebratam. Ego miro certe, & puto quod ante nõ erat ita arcta conſuetudo ſemel tãtum celebrandi, ſicut nunc eſt. Quinta, pro neceſsitate nuptiarũ, ſcilicet quando tempus præteriret, & non poſſent nuptiæ differri. Has exceptiones ponit ẽt Raymũ Sexta ſm Hoſtien. quando quis habet duas eccleſias, etiã ſi una ſit in titulo, & alia commẽdata, & hęc cõſuetudo adhuc durat. Septima quãdo eodem die, occurrũt duæ miſſæ, vna de die, alia de ieiunio. Hoſ 7. caſus ponit Pal. 4. diſt. 12. q. 2. art. 4. ubi notat quod oẽs prędictæ exceptiones intelligũtur, quãdo ſacerdos eſt ieiunus, alias ĩ nulla neceſsitate licet. Pan. in d. c. cõſuluiſti ponit 8. exceptiones 7. prædictas, & Octauam, ſi ſuperueniat aliqua magna perſona, ut epiſcopus, & ſimiles, quos nõ licet trãſire ſine auditione miſſæ. Et idem eſt (ait Sylueſter) de quolibet alio in die feſto, quoniam habet præceptũ audiendi miſſam. Glo. in d. c. ponit Nonam.

ſcili-

ſcilicet ſi eſſet conſuetum in aliqua eccleſia dicere duas miſſas, & non ſit niſi unus ſacerdos, idoneus ad celebrandum. Addunt aliqui decimā propter paupertatem eccleſiarum, & raritatem ſacerdotum. Et hoc habetur in iure 21. q 1.c clericus in fi. & de elec. c dudum, & 10.q.3.c unico, & ita habet etiam cōſuetudo. Sylueſter addit undecimam, ſcilicet, quandocunque occurrit neceſsitas arbitrio boni uiri. Probat eſt d. c. cōſuluiſti, ubi dicitur, quod propter neceſsitatē licet pluries celebrare Ex quo dicto eliciūt doctores hos caſus. Notat Palu. quod non licet ſacerdoti pluries in die, quàm bis celebrare. Pro quacunque autem neceſsitate nemini licet bis communicare in die eodem.

CONCLVSIO.

97 *Vide concluſionem.95.*

De tempore autem miſſæ ſolennis S. Tho. dicit quod eſt ab hora tertia vſq; ad nonā.i.uſque ad horā tertiam poſt meridiem. Et quod hæc cōſuetū do fuerit in Eccleſiá, patet ex cap. ſolent. de conſecr. d. 1.& licet non inueniamus præceptum de conſuetudine, quam nūc habemus, quæ reuocet præcedentem, nihilominus uirtualiter inuenitur in hoc, quod Papa cōcedit aliquib. priuilegia, quod poſsint dicere *Quo tempore miſſa ſit celebranda.*

miſſam

miſſam poſt meridiem. De nocte verò non eſt celebrandum, quia eſt iure cautum, præterquam in nocte reſurrectionis, cum in præfatione dicatur; Qui hanc ſacratisſimam noctem, &c. Sed hæc cõſuetudo abrogata eſt. In aurora autem poteſt celebrari, nec oportet expectare pũctualiter, ſed ſeruetur in hoc cõſuetudo. Credo tamẽ quod in caſibus propter quos licet bis celebrare, licebit etiam noctu celebrare, ut propter infirmos Vide Gabriel. in canoni. lect. 14. & 15.

CONCLVSIO.

98 *Miſſa eſt celebranda tantum in loco ſacro.*

Quo loco miſſa dicēda ſit. Quæritur, de loco in quo miſſa eſt celebranda? S. Tho 3.p q 83 art 3. dicit quod non poteſt celebrari niſi in locis ab epiſcopo conſecratis. Hoc probat conſuetudine eccleſiæ. Vide Gabrielem in canone lect. 13 & 14 & omnia illa, quæ ueniunt in uſum ſacramenti, oportet quod ſint ſacra, ut in cap. nullus præsbyt. &c. ſi quis, de conſe. diſt. 1. Notandum tamen eſt, quod quamuis offerantur priuilegia celebrandi in domibus, maxima tamen irreuerentia eſt dicere miſſam, ubi dormiunt uir & uxor, cum etiã ſi in eccleſia dormierint, polluatur. Clericis conuenit iſtas deuotiones corrigere.

gere. Et Papa non concedit talia priui legia niſi cum reuerentia, & in loco honeſto. De alijs ritibus ſi aliquid intermittatur non ex malitia, ſed ex negligentia quacunque, non exiſtimetur mortale. Vnde ſi quiſpiam celebrans obliuiſcatur manipuli, uel non aduertat ſe ſine ara celebrare, non timeat peccatum mortale.

CONCLVSIO.

99 *Eccleſia polluitur per effuſionem ſanguinis, ſeminis, & ſi in ea ſepelliatur aliquis excommunicatus, reconciliatur per* Epiſcopus *ſi fuerit conſecrata, at ſi fuerit benedicta tantum per ſimplicem ſacerdotem poteſt reconciliari.*

Quæritur, quomodo uioletur eccleſia, & qualiter reconciliari debet? Reſpon. quod eccleſia uiolabitur in duobus caſibus, ut habetur de conſecr. eccleſiæ. c. ult. & c. ſignificaſti, de adul. Primus eſt, ſi in eccleſia effundatur ſanguis, & hoc intelligendum eſt graui effuſione, nam ſi pugno percuſſero aliquem in naribus, & fluat ſanguis, et in magna quantitate, nō polluitur eccleſia. Et etiam intelligitur de effuſione iniuſta. Si enim quiſpiam ſe defendendo occidat aliquem in eccleſia, non propterea uiolatur. Nec oportet quod ſanguis cadat intra eccleſiā, *Eccleſia quō uioletur & reconcilietur.*

ad

ad hoc ut uioletur, ſufficit enim q̃d ibi effundatur, etiam ſi percuſſus grauiter, exeat ſtatim ab eccleſia; antequã ſanguis cadat. Secundus caſus eſt emisſio ſeminis, non ſolum illicita, ſed ẽt licita uiri cũ uxore. Pollutio tamẽ in ſomnis, quacũque ex cauſa proueniat, non uiolat eccleſiam Additur tertius caſus. ſ. ſi in eccleſia ſepeliatur excommunicatione denũciatus. De modo aũt, quo eccleſia debet reconciliari poſtquam fuerit polluta, diſtinguendum eſt, quia uel eccleſia eſt conſecrata, aut dedicata, & ſic à ſolo epiſcopo eſt reconcilianda, niſi ipſe uel Papa alteri commiſerit, poteſt autem committi clerico cuicunque. Si autẽ eccleſia non fuerit conſecrata ſed ſolũ benedicta poteſt a ſimplici ſacerdote reconciliari Si autem epiſcopus ægrotaret, & nolit committere alteri ꝙ eam reconciliet, poteſt dare licentiam quod celebrẽtur ibi diuina, quouſque ipſe posſit eã conſecrare. Si aũt uitia ſint occulta, non opus eſt eccleſiam reconciliari, ut tenet beatus Antonius, Guilielm. & Hoſt. Si autẽ ſint publica reconcilietur. Fiunt publica uel ex confesſione eorum, qui fecerũt uel ex euidentia facti. Ratio Ioan. Andreæ eſt quia eccleſia non iudicat de occultis.

CON-

CONCLVSIO.

100 *Conſuetudines quæ nunc obſeruantur in celebratione Miſſarum antiquiſſimæ ſunt.*

Quæritur,quando cœpit miſſa cele brari cum iſtis ritibus nunc conſuetis? Reſpon.quod ritus eccleſiæ in celebra tione miſſarum eſt antiquisſimus. Nã Dionyſius, qui fuit tempore Pauli,po nit pauciores cæremonias, & ritus in libro de eccleſiaſtica Hierarchia Item in c. Iac.de conſecr.d. 1. dicitur. Iaco bus frater homini cui primo credita eſt Hieroſolymitana eccleſia, & Baſi-lius epiſcopus Cæſarienſis (cuius claritas per totum orbem refulſit) in ſcri pturis addiderunt nobis miſſę celebrationem Gloſſa. 1. ordinem miſſæ cele brandæ.Iſidorus li. 1. de officio & Dio nyſius dicunt,ꝙ beatus Petrus fuit pri mus, qui hoc fecit. Hæc non inter ſe diſſonant,potuit enim eſſe ꝙ alij face rent auctoritate Petri, qui erat pontifex.Augu.ad Ianuarij Inquiſitionem, tractans illa uerba Pauli. Cætera cũ ve nero diſponam. 1. Cor. 11.loquens ꝗ-ſita accedendum ad euchariſtiam,dicit Paulus apud Cor. ordinauit ritũ illũ, qui ordinatus fuit Romæ a Petro, & Iacobo Hugo de ſancto Vict. li. 2. de ſacramentis p 8. c. ulti.quod dicit primus omnium celebrauit Petrus Antio

Miſſa quando cœpit celebrari.

chiæ,

chiæ, quod poteſt intelligi de celebratione cum dignitate pontificali. Et ita intelligit beatus Anton. 1. p. ti. 6. c. 8. & de his ſit ſatis.

CONCLVSIO.

Miſſa defectibus, quomodo occurrendum.

101 *Vide quæſtionem.*

Quæritur, de aliquibus defectibus contingentibus in miſſa, quomodo ſit eis occurrendum. Quid ſi ſacerdos celebrans moriatur? uel ſi impediatur aliqua infirmitate? Dico, quod ſi hoc contingit ante conſecrationem, non oportet, quod miſſa perficiatur: ſi autem poſt conſecrationem, debet miſſa per alium perfici. Sed quid faciet celebrans ſi meminerit ſe eſſe in mortali, aut in excommunicatione? Reſpõ. quod ſi eſt ante conſecrationem, dimittat miſſam, ſi non ſit nota infamiæ, uel ſcandali, at ſi ſequatur ſcandalum, non dimittat. Sin uerò ſit poſt conſecrationem, omnino non debet dimittere. Idem dicendũ eſt de eo qui meminit ſe non eſſe ieiunum. Quid quando aranea, muſca, uel aliud animal uenenoſum cecidit in calicem. Reſpondeo ſi eſt ante conſecrationem; tollat animal & uinum, & mittat aliud de nouo. Si poſt conſecrationem, accipiat animal, abluat, & comburat, & ablutio & cineres mittantur in piſcinam, & ſumat ſanguinem. Si autem ſit

venenum in calice, non bibat, ſed ſeruet in calice, uel in uaſe apto inter reliquias, & ponat aliud uinum, & iterũ conſecret ſolum uinum, ſi nondum ſumpſerit hoſtiam. Si uerò ſumpſerit hoſtiam, reincipiat à conſecratione hoſtiæ. Idem faciat ſi poſt ſumptionẽ hoſtiæ, deprehenderit nihil fuiſſe in calice, uel fuiſſe ſolam aquam, reincipiat a conſecratione hoſtiæ. Quamuis ſi iam ſumpſerit aquam, dubitat Palude, an debeat calicem conſecrare. Si aũt dubitat, an dixerit uerba conſecrationis, dicat iterum ſecũdum Scotum. Si sãguis fundatur totus, ponat aliud uinũ, & conſecret: & ſi ceciderit ſuper tabulam, lambatur, & radatur, & mittatur in piſcinam. Si ſuper mappam, & poteſt fieri munda, ſumat, & uel cõburatur mappa, uel ſufficienter lauetur. Regula autem generalis eſt, quòd quotieſcũque ſcitur, ubi ſunt ſpecies ſacramenti, non debent comburi, ſed ſeruari. Reliqua uide apud ſanctum Thomam. Hęc ſufficiant de ſacramẽto Euchariſtię.

CONCLVSIO.

102 *Miſſa eſt verè, & propriè ſacrificium.*

Quęritur, an miſſa ſit ſacrificium? Reſp. quod unanimis ſententia omnium ſanctorum, & Doctorum eſt, &

fuit,miſſam eſſe ſacrificiũ,& ita firma fide tenẽdũ eſt,& oppoſita aſſertio eſt hæretica. Eccleſia n. catholica à principio ſui ortus ſenſit, tenuit,confeſſa eſt,docuit,& prædicauit,atque executione, & uſu monſtrauit miſſam eſſe ſacrificiũ.Vt. n. dicitur Pſ. 109. & ad Hebr.6. Chriſtus eſt ſacerdos in æternũ ſecũdũ ordinẽ Melchiſedech, qui vt dicitur Gen. 14 in pane, & uino ſacrificiũ obtulit.Ergo ſi in cœna conſecrans panem, & uinum Chriſtus non ſacrificauit uere,& realiter,nunquam fuit ſacerdos ſm ordinem Melchiſedech.Itẽ pro ſtatu nouæ legis,quæ vſque in finẽ ſeculi eſt duratura,neceſſe eſt dare ſacrificiũ aliquod uiſibile ipſi propriũ,& peculiare,nam teſte Paulo ad Heb 7.Lex,& ſacerdotiũ & ſacrificiũ,ita connexa ſunt adinuicẽ ut nullum ab alio ſeparari poſsit Item ſacrificiũ agni paſchalis fuit figura agni Chriſti exiſtẽtis ſub ſpeciebus panis, & uini.Nam ille agnus repręſentabat Chriſtũ ſub ratione comeſtibilis. Itẽ propheta Daniel qui ca. 9. dixerat ſacrificiũ veteris legis fore in ęternũ ceſſaturũ,poſtea ca 12.de ſacrificio legis nouæ loquens dicit iuge ſacrificium (ſcilicet,legis nouę quod ſub pane,& uino celebratur)ceſſaturũ per tres annos cum dimidio,&c. Præterea Malachiæ,

chiæ.1. reprobans dominus ſacrificia legis Iudaicæ dicit Munus non ſuſcipiam de manu ueſtra, aborto.n. ſolis uſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus. Et in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnũ eſt nomen meum in gentibus, ubi uides quod loquitur de eccleſia tempore legis Euangelicæ, quæ gentiũ eccleſia eſt. Hæc igitur ueritas quod miſſa ſit ſacrificium diffinita eſt in Conc. 12. Toletano ca. 5. & in Conc. Lateranenſi. ſub Innoc. III. cano. 1. ſuorum. Decretorum, & in Synodo generali. c. 32. ſuorum decretorum. Et in Cõc. Epheſino in epiſtola ad Neſtorium miſſa, & tandem in Concil. Trid. Seſſ. 22. cap. 1. 2. 3. & 4. & cano. primo, tertio, 4. &c. uerba primi canonis hæc ſunt. Si quis dixerit in miſſa non offerri Deo, uerum, & proprium ſacrificium, aut quod offerri nõ ſit aliud quàm nobis Chriſtum ad manducandum dari, anathema ſit.

CONCLVSIO.

103 *Chriſtus prius ſeipſum obtulit ſub ſpeciebus panis, & uini in vltima cæna, & poſtea in cruce ſeipſum vinum.*

Obtulit autem ſeipſum Chriſtus in ultima cæna ſub ſpeciebus panis, & vini

ni Deo patri pro nobis. Et ita de fide eſt tenendum, nam Lucæ 22. dicitur; Et accepto pane, gratias egit, & fregit, & dedit eis dicẽs; Hoc eſt corpus meũ, quod pro uobis datur, hoc facite in meã cõmemorationẽ. Datur, inquam nunc in præſenti, & hęc noſtra aſſertio diffinitur in ꝓdicto Conc. ſeſſ. 22. ca. 1. Ex qua habes, quod Chriſtus pro nobis bis ſeipſum obtulit in ſacrificium. Primo, incruentè ſub ſpecieb. panis & uini. Secundo cruente ſub propria ſpecie veræ carnis humanæ, in ara crucis. Eadem igitur res. ſ. corpus, & ſanguis Chriſti, & Chriſtus totus bis oblata eſt pro nobis, ſemel in cruce; ſecundo in cœna ſub specieb. panis, & vini. Et hæc quoti die repetitur per ſacerdotes miſſam celebrantes. Quod itẽ patet ex diffinitione Conc. Trid. c. 2 ubi ſupra. Et quia Chriſtus in ultima cœna miſſam celebrãs ſeipſum obtulit ꝓ viuis & mortuis. Ideo miſſę offerri pōt pro peccatis viuorũ, & mortuorũ, & pro alijs neceſsitatibus. Eſt. n. verum ſacrificiũ, & unicũ eccleſiæ Chriſtianæ. Et ita firma fide tenendum eſt. Sic. n. diffinitur in ꝓdicto Conc. Tri. vbi ſupra cap. 3. cuius uerba ſunt; Si quis dixerit miſſæ ſacrificium tm̃ eſſe laudis, & gratiarũ actiónis, aut nudam cõmemorationẽ ſacrificij in cruce peracti, non aũt propitiato

rium,

rium, vel ſoli prodeſſe ſumenti, neque pro viuis & defunctis, pro peccatis, pœnis, ſatisfactionibus, & alijs neceſſitatibus offerri debere, anathema ſit.

SEQVITVR SACRAMENTUM Pœnitentiæ.

De Sacramento Pœnitentiæ tractat Magiſt. Sent. 4. d. 14 & S. Th. 3. p. q. 84.



De Sacramento Pœnitentiæ.

CONCLVSIO.

104 *Pœnitentia eſt verè Sacramentum ad remittenda peccata poſt Baptiſmum, à quo differt quàm ſint iſta duo Sacramenta.*

Quæri-

Penitentia eſt Sacramentum.

Quæritur, vtrum pœnitentia ſit Sacramentũ, & vtrum poſt baptiſmum ſit aliquod ſignum viſibile inſtitutum ad remiſſionem peccatorũ actualium? Reſpondeo, quod ſic, & eſt concluſio de fide, vt patet Ioã. 10. Quorum remiſeritis peccata, remittũtur eis. Et Matt. 18. Quandocunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. Ex his locis patet, quod eſt aliqua auctoritas & iuriſdictio inter homines ad remittendum peccata. Et hæc iuriſdictio inter homines exercetur per actum exteriorem, ergo pœnitẽtia eſt ſignũ ſenſibile inſtitutum a Deo in remiſſionẽ peccatorũ, ac proinde eſt in ſacramẽtum. Idem patet auctoritate eccleſiæ in c. ad abolẽdam extra de hæreticis. Et expreſsè inter ſacramenta numeratur confeſſio peccatorum. Et inter hæreticos numerantur qui aliter ſentiunt de ſacramentis, quàm eccleſia Romana ſentit. Et in Concil. Flor. ſub Eugen. iiij. numeratur pœnitentia inter ſeptem ſacramenta, ergo. Idem diffinitur in Concil. Trid. Seſſ. 14. de pœnitentiæ ſacramento, Cano. 1. cuius verba ſunt. Si quis dixerit in catholica eccleſia pœnitentiam non eſſe verè, & propriè ſacramentum pro

fidelibus, quoties poſt baptiſmum in peccata labuntur, ipſi Deo reconciliádis, a Chriſto domino noſtro inſtitutum, anathema ſit.

Et quod ſacramentum pœnitentiæ, & ſacramẽtum baptiſmi non ſint vnũ ſacramentũ, ſed duo, firma fide tenendum eſt. Sic.n. dicitur in prædicto Concilio, & Seſſ. c 2. & can. item 2. Si quis ſacramenta cõfundens, ipſum baptiſmum, pœnitentię ſacramentum eſſe dixerit, quaſi hæc duo ſacramenta diſtincta non ſint, atque ideo pœnitentiam non rectè ſecundum poſt naufragiam tabulam appellari, anathema ſit. Vocatur autem Sacramentum pœnitentiæ, quamuis contineat cõtritionem, ſatisfactionem, & confeſſionem, quia ſumpſit nõmen ab ultimo ut dicit S. Th, 4. d. 16. q. 1. art. 1. ſicut ſæpe vſitatũ eſt Nam licet homo ſit animal, corpus, & ſubſtantia, non denominatur niſi ab ultimo, quód eſt homo. Sic ẽt ſacerdos quamuis ſit diaconus & ſubdiaconus nominatur ſacerdos ab vltimo. Quia uerò vltima pars pœnitentię, quæ eſt ſatisfactio, eſt pœnalis, imo omnia in hoc ſacramento ſunt pœnalia, ideo vocatum eſt ſacramentum pœnitentiæ totum aggregatum ex illis partibus, tam actus pœnitentis, quàm abſoluentis.

CONCLVSIO.

105 *Materia propinqua Sacramenti pœnitentiæ ſunt actus pœnitentiis, ſcilicet contritio, confeſsio, & ſatisfactio.*

Materia Sacramenti pœnitentiæ,

Quæritur, quæ ſit materia huius Sacramenti? Reſp. quod materia remota ſunt peccata pœnitentis. Vnde cũ beatiſſima Virgo nullum prorſus peccatum habuerit, falſisſimum eſt, quod quidam fingunt, ſ. ꝙ confitebatur. B. Ioanni Euangeliſtæ. Materia verò propinqua, ſunt tres actus pœnitentis, ſ. contritio, confesſio, & ſatisfactio. Ita enim diffinitum eſt in Concil. Flor. ſub Eugenio 4. Et idem etiam diffinitur in Concil. Tridentino. Seſſ. 14. de pœnitentiæ ſacramento. cano. 4. his uerbis. Si quis negauerit ad integram & perfectam peccatorum remiſſionem requiri tres actus in pœnitente quaſi materiam ſacramenti pœnitentiæ, videlicet, contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem, aut dixerit duas tantum eſſe pœnitentiæ partes, terrores, ſcilicet incuſſos conſcientiæ, agnito peccato, & fidem conceptã ex euangelio uel abſolutione, qua credit quis ſibi per Chriſtum remiſſa peccata, anathema ſit.

CON-

CONCLVSIO.

106 *Forma pęnitentiæ hæc eſt,* Ego te abſoluo, *cætera verò ſunt de congruitate.*

Quæritur, quę ſit forma huius ſacramenti? S. Tho 3. p. q. 84. art. 3. dicit ꝙ forma uera ſacramenti pœnitentiæ eſt; Ego te abſoluo. Sicut.n. Marci vltimo, & Matt. vlt. dominus loquens de baptiſmo dixit; Baptizantes eos in nomine patris & filij, & ſpiritus ſancti, Ego te baptizo, ſic de pœnitentia dicitur Matt. 18. Quodcunque ſolueris ſuper terram, ergo hęc erit forma pœnitentia, ego te abſoluo. Item 2. Cor. 2. Ego quod donaui, ſi quid donaui, propter uos in perſona Chriſti, ergo ſicut Paulus dicit ſe donaſſe, ſic debet & ſacerdos dicere, ego te abſoluo. Item ut ait S. Tho. opuſcul. 22. Non eſt parui momenti quod eccleſia canit. Iam bone paſtor Petre clemen accipe uota precantum, & peccati uincula reſolue tibi poteſtate tradita, ac proinde non eſt blaphemia, ut putant hæretici, quod ſacerdos dicat, Ego te abſoluo. Item in Concil. Fl. ſub Eug. 4. expreſſe determinatur hanc eſſe formam pęnitentiæ, ſ. Ego te abſoluo, & expresſius in Conc. Trid. Seſſ. 14. Cano. 3. cuius uerba uide infra q. 179. Hęc igitur eſt forma conueniens & neceſſa-

Forma ſacramẽti pœnitentiæ.

Vnde forma baptiſmi dicatur.

ceſſaria. Et licet premittãtur alia verba oĩa ſunt de cõgruitate, ſicut ẽt crucis ſignũ. Et ſi dicatur in c. nũquid, de conſecr. d. 5. Sacramenta cruce perficiuntur, ſed nõ loquitur de omnibus ſacramentis. Manum impoſitio dicit Pal. ꝙ eſt de congruitate. Sed S. Tho. ait ꝙ debet fieri manum impoſitio. Et ponantur à capite ſeparatæ. Signat n. copioſum munus gratiæ conferri, ſicut in ſacramento confirmationis.

CONCLVSIO.

107 *Pœnitentia eſt ſufficiens remedium cõtra peccata.*

Pœnitentia eſt ſufficiens remediũ cõtra peccata.

Quæritur, utrum pœnitentia ſit remedium ſufficiens contra peccata? Reſp. quòd ſic. Patet ex illo Ezech. 18. Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, uita uiuet &, non morietur, omnium iniquitatum eius, quas operatus eſt, non recordabor. Et idem dicitur cap. 33. & Sap. 11. Diſsimulans peccata hominum propter pœnitẽtiam. Et Matt. 3. Pœnitentiam agite, & appropinquabit regnũ cœlorũ. Idẽ dicitur Matt. 4. & Luc. 15. Gaudium eſt angelis ſuper uno peccatore pœnitentiã agente. Et 2. Cor. 7. Quæ.n. ſecundum Deum triſtitia eſt, ſalutem operatur. Luc. 17. Si pœnitẽtiam egerit, dimitte illi. Et sũt in utroque teſtamento infinita teſtimonia.

monia. Et ſi obijcias illud Hebr.6. Impoſſibile eſt eos, qui ſemel ſunt illuminati, &c. rurſus reuocari ad pœnitentiam. Dico cum S. Thom. 3.par.quæſtio.84.artic.10.ad 1.& cum Chryſoſt. & omnibus ſanctis doctoribus, quòd ibi negat Paulus, non pœnitentiam, ſed renouationem per baptiſmum ſecundo acceptum, quia baptiſmus non eſt iterabilis. Peccatum vero in Spiritum ſanctum, ſi ſit finalis impœnitentia, ideſt peccatum cum quo homo moritur ſine hoc quod egerit pœnitentiam de eo, eſt irremiſſibile. Alia autem peccata in Spiritum ſanctum dicuntur irremiſſibilia, quia difficile remittuntur, & raro Deus tales conuertit, & ſunt in magno periculo. Sed tamen ſi pœnitentiam egerint, remiſſionem ſine dubio conſequentur.

CONCLVSIO.

108 *Pœnitentia eſt neceſſarium remedium poſt perpetrata peccata.*

Quæritur, an pœnitentia ſit remedium neceſſarium ad ſalutem poſt lapſum in peccatum? Reſpon quòd ſic. Nam in ſacris literis vbicunque dominus hortatur ad veniam petēdam, non dat aliud remedium niſi pœnitentiam, ergo. Et hoc adeo verum eſt, quod etiam requiritur pœnitentia

Pœnitentia eſt neceſſaria ad ſalutē poſt peccatum.

de peccatis commiſſis ante baptiſmũ, ad vlt.n.qui baptizantur, neceſſe eſt quod doleant de peccatis. iuxta illud Actu. 2. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum. Et Augu. lib.de pœnitentia ait, Omnis qui iam ſuæ voluntatis arbiter conſtitutus eſt, cum ad ſacramentum fidelium accedit, niſi eum veteris vitæ pœniteat, nouam non poteſt inchoare, quod & habetur de conſec diſt.4 c.omnis qui. Ab hac autem pœnitentia cum baptizãtur, ſoli paruuli ſunt immunes. De venialibus aũt non eſt neceſſaria pœnitentia, quia per dilectionem Dei, & multa alia remitti poſſunt. Si verò peccator prçueniatur aliquo periculo maris, vel latronũ, vel alicuius alterius, pœnitentia eius erit, quod faciat tunc quicquid posſit. Dicat miſerere mei Deus, vel aliquid ſimile, quicquid n. posſit etiã in ultimo ſtatu facere hoc animo, vt concilietur Deus & placatus reddatur, pęnitentia eſt. Talis nanque non eſt extra ſalutis ſtatum.

CONCLVSIO.

109 *Per pœnitentiam, remittitur ſaltem in parte pœna pro peccatis debita.*

Pœnitentia remittit pœnã peccatorum.

Quæritur, vtrum per pœnitentiam remittatur pœna debita peccatis? Reſpõ. quod per pęnitentiam ſemper remittatur aliqua pars reatus & fit minor,

nor, nõ tamen oportet quod tollatur tota obligatio ad pœnam. Nam omnes fatentur quod poſtquam aliquis pœnituit,imponenda eſt aliqua pęnitentia. Neque hoc infert pręiudiciũ aliquod diuinæ miſericordiæ, quod poſt dimiſſam culpam quærat pœnã ab amico, qui. n. peccat lædit iuſtitiã ſimul & amicitiam; Iure autem amicitiæ teneor ego dũ aduerſarius petit ueniam,& eſt paratus facere quicquid uoluerim, recipere eum ad priſtinam amicitiam. Nec debeo dicere,non paream,aut non ero amicus, donec reddat domum quam combusſit. Sed nihilominus ſalua amicitia, poſſum repetere domum meam. Et Rex põt amico ſuo remittere homicidium. tamen omnino ſalua amicitia, cogit eum ſatisfacere alteri pro iniuria. Sic Deus omnino poſtquã aliquis petit ueniã, redit in amicitiam,& nihilominus exigit iuſtitiã. Nota unũ locũ,ex quo expreſsè conſtat,quod Deus punit hominem poſtquam factus eſt ei amicus. 2. Reg. 12. Poſtquam dimiſit Deus peccatum Dauid; dicitur, Veruntamen filius, qui natus eſt tibi morietur, &c.

CONCLVSIO.

110 *Quicquid ſufficit ad remittenda peccata mortalia, ſufficit etiam ad remittenda uenialia, & inſuper be-*

nedictio ſuperioris, dilectio Dei*, tunſio pectoris, aquæ benedictæ aſperſio, ratio* Dominica*, dolor generalis peccatorum, & his ſimilia.*

Venialia peccata, quomodo remittantur.

Quæritur, quomodo remittantur peccata venialia. Reſp. 1. ꝙ quicquid ſufficit ad remittendum mortale ſufficit etiã ad remittendum veniale. Eſt clarum, quia quicquid eſt in veniali, eſt in mortali, & aliquid amplius, ergo. Secundo dico quod ad remisſionẽ venialis ſufficit dilectio Dei. Nam cũ Dei dilectio ſit ei velle placere, & qui ei placere vult, virtualiter non diſplicet, iam ibi interuenit diſplicentia interpretatiua, quæ ſufficit ad remisſionem venialium, vt ait S. Thom. 3. p. q. 87. art. 1. Nam apud homines ſufficit ad remisſionem leuis offenſe dicere ei, quem offendit, ego poſt hac volo tibi in omnibus placere, ergo multo magis apud Deum qui pronior eſt ad miſerendum. Item probat hoc Scotus, plus placet Deo dilectio iſta, quã diſpliceat peccatum veniale, ſed homines etiam mali ſi offendantur leui offenſa, & præſtentur eis magna beneficia, non exigunt ſatisfactionem leuis iniuriæ, etiam ſi non petatur venia, ergo dilectio Dei ſufficit ad remiſſionem peccatorum venialium. Per dilectionem vero Dei, aut per diſplicen-

centiam generalem dimittuntur omnia illa peccata venialia,ad quæ homo non eſt actualiter affectus, uel uirtualiter. Si uero quis eſt affectus, uni peccato ueniali, & dolet de alio, remittit peccato, de quo dolet, manente alio. Et quoniam in illa poteſtate eccleſiæ tradita in illis uerbis. Quorum remiſeritis peccata, non ſolum tradita eſt facultas remittendi peccata, per pœnitentiam, quæ eſt ſacramentum, ſed etiam multis alijs modis. cum ad remisſionem uenialium non ſint neceſſaria ſacramenta, relicta eſt poteſtas eccleſiæ ad inſtituenda media ad eorum remisſionem. Et iſta ſunt oratio dominica, benedictio epiſcopi, tunſio pectoris, aqua benedicta, & ſimiliter quæ ſine quocunque alio motu bono ſufficiunt remittere venialia per hoc quod fiunt, quia ſunt ab eccleſia inſtituta in remedium venialium. De aqua benedicta Alexandet quintus à Petro dicit, & habetur de conſecra. diſtinct.3.ca. aquam. Aquam ſale conſperſam populis benedicimus ut ea cuncti aſperſi ſanctificentur, & purificentur; Quod etiam omnibus ſacerdotibus faciendum eſſe mandauimus. Nam ſi ſanguis uitulæ aſperſus ſanctificabat, multo magis aqua ſale aſperſa, & diuinis precibus cõſecra-

Remedia ad remittenda venialia.

ta populum ſanctificat. De oratione dominica habetur de pœnit. d. 3. cap. de quotidianis; Et eſt Chryſoſt dicentis de quotidianis leuibuſque peccatis quotidiana oratio fidelium ſufficit, ſcilicet, Pater noſter. De benedictione epiſcopali, & Abbatũ habetur. 5.q.1.c.benedictio.cap.multi. De tunſione pectoris habetur de pœnitentia. d 1.c.tres ſunt actiones, & diſt.2. c. ſicut inquit, & de ſacra unctione.c. cum ueniſſem.§.1.

CONCLVSIO.

III *Peccata remiſſa (quantum ad culpam) nunquam redeunt propter peccatum de nouo perpetratum, neque redeunt quantum ad pœnam ſenſus, benè tamen quantum ad pœnam damni.*

Peccata per pœnitentiam remiſſa an redeãt p ſequens peccatũ.

Quæritur; utrum peccata per pœnitentiam remiſſa, redeant, per ſequens peccatum. S. Tho. 3. p. q. 88. art. 1. dicit quod in peccato duo poſſunt conſiderari, unum eſt ipſa culpa, alterum reatus ad pœnam, & tunc ponit tres concluſiones. Prima, peccatum non poteſt redire quantum ad culpam. Patet, nam ſi Scortes occidit hominem, & egit de illo homicidio pœnitentiam & iterum poſt pœnitentiam furatus eſt hoc ultimum peccatum furti non habet maculam homicidij. Secunda concluſio. Peccatum non redit quantũ

ad reatum pœnæ ſenſus,quia noua pęna ſenſus dabitur peccato huic nouo, & non illa prior. Tertia concluſio, Peccata præterita redeunt per ſequens peccatum quantum ad pœnam damni aliquo modo,quia eadem pœna dãni erit pro quolibet peccato, & eodem modo priuatur viſione diuina. Et hoc modo intelligitur illud Iacobi. Qui in uno peccauerit, factus eſt omnium reus. Verum eſt, quod peccata præcedentia dicuntur aliquo modo redire per quãdam ingratitudinem, ad iſtum ſenſum,quod grauius eſt peccatũ quod nunc poſt remiſſa peccata ſit, qui ſi prius non eſſent remiſſa peccata. Poſt remisſionem enim iterum Deum offendere, magna ingratitudo eſt. Hæc autem grauitas quę ratione ingratitudinis cõſurgit, cùm non mutet ſpecie peccati ſm oẽs, non eſt de neceſsitate confitenda. Non enim eſt opus, ut dicat poſtquam ſunt mihi dimiſſa peccata adulteratus ſum. Patet igitur quid peccata ſemel remiſſa non redeunt per peccatum ſequens. Sine pœnitentia enim ſunt dona Dei. Ro. 11. Cap. 2.

CONCLVSIO.

112 *Per pænitentiam reſtituuntur virtutes infuſæ, & gratia, magis vel minus ſecundum merita præcedentia, & præſentem contritionem.*

Per pœnitentiā reſtitui- tur gra- tia et uir tutes in- fuſæ.

Quæritur, utrum per pœnitentiam reſtituantur homini gratia, & uirtutes infuſę? Reſp: ſecundū omnes, quod non eſt dubitandum de hoc. Nam cū in pœnitentia detur, gratia, neceſſario dantur omnes uirtutes infuſæ, quæ gratiam concomitantur, ſicut in baptiſmo, quia datur gratia, dantur etiam uirtutes morales. Sed tota difficultas eſt, utrum reſurgat pœnitens ad tantā gratiam, quantam habebat antequam caderet, uel ad maiorem, aūt minorē. Ad quod omnibus alijs opinionibus dimisſis, dico cum S. Tho. 3. p. q. 89. art. 2. 3. & 5. quod pœnitens non ſemper reſurgit ad maiorē gratiam, quàm illam, à qua cecidit, nec ad ęqualem, ſed ſecundum proportionem contritionis, quam habet. Hæc opinio fuit antiquorum omnium; Alberti Magni, Alexandri de Ales 4 p. q. 77. membro. 5. & Bonauenturæ, 4. d. 14. & Ricardi, & omnium illorum qui ſcripſerunt in theologia grauiter, & modeſtè. Hoc probatur à poſteriori, præter auctoritatem Hieronymi: quam allegat San. Tho. quia experientia oſtendit, quod pœnitens non ſemper reſurgit ad maiorem gratiam, uidemus enim feruentisſimos uiros, poſt peccatum, & pœnitentiam, tepide & non ita ferUenter ſicut antea operari, ergo non habent

tunc

tunc maiorem gratiam, & amorẽ Dei. amor enim Dei non eſt ocioſus. Videmus uero magnum peccatorem aliquando, feruentiſſimè pęnitere, & exercere in bonis operibus, igitur non omnes reſurgunt ſemper ad maiorem, vel æqualem gratiam. Item ad gratiam requiritur diſpoſitio, & quanto maior eſt diſpoſitio, tanto maior gratia introducitur, ſed contritio eſt diſpoſitio, non ſolum ad nouam gratiam, ſed etiam ad gratiam; præter iram, ergo quanto maior fuerit contritio, tanto maior erit gratia, etiam præterita. Dico igitur primo ꝙ cuicũque reſurgenti, extra gratiam quæ datur ei ſm menſurã contritionis, quam habet & quæ daretur etiam ſine meriti prioribus, datur ei aliquid ratione præcedentium meritorum. v. gra. ſit Petrus qui habebat centum meritorum gradus, conteritur nunc poſt peccatum contritione vt decem, dico quod vltra gratiam vt decem, quæ datur ei ratione contritionis, datur aliqua gratia ratione præcedentium meritorum. Secũdo dico, quod quanto potior prædicta cõtritio maior fuerit, tanto maior gratia dabitur ei ratione præcedentium meritorum. v. gra. Petrus antea habebat gratiam vt decem, & Plato vt decem, reſurgunt ambo: Petrus contritione ut

decem,

decem; Plato contritione vt 20. dico q; Platoni dabitur maior gratia ratione præcedentium meritorum. Tertio, & ultimo dico, quod perfecte pœniten ti, ideſt, ex toto conatu, ſemper reſtituitur tota gratia præcedens. Nam perfectæ pœnitentiæ correſpondet perfecta reſtitutio; non eſt autem perfecta reſtitutio, niſi reſtituatur totum, ergo, & conſequenter ſecundum proportionem pęnitentiæ reſtituitur præcedens gratia. Quia iuſtum eſt, quod ſi toto conatui correſpondet tota gratia, quod medietati conatus reſpondeat medietas gratiæ, & tertiæ parti conatus 3. pars gratiæ, & ſic conſequẽter. Vnde optimum eſt ſępe dolere de peccatis, vt reſtituatur tota gratia ratione præcedentium meritorum.

CONCLVSIO.

113 *Omne opus bonum facit acquirere aliquid amplius de amiſſa gratia.*

Per omnia bona opera reſtituitur aliquid de gratia perdita.

Vtrum autem ratione aliorum bonorum operum reſtituitur aliquid de gratia præcedenti probabiliter dicimus, quod ſic. Videtur enim omnino, quod bonus princeps ſi propter delicta abſtulerit ab aliquo bona, poſt modum illo pœnitente reſtituerit dictus princeps aliquam bonorum partem & tot obſequia poſſet deinde Regi exhibere, quod redat ei omnia, & eſ

ſet

ſet hoc laudabile in principe. Ita prorſus videtur dignum ſentire de Deo, & quod diligenti Deum uel danti eleemoſynam, vel alia bona opera facienti poſt pœnitentiam reſtituat aliquid de gratia deperdita, certum igitur eſt merita præcedentia non perdi omnino, ſed recuperari à pœnitente.

De Contritione.

CONCLVSIO.

114 *Contritio eſt perfectus actus pœnitentis, vel eſt virtus placans nobis* Deũ *iratum, & unde conſequimur remiſſionem peccatorum, vel eſt dolor & deteſtatio præteritorum peccatorũ.*

DE partibus pœnitentiæ tractatum aggredienti. Quæritur in primis quid ſit contritio, qm̃ ea eſt penitentię pars prima? Rñdeo, quod eſt perfectus actus pœnitentiæ. Pœnitentia.n. virtus eſt per quem placamus nobis Deũ iratum, & conſequimur remiſſionem peccatorum. Ad hęc enim duo debet dirigi tota pœnitentis intentio. Eſt autem iſte actus pœnitentis dolor, vnde pœnitentiæ dolor eſt contritio, qui maximè propitiatur Deum. Hierony. & habetur de pœnitentia. d 1. c. mẽſuram, apud Deum non tantum valet *Contritio quid ſit.*

menſura temporis quam doloris; Et Chryſoſtomus homilia 21. ſuper Matthæum non dolere quia peccaueris, magis indignari facit Deũ, quam idipſum, q̃d antea peccaueras. Sunt de hoc infinita teſtimonia ſanctorum, & ſacræ ſcripturæ atteſtantia, quod dolor de peccatis eſt pars pœnitentiæ, valens ad remisſionem peccatorum, vt patet ex conuerſione Magdalenæ, & fletu Petri poſt negationem, &c. Habemus igitur, ꝙ contritio eſt dolor. Et ita diffinitur in concilio Florentino ſub Eugenio 4. Et in concilio Tridentino Seſſion. 14. Canon. 4. Sed notandum duplicem eſſe dolorem, quia quidam eſt ſenſitiuus alius eſt intellectiuus. Contritio aũt eſt dolor intellectiuus, & non ſenſitiuus, vt docet Sanctus Thom. 5. p. q. 85. art. 1. & omnes doctores. Quia contritio eſt in poteſtate noſtra, ſed dolor ſenſitiuus non eſt in poteſtate noſtra, ergo. Et adhuc propriè loquendo contritio non eſt ipſe dolor, ſed odium & diſplicentia peccati, ex quo naſcitur dolor. Eſt igitur contritio odium, & dolor, & deteſtatio peccatorum præteritorum.

CONCLVSIO.

115 *Oportet dolere de præteritis peccatis cum propoſitio de cætero non pecandi.*

Quæ-

Quæritur, an ſufficit dolere ſolũ de peccatis præteritis, vel an requiratur etiam propoſitum nõ peccandi? Hæc eſt grauis quæſtio, & de qua ſunt variæ ſententiæ. Maior. in 4. d. 14. q. 1. & Almain, & Bonauen 4. d. 14 in expoſitione textus dicunt, quòd ſi pœnitens nihil cogitat de futuro, non oportet quod habeat propoſitum cauendi a peccatis, ſed ſufficit quod actualiter non habeat contrarium actum S. Th. 1. 2. q. 113. artic. 5. & in 4. diſt. 14. in expoſitione textus & d. 17. q. 2. art. 4. quæſtiuncula. 4. & 3. par q. 85. artic. 3. & q. 90. artic. 4 & 3. contra gentes. ca. 158 & 4. contra gentes capitul. 72. & Adrianus quolibet 5. artic. 3. dicunt, quod requiritur actuale propoſitũ cauendi a peccatis futuris. Idem tenet Albertus Magnus 4. diſt. 14. artic. 10. & Alexander de Ales. 4. p. membro. 9. Quæ harum ſententiarum ſit vera, firmiter tenendum atq; intrepide dicendum eſt, ſolam ſententiam Diui Tho. quam ſtabilem, & firmam faciunt primum verba concilij Floren. quæ dicunt ad contritionem ſpectat dolere de peccatis commiſſis, cum propoſito non peccandi deinceps. Præterea concilium Tridentinum ſeſſio. 14. cap 4. cuius verba ſunt. Contritio quæ primum locum inter dictos pœnitentiæ

An ſi neceſſarium propoſitũ non peccandi.

actus

actus habet, animi dolor ac deteſtatio eſt de peccato commiſſo cum propoſito non peccandi de cætero. Itẽ Ioan. 5. & 8. Exiſtenti ad piſcinam dixit dominus, & adulteræ, amplius noli peccare, non dixit non pecces, ſed noli. Itẽ primũ, quod ab eo, qui fecit iniuriam poſtulamus, eſt huiuſmodi propoſitum. [frater nunc amas.] Item nõ habet ueram pœnitentiam, qui non diligit Deum ſuper omnia, ſed qui ſic diligit Deum vult ei in omnib. non diligit Deum vult ei in omnib. placere, & in nullo diſplicere, ergo talis habet propoſitum cauendi futura.

CONCLVSIO.

216 *Contritio debet eſſe de peccatis mortalibus, & ſufficit in genere conteri.*

Contritio eſt de peccatis actualib. ſed non oportet, ut de quolibet peccato ſit diſtincta cõtritio.

Quæritur, de quo debeat eſſe contritio? Reſp. ꝙ non de peccato originali; ſed de peccatis actualibus; Patet tum ex verbis vtriuſq; Concil. Florẽtini, & Trid. in præcedenti quæſtione citatis. Item quia pęnitentiæ ſacramentum non habet locum neque uirtutem, niſi poſt ſacramentum baptiſmi ſuſceptum. Vnde in Concil. Triden Seſſ. 14. Canon. 1. ſic dicitur. *Si* quis dixerit in eccl. catholica pęnitentiam non eſſe verè & propriè ſacramẽtum pro fidelibus, quoties poſt baptiſmum in peccata labuntur &c. anathema ſit. Ex qua ſententia nunc diffinita

ta liquido conſtat, ſacramentum pęnitentiæ nullum locum habere in pueris, nec in illis, qui ad vſum rationis, nec in minimo potuerunt. Nā ſi peccare non potuerunt, nec pęnitere, nec confiteri tenentur. Et eſt differentia, q̃a ad peccata mortalia requiritur cōtritio, non tamen ad venialia. Vtrum autem debeat eſſe contritio diſtincta de omnibus peccatis in particulari, vel an ſufficiat vnica contritio de omnibus in generali, dubitari ſolet. Quidam enim tenuerunt neceſſarias eſſe tot contritiones, quod peccata mortalia, quia S. Tho. dicit, quod contritio debet eē diſtincta de ſingulis peccatis mortalibus. Sed ego credo ſicut dicit Caieta. ꝙ hæc opinio ſit falſiſſima. Non.n.oportet reddere pœnitentiam ita difficilem, & inaceſſibilem. Quod ego ſentio eſt, ꝙ ad remiſſionem peccatorũ ſufficit dolor generalis de omnibus peccatis, & non requiritur dolor in particulari. Patet, quia aliàs nō poſſet homo conſequi remiſſionem peccatorum, niſi aliquo certo & determinato tempore, quod eſt falſiſſimũ, nam in quocunq; momēto poteſt homo ſufficienter conteri, iuxta illud Ezechielis 13. In quacunque die ingemuerit peccator, &c. Et ſumitur ibi dies pro momento. Sequela autem

pro-

probatur, quia ad cogitandum peccata, requiritur certum tempus, ergo ad dolendum in ſpeciali etiam requiritur tempus certum. Et hoc primum conceditur, & neceſſario concedendum eſt ab omnibus. Secundo dico, quod nec ante contritionem generalem nec poſt requiritur cogitatio, & deteſtatio ſingulorum peccatorum in particulari ante confeſsionem, in ipſa enim confeſsione tenetur homo cõfiteri in ſpeciali. Cũ.n.confeſsio debeat eſſe diſtincta, tunc cum confitetur, deteſtatur illa, nam alias eſſet fictio. Nec oportet dicere, doleo de iſtis quatuor, & de his 6. ſed doleat de omnibus, & confiteatur diſtinctè peccata ſua, & hoc ſufficit; Quia actus interior pœnitentiæ, a quo exterior proficiſcitur, ſingula mortalia, quæ ſub confeſsione cadunt, reſpicit.

CONCLVSIO.

117 *Maximus dolor debet eſſe in contritione, & odiſſe peccatum ſuper omne odibile.*

An quilibet paruus dolor ſufficiat, ad remittenda peccata.

Quęritur, vtrũ quicũq; dolor peccatorũ quãtumuis paruus ſufficiat ad remittendum peccata, Scotus 4.diſt.14. q 2 ar.2. dicit quod licet quis hẽat dolorẽ de peccatis pp Deũ, cũ omnibus alijs bonis circũſtantijs, niſi talis dolor habuerit certam intenſionẽ, & cõtinua-

tinuationem,non ſufficit. Quanta autem debeat eſſe iſta intenſio doloris, dicit quod ſolus Deus nouit. Sed hoc eſt merè uoluntariè, & ſine ratione dictum. In re autem neceſſaria ad ſalutem non debemus loqui ſine auctoritate ſacræ ſcripturæ,aut ſanctorũ.Item arguitur contra hoc, Deus pronior eſt ad miſerendum,quam ad puniendum, ſed quęcunq; intenſio uoluntatis in peccatum,etiam in uno inſtanti ſufficit ad damnandum hominẽ,ergo quæcunq; intenſio contra peccatũ in quo cũq;inſtanti ſufficiet ad cõſequendam miſericordiam & remisſionem. Tenẽdũ igitur eſt (omiſſa multitudine argumentorũ) quod in contritione non requiritur certa intenſio, aut continuatio temporis. Sed tũc dubitatur, quomodo intelligitur, quod contritio debet eſſe maximus dolor, ut dicunt doctores requiri, q̃a eſt de maximo malo.ſ de offenſa Dei. Ad hoc dicendum q; ſicut dilectio Dei debet eſſe maxima non intenſiuè,ſed effectiuè, & appreciatiuè, ita requiritur quod odio habeamus peccatum ſupra omne odibile, & reuerra mallẽ eſſe mortuus incurriſſeq; quæcunq; alia damna quam peccatnm, licet talis actus ſit remiſſus gradualiter. Nõ oportet tamen quod pœnitens faciat illam cõparationem,

mal-

mallem pati hanc mortem, uel illud malum, quam incurriſſe hoc peccatũ (quãuis hic actus eſſet ualde perfectus & multum ualeret ad pęnæ remiſsionem (ſed ſicut ſatis eſt ad dilectionem Dei ſuper omnia, uelle ei in omnibus placere, & in nullo diſplicere, ita ad cõtritionem ſufficit dicere, ego nullo modo vellem offendiſſe Deum. Et licet experiamur in morte, charorum nos plus dolere quam in peccatis, non turbemur, quia prouenit ex eo quod præſentia magis mouet quam abſentia & magis connaturalia, ſunt magis ſenſibilia, nam appetitum ſenſitiuum magis mouent. Hic autem dolor ſenſitiuus debet eſſe moderatus. Vnde Apoſtolus. 2. Corin. 2. admonet eos, ut conſolentur pœnitentem quẽdam, ne abundantiori triſtitia abſorbeatur. Dolor autem intellectiuus nõ poteſt eſſe nimius.

CONCLVSIO.

118 *Licet ſufficiat generalis contritio, tamen eſſet magis meritorium, plus dolere de grauiori peccato quàm de leuiori.*

An de maiori peccato ſi magis dolendum. Vtrum de grauiori peccato ſit habenda maior contritio quam de minori? Riſpondeo primo quòd non eſt neceſſarium dolere amplius de vno peccato quàm de alio. Patet, quia vt ſupra

ſupra diximus, ſufficit ad contritionē dolor in uniuerſali de omnibus peccatis, & talis dolor non eſt tunc intenſior reſpectu unius peccati, ut talis, q̃ reſpectu alterius. Secundo dico, quod id eſſe conuenientiſſimum, vt ſcilicet maiorem dolorem habeat homo de maiori peccato. Quod autem hoc non ſit neceſſarium patet, quia alĩàs teneretur pœnitẽs ſcire grauitates peccatorum quod ſcilicet ſit grauius peccatorum, fornicatio, an detractio, qđ nullo modo eſt dicendum.

CONCLVSIO.

119 *Dolor peccatorũ debet eſſe propter Deũ quis in peccatis offenditur, non propter timorem pœnarum.*

Quæritur, utrum dolor contritionis habere debeat hanc circunſtantiã finis ut ſi propter Deum? Vel ad hoc quod contritio ſit ſufficiens ad remiſſionem peccatorum, an requiratur dilectio Dei ſuper omnia? Reſpon. ꝙ de hoc ſunt opiniones Gab. 4. d. 14. q. 1. & 2. & Palu. diſtin. 17. q. 2. concluſione 1. & Caie. 1. q. 3. de contritione, & Capr. 3. d. 5 1. q. 1. ad 1. Greg. tenent, ꝙ requiritur dilectio Dei ſuper omnia. Et idem uidetur dicere S. Th. 3. p. q. 85. artic. 5. ubi dicit, ꝙ quintus actus, qui concurrit ad contritionem, eſt actus charitatis, & 2. q. 113. artic. 41. dicit *An cõtritio ſit dolor propter Deũ*

quod

quod ad pœnitentiam non ſufficit motus fidei, niſi ſit informatus charitate, & 3. p. q. 85. art 7. dicit, ꝙ actus pęnitentiæ naſcitur ex actu charitatis. Et probatur, quia in pœnitentia ſit integratio amicitiæ, ſit enim ex inimico amicus, ſed hoc eſt impoſſibile, niſi inimicus incipiat diligere, ergo In cõtrarium eſt, quia dilectionis actus eſt perfectior, quam actus pœnitentiæ, ergo remiſſio peccatorum non deberet tribui actui pœnitentiæ ſed actui dilectionis, cuius oppoſitum dicunt oẽs. Pro ſolutione huius dubij notandum, ꝙ actus pœnitẽtiæ eſt actus diſtinctus ab actu dilectionis Dei, quia pœnitentia & charitas diſtinguuntur, ergo etiã actus earum. Hoc ſuppoſito, vr̃ ꝙ nõ poſſit eſſe pœnitentia ſine dilectione Dei, quia odium naſcitur ex amore, ergo odium peccatorum naſcitur ex dilectione Dei, ſi enim non diligerem Deum, quare odio haberem peccata? nunquid propter amorem creaturæ? non certè, ſed propter Dei amorem, cum igr̃ odium peccatorum ſit ſuper omne odibile verè pœnitẽti, ergo procedit ex amore Dei ſuper omnia. Et ita eſt regulariter quod peccator ex amore mouetur ad pęnitendum poteſt tamen eſſe quod in uoluntate non ſit alius actus quam iſte, doleo quia offen

di

di Deum, qui nec eſt elicitus nec imperatus a charitate, & iſte talis actus ſine alia dilectione, ſufficit ad remiſſionem peccatorum, qui licet regulariter procedat a charitate, tamen remiſſio peccatorum, magis tribuitur pœnitentiæ, quàm charitati, quia in ſacra ſcriptura illi actui promittitur remiſſio Et S. Th dicens quod pœnitentia ꝓcedit ex amore, intelligēdus eſt cōiter & regulariter, ut patet apud ipſum 4. d 14. q. 1. art. 2. q. 1. Verum eſt qđ ipſe actus pœnitentiæ, nollē Deo diſplicere, eſt uera dilectio. Dolor igitur peccatorū dēt eſſe propter Deum, non propter timorem pœnarum, aut propter quoduis aliud, ſed quia ſunt offenſæ Dei patris pijſſimi.

CONCLVSIO.

120 *Qui dolet de peccatis propter Deum ſemper habet gratiam.*

Quæritur, vtrum qui dolet (vt nunc diximus) ſemper recipiet gratiā? Caiet. q. 1. de contritione, tenet mirabilē opinionem, ſ. quod conſtat quempiā dolere de peccatis perfectè, & perfectè proponere cauere ab illis in futurū, & perfectè diligere Deum ſuper oīa, & nō habere gratiā. Ratio eius eſt, quia aliàs ſequeretur, quòd poſſet quis habere euidētiam, quod ſit in gratia. Oppoſitum tenent oēs doctores, & dicūt *An qui dolet propter Deū ſemper capiat gratiam.*

ꝙ qui primū fecerit aliquid totū qđ in ſe eſt, ſtatim habebit gratiā. Vide S. Th. 1 2. q. 112. ar. 2. ad 1. & q. 113. ar. 7. & 8. & 3. p. q. 85. ar. 5. & 6. Et in plurib. alijs locis, & oppoſitū eſſet cōtra ſcripturā ſacrā dicentē, Conuertimini ad me, & ego cōuertar ad vos, i. hic pœnitēs cōuertitur ad Deū, & Deus cōuertitur ad pœnitentem. Iacob. 4 appropinquate Deo, & appropinquabitur vobis. Et Ioā. 14. Qui diligit me, diligetur a patre meo. Et Pſal 50. Cor cōtritū, & humiliatū Deus non deſpicies: Falſiſſimū ergo eſt quod Caieta. dicit; Et dico eſſe contra legē ꝙ taliter pœnitens careat gratia, cum faciat tantū quod in ſe eſt Nec hoc dato ſequitur ſe ſcire euidenter quod habeat gratiā. Non. n. ego poſſum habere euidētiā, quod doleo de peccato ſuper omnia, vel quod proponā perfectè cauere in futurum. Habemus igitur pro certo, quod qui ſic dolet habebit gratiam.

Zaccaria c. 1.

CONCLVSIO.

121 *Nunquam ex attritione fit contritio intrinſeca.*

Quæritur, vtrum attritio poſſit fieri cōtritio? Ad hoc ſuppono ex omnib. doctoribus & S. Tho. quod nihil aliud eſt cōtritio, quā dolor perfectus, attritio vero dolor imperfectus. Tūc dicit S. Tho. 4. d. 17. q. 2. ar. quæſtiuncula. 3. quòd

An attritio poſſit fieri contritio.

ꝙ attritio non põt fieri contritio. Probatur, q̃a principium contritionis eſt gr̃a, virtus infuſa, attritionis vero principiũ eſt habitus acq̃ſitus vel ſola potentia, idem aũt actus non põt elici a virtute infuſa, & acquiſita, vel a potentia, ergo; Sciẽdũ eſt tñ, quod duplex eſt cõtritio, quędã intrinſecè, quæ habet hoc pro obiecto, doleo de peccatis ſuper omnia. Alia extrinſecè, i. ex circũſtãtia, & ſic oĩs dolor qui eſt cũ gr̃a, vocatur contritio. Eodem modo duplex eſt attritio: Quædã intrinſecè ex obiecto, vt puta, doleo de peccatis, quia turpia ſunt, & infamia, vel propter infernum. Alia extrinſecè puta doleo de peccatis propter Deum, & cum omnibus circunſtantijs, ſed omitto præceptum aliquod neceſſariũ. Tunc fit cõcluſio, nunquam ex attritione fit contritio intrinſeca, quia differũt ex obiecto, vna n. dolet propter Deum, alia propter pœnas; Vnde cõcluſio S Tho. intelligitur de attritione propriè dicta, & de contritione propriè dicta.

CONCLVSIO.

122 *Non tenemur iterum dolere de peccatis, de quibus ſemel fecimus pœnitentiam. Eſſet tamen maximè meritorium ſæpius habere pro oculis gratiam a Deo præſtitam in dimittendis peccatis.*

An tota vita ſit tẽpus cõtritionis. Quęritur, utrum tota iſta uita ſit tẽpus contritionis? Rñdeo primo, qđ eſt expediens & conueniens ſępe dolore de peccatis Et ſancti ita conſulunt. Ad amicitiã.n. ꝑtinet ſæpe dolere de offenſa facta amico maxime qa dolere debemus, quouſq; reparemus detrimẽtũ factũ ꝑ peccatñ, ſed multa ſunt, q̃ nullo mõ poſſunt reparari, puta tẽpus qđ perdidimus peccãdo, ergo ꝑ totã uitã dolere debemus de illo. Hoc ãt intelligendum eſt de dolore, qui eſt in uoluntate. nã de ſenſitiuo dolore graue eſſet uidere, amicũ ſemper eſſe triſtem. Loquendo autem de doloris tẽpore, qui eſt ſub præcepto dico, quod de peccato ſemel dimiſſo nõ tenemur amplius dolere, quia Deus non indicat bis in idipſum, ut dicitur Nahum. 1. Sed de peccato non dimiſſo eſt dubium, quãdo teneatur homo cõfiteri? Ad hoc Gaietanus quodlibeto. 2. q. 3. dicit quod præceptũ contritionis partim eſt affirmatiuum, quia obligat ad actum, ſcilicet ad dolorem, partim negatiuum, quia obligat ad non manendũ in peccato. Loquendo de hoc præcepto inquãtũ eſt affirmatiuum obligat ſemper, ſed non ad ſemper ſicut & reliqua præcepta affirmatiua, ſcilicet in caſu neceſſitatis, puta cum quis adminiſtrat, uel recipit ſacramentum

vel

vel in articulo mortis. Loquẽdo uero de prædicto præcepto: inquantum eſt negatiuũ obligas ad non manendũ in inimicitia Dei, obligat ſicut & cętera ꝓcepta negatiua ſemꝑ & ad ſemꝑ, & ad ſtatim. Et ſicut qui tenet alienũ tenetur ſtatim reddere, ſic q eſt in ſtatu inimicitiæ Dei, tenetur ſtatim ab illo exire. Peccat ãt cõtra hoc ꝓceptũ, qui habet actũ commiſsionis cõtrarium, puta ſi dicat uolo manere iñ hoc ſtatu ꝑ diẽ aut per horam. Sicut qui retinet alienũ, nõ ſemper peccat de nouo, ſed cũ habet hũc actũ poſitiuũ, nolo reddere alienum. eſt tamẽ ſemper in malo ſtatu. Magiſter meus Victoria tenet ꝙ nullum eſt præceptũ de pœnitẽtia, aut contritione quod obliget ſub nouo peccato. Quamuis peccatum mortale ſine pœnitentia non poſſit deleri ac proinde ſit neceſſarium dolore ſeu pęnitere, ſed qui nõ pęnituerit, dãnabitur quidẽ propter peccata, quæ commiſit, ſed nõ quia non pœnituit. Sed quia mihi magis placet opinio cõtraria, ideo hanc non proſequor.

CONCLVSIO.

123 *Poſt hanc uitam nemo poteſt pœnitere, benè tamen in purgatorio (ſi in hac vita non compleuerit pœnitentiam debitam ſuis delictis) delere poteſt quod reliqua fuerit.*

An poſt vitã ſit locus pœnitentiæ. Quæritur, vtrum poſt hanc uitã ſit locus pœnitentiæ Rñ. quod non, ſed prout in corpore geſſit ſiue bonum, ſiue malum recipit. 2. Corin. 5. Et vbi ceciderit lignum ibi manebit, Eccle. 11. veniet nox qñ nemo poterit operare. Ioan. 9. Sed contra de Traiano, & alijs quos apoſtoli ſuſcitauerunt, quorum aliqui forſan erant in infernũ detruſi? Rñ. nõ dubito quin Deus poſſit hoĩes dãnatos liberare ab inferno, ſed hoc eſt præter legẽ. Id aũt qđ dr̃ de Traiano, timeo qđ ſit fabula, tñ q̃cq̃d ſit, Deus põt oẽs dãnatos eripere ab inferno, etiã ſi nõ pœniteãt. Et ſic non opus eſt dicere qđ ſuſcitauit illum ad pœnitendũ, non. n. erat opus.

CONCLVSIO.

124 *Peccata venialia per diſplicentiam remittuntur in purgatorio exiſtentibus, quorum opera ſunt meritoria remiſſionis peccatorum, non tamen gloriæ.*

An uenialia remittantur poſt hanc vitam. Quæritur, vtrũ ſaltẽ peccata venialia poſt hanc vitam remittantur, Rñ. quod cũ multi moriantur in peccatis venialibus, vel quia nõ cogitauerunt de illis, uel q̃a cõplacẽt ſibi in aliquo neceſſariũ eſt dicere qđ in alia vita remittantur. Et ita S. Th. 4. diſ. 21. q 1. ar. 3. Et in additionib q. 4 art. 3. dicit quid peccata uenialia remittuntur in

pur-

purgatorio, & eodem modo ſicut in vita remittuntur. In inferno aũt ideo non remittuntur, quia ibi exiſtentes ſunt inimici Dei, & Deus eorum opera non acceptat. At exiſtentes in purgatorio, ſunt amici Dei, & ideo acceptantur eorum opera, & etiam per diſplicentiam peccatorum remittuntur eis peccata venialia. Ita Greg. 4. dialo. c. 39. & habetur 25. diſt. c. qualiter, & Aug. 21. de Ciuitate. c. 24. Matt. 12. Nõ remittetur ei, neq; in hoc ſeculo, neq; in futuro. 2. Machab. 12 Sancta ergo, & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis orare. Opera igitur bona exiſtentium in purgatorio ſunt quidem meritoria remiſsionis peccatorũ, nõ tñ gloriæ.

CONCLVSIO.

125 *Per contritionem non remittitur tota pœna regulariter. Poteſt tamen nihilominus eſſe tanta contritio, quòd ſufficiat ad remittendum totam pœnam.*

Quæritur, vtrum ſemper remittatur per contritionem tota pœna peccatis debita? Rñdetur iuxta fidem catholicam negatiuè, ita. n. diffinitum eſt in Concil. Trident. Seſſ. 14. Ca. 12. his verbis; Si quis dixerit totam pœnã ſimul cũ culpa remitti ſp à Deo, Anathema ſit. Et idem can. 15. in fine. Præterea patet, nã iã ſatiſfactio non eſſet pars huius ſacri, qđ eſt cõtra prius diſ-

An contritio remittat totam pœnam.

finita Itē, quia aliàs nō eſſet opus pur gatorio. Quod aūt poſt remiſſionem culpæ, maneat reatus pœnæ, probatur vnica auctoritate. 1. Reg. 12. Vbi poſtquam peccatum Dauid remiſſum eſt, dr̄ in pœnā eius, vnicus filius, qui natus eſt tibi, morietur. Et alius locus Ioſue 22. An parū vobis eſt, ꝙ peccaſtis ī Belphegor, vſq; in præſentē diē macula huius ſceleris in vobis permanet. Vide S. Th. 1. 2 q. 76. Ar. 8 Pōt nihilominus tantā eſſe contritionem, ꝙ ſufficiat ad remittendum totam pęnam, ſicuti credimus de Magdalena. Et hæc de contritione ſufficiant.

SEQVITVR DE CONFESSIOne, ſecunda pœnitentiæ parte.



De confeſſione.

De hac materia Confeſſionis tractant doct. in 4 diſt 17. & S.Th ibidem, & in additionibus q. 6. Et ante omnia.

CONCLVSIO.

126 *Confeſſio eſt neceſſaria ad ſalutem, & eſt de iure diuino.* *Confeſſio eſt neceſſaria ad ſalutem.*

QVAERITVR, utrū cōfeſſio ſit de neceſsitate ſalutis? Rñ. qđ ſic, & ita firma fide tenēdū eſt, ut patet ex Concil. Trid. Seſsio. 24. Canon. 6. cuius uerba ſunt. Si quis negauerit confeſsionem ſacramentalem vel inſtitutam uel ad ſalutē neceſſariā. non eſſet de iure diuino. Anathema ſit. Idē patet ex c. Omnis vtriuſq; ſexus, de pœnit. & remiſsionibus, vbi hoc expreſſe dr̃, ex prę allegatis conſtat, cōfeſſionē eſſe de iure diuino. De qua tamē re inferius aliqua dicentur? Sed dubiū eſt, an ſi confeſsio non eſſet præcepta de iure diuino poſſet eccleſia ad eam obligare? Nam ſi poſſet parum refert ſcire, an confeſsio ſit de iure diuino, ſufficit. n. quod iam eccleſia in Concil. generali obligauit omnes ad confeſsionē. Et uidetur quod eccleſia nō potuerit confeſsionē pręcipere. Nam ſecūdū cōem opinionem eccleſia nō hēt iuriſdictionem ſuper actus interiores, ergo ſaltem non poſſet hoc obligare ad con-

ſitendum illos, quod quidam aſſerunt, ſed tamen damnati ſunt. Item eccleſia non poſſet me obligare etiam pro quocunque crimine, vt religionem profiterer, quia eſſet nimis graue onus, vt eſt cōis opinio; ſed etiā eſt onus grauisſimum, & difficilimū peccata confiteri, ergo ſi non eſſet præceptum diuinum, eccleſia non poſſet ab hoc obligare. Hæc eſt res diſputabilis, & qua parum indigemus, quia habemus pro certo, ꝙ de confeſſione ſit præceptum in iure diuino, vt poſtremo probabimus. Notandum tñ quod duplicia ſunt præcepta, quędam quæ licet ſint abſoluta, nō obligent hominem abſolutè ſed in caſu vt de eleemoſyna, eſt abſolutū præceptum, & tñ non obligat niſi in caſu neceſſitatis, & poteſt eſſe quod nūquā occurrat talis caſus in vita; & ideo nō vocatur eleemoſyna neceſſaria ad ſalutem, item de ſantificatione Sabbati, maxime ſi eccleſia non determinaſſet diem. Item de honorandis parentibus Alia ſunt præcepta, quæ obligant abſolutè; & non eſt ſatis in caſu, ſed opportet vt vos quæratis caſum, & diſponamini ad implendum illa. Et huiuſmodi eſt præceptum baptiſmi, confesſionis, euchariſtiæ, circa quę teneor facere ad illa implenda. Et hęc vocatur neceſſaria ad ſalutem.

Infra nume. 192.

CONCLVSIO.

127 *Confeſſio non adeo neceſſaria, ſicut ſacramentum Baptiſmi.*

Quæritur an confesſio ſit adeo neceſſaria ad ſalutem ſicut baptiſmus ita quod nunquam liceat illam omittere. Reſpon. primo quod non eſt adeò neceſſaria ut Baptiſmus. Nam puer ſine actuali Baptiſmo non poteſt ſaluari, poteſt autem homo ſaluati ſine actuali confesſione; Sed num cùm quis poteſt confiteri, posſit aliqñ omittere confesſionem? Rñ. pro nunc, quid multa ſunt præcepta Dei, & ſic qñcunque quis poſſet confiteri ſine tranſgresſione præcepti diuini tenetur confiteri, etiam ſi perdat bona. Si uero ſimul concurrat aliud preceptum diuinum cum confesſione, & preceptum cõfesſionis non posſit impleri ſine alterius præcepti tranſgresſione, ſi aliud eſt mai⁹ (maximè de iure naturali) tũc non tenetur cõfiteri quale eſt non ſcandalizare. Vñ ſi fœmina ſciret confeſſorem ſcandalizandum, ſi ei confiteretur, non tenetur confiteri ei, vt latius infra dicemus. *Confeſſio nõ eſt neceſſaria, ſicut baptiſmus.*

CONCLVSIO.

128 *Confeſſio non eſt de iure naturali.*

Quæritur, an confesſio ſit de iure naturali Reſpon. quod non. Quia ſacramenta eccleſiæ ſunt de illis, quæ ſunt ſupra naturam, & pertinentia ad *Confeſſio non eſt de iure naturali.*

 fidem.

fidem. Quis enim cognoſcet aquam mundare peccatorem?

CONCLVSIO.

129 *Peccata venialia non ſunt de neceſſitate confitenda, laudabile tamen eſt.*

Peccata venialia an teneamur confiteri.

Quæritur, utrum teneamur, confiteri peccata venialia? Reſpon. quod omnes conueniunt in loco, quod qui habet mortalia peccata non tenetur confiteri venialia; quia ſi teneretur confiteri unum veniale, ergo & omnia, & cùm venialia ſint infinita, eſſet quaſi impoſsibile omnia confiteri. Sed dubium eſt, an qui non habet niſi venialia, teneatur ea confiteri ſemel in anno? De hoc San. Thom. q 6. artic. 3. ad 3. ponit duas opiniones. Prima dicit quod tenetur, quia præceptum de confeſsione eſt abſolutum, & poteſt impleri, ergo? Secunda opinio dicit, quod nullus tenetur cõfiteri venialia. Et hæc eſt tenenda, quia præceptum de confeſsione, intelligitur de mortalibus, vt expreſſe diffinitur in Concilio Tridenti. Seſsio. 14. Canon. 7. vbi ſic dicitur. Si quis dixerit ſacramentum pœnitentiæ ad remiſsionem peccatorum neceſſarium non eſſe iure diuino cõfiteri oĩa, & ſingula peccata mortalia, &c. anathema ſit. Pondera verba, peccata mortalia, Item patet ex eo quod dicitur in c. oĩs

vtriuſ-

vtriuſque ſexus,&c.confiteatur ꝓprio ſacerdoti. Circa uenialia verò non eſt proprius ſacerdos, nam quilibet poteſt ea confiteri cui uoluerit. Itē eccleſia non uult de nouo præcipere confeſſionem: ſed præceptum iuris diuini determinare quod ad tempus executionis: ſed à Chriſto non eſt præcepta cōfeſſio, niſi mortalium ergo. Itē in illa decretali imponitur non cōfitenti grauisſima pœna, ut. ſ uiuens arceatur ab ingreſſu eccleſiæ, & mortuus Chriſtiana careat ſepultura, ſed huiuſmodi pænæ nō imponūtur à pia matre eccleſia perfectiorib. uiris, quales ſunt, qui habent ſolū peccata uenialia, q̄ alij peccatores nō tenētur confiteri (alias meliores eſſent peioris conditionis) ergo. Itē quia ad remisſionem uenialium ſunt plura remedia, uidelicet confesſio generalis, oratio dominica, tunſio pectoris &c. Cęterum & ſi nullo iure teneamur confiteri uenialia laudabile tn̄ eſt & ualde utile illa confiteri. horum. n. peccatorum cōfesſio ſufficiēs materia eſt ſacramenti pœnitentiæ. Eſſetq; hæreſis aſſerere quod non liceat confiteri peccata uenialia, ut diffinitū eſt in conci. Tri. Seſ. 13. ca 7. Cuius uerba ſunt. Si quis dixerit non licere cōfiteri pctā venialia, anathema ſit. Talis igitur qui nō habet niſi venialia, petat in paſcha-

te euchariſtiã, & ſacerdoti dicēti quod prius confiteatur, reſpondeat ſe non egere confeſſione. Sed quis eſt hic, & laudabimus eum.

CONCLVSIO.

130 *Nemo poteſt confiteri peccatum aliquod non perpetratum, quod ſi hoc faciet de mortali ſciens pro certo non feciſſe illud, iam peccat mortaliter, & abſolutio eſt nulla.*

Mentiri in confeſſione qualẽ ſit peccatum.

Quæritur, utrum aliquis poſſit confiteri peccatum quod non habet? Reſp S. Tho. quod ſi nunquam licet mētiri, multo minus in cõfeſſione. Sed quale peccatum erit? dico probabiliter quod qui confitetur mortale; quod nõ habet, peccat mortaliter, quia peccat circa ea quæ ſunt de neceſſitate confeſſionis, & decipit confeſſorem, qui abſoluit quod non indiget abſolutione, & conſequentur dico, quod confeſſio non fuit integra, ac proinde nulla & iteranda, quia non confitetur de illo mendatio pernicioſo. Si autem peccatum de quo dubitat, confiteatur tam quam certum ſi id faciat credens eſſe magis ſecurum vt communiter fit, nõ peccat. Si autem faciat animo decipiendi confeſſorem, peccat mortaliter. Sed quid de ſcrupuloſis, ut ſi habeo ſuſpitionem, quod feci peccatũ. Reſpondeo, quod non ſolũ nõ teneor

confiteri, ſed neque debeo facere ſcru- *Scrupulo ſi infamant ſacramenta.*
pulum ſi credo quod non conſenſi.
Quia in rebus moralib debem⁹ procedere exeraſſis conjecturis. De⁹. n. non eſt ſophiſta, nec quærit laqueos. In reb. autem moralibus vocatur demonſtratio, ubi habeo conjecturas pro una parte, & non pro alia, licet habeam formidinem eius. Iſti qui ſic confitentur infamant ſacramenta, & reddunt ea odioſa, ſatis eſt confiteri peccata certa, & dubia, ſed non de ſcrupulis qui ſunt veri ſcrupuli. Nam de his loquor. Exemplum, eſt aliquis qui omnino habet propoſitum cauendi à peccatis, & nullo modo uult conſentire tentationibus, & expertus eſt, quod ſolet reſiſtere cogitationibus, & illecebris; poſtea occurrunt cogitationes, & detentus fuit in illis, & poſtquam diſceſſerunt non recordatur ſi aduertit, ſi conſenſit, uel qualiter ſe habuit. Dico quid de tali ſcrupulo non oportet confiteri. Et eodem modo de cogitationibus fidei, & phantaſijs, quæ occurunt homini etiam parato mori pro fide, ſi opus eſſet.

CONCLVSIO.

131 *Mentiri in confeſſione circa venialia non eſt peccatum mortale.*

Dubitatur utrum peccet mortaliter qui confitetur peccatum veniale, quod

Mentiri circa venialia in confeſſione, quale peccatum ſit.

quod non fecit. Nam quod peccet venialiter certum eſt. Caie: in 2 2. in materia de mendacio dicit, quod eſt peccatum mortale, quia mentitur in iudicio, ubi tenetur dicere ueritatẽ. Sed reſp. quod non eſt mortale, nam licet ſacerdos poſſit exigere ueritatem à pœnitente, non tamen quãcunque ueritatem, ſed eam quę pertinet ad materiã iudicij ſui, & cum ueniale nõ ſint materia confesſionis, mentiri circa illa, nõ eſt peccatum mortale. Sicut nec ſi confeſſori interroganti, an ſint pauper, dixero quod nõ, cũ tñ re uera ſim pauper, non pecco mortaliter. Et quanuis Caie. in 1. 2. fuerit illlius ſententię, tamen in ſumma confesſionis moderatius loquitur dicens, quod ſi ſit intẽtio pœnitentis facere peccata uenialia materiam cõfesſionis, tũc mentiri [etiam circa uenialia] eſſet mortale, quia iam veniale eſt materia principalis, & pertinens ad iudicium. Si uero non eſt intentio pœnitentis facere venialia materiam confesſionis, mentiri circa illa non eſt mortale Sed adhuc dico, quod etiam ſi habuero intentionem efficiendi materiam confesſionis ex uenialibus, dicens mendacium circa illa, ut ſi dicam me non fuiſſe mentitum, non pecco mortaliter, quia per hoc quod nolo dicere mutatur intentio prior, & iam

iam non manet materia confeſſionis etiam ſi non habuero reflexionem illam, nolo quod hoc peccatum, quod uolo tacere, ſit materia confeſſionis.

CONCLVSIO.

132 *Omnes Chriſtiani ſemel in anno teneri tur confiteri, & quoties aderit periculum mortis.*

Quæritur quando obligat præceptũ confeſſionis, an ſtatim poſt peccatum, S Tho. 4. d. 17. & in additionibus. q. 6. art. 4. dicit, quod hoc præceptum poteſt multipliciter conſiderari. Vno modo ſtando in ſolo iure diuino, ſecluſa eccleſiæ determinationẽ. Alio modo poſt eccleſiæ determinationem. Loquendo igitur ſecundum primam conſiderationem, dicunt aliqui: quod obligat ſolum ſemel in uita, & in caſu neceſſitatis, ſicut & alia præcepta affirmatiua, puta in articulo mortis. Sed contra, quia tunc eſſet impoſſibile cõfiteri peccata, nam cùm ad hoc requiratur memoria peccatorum, uidetur impoſſibile (naturaliter loquendo) ꝙ quis habeat in memoria peccata, quæ cõmiſit in 40. annis, & ſic fruſtraretur illud præceptum, ſaltem pro maiori parte, quia paucorum peccatorum in fine vitæ poſſet qs habere memoriam. Ideo dicunt alij, qđ tenetur cuilibet confiteri in articulo neceſſitatis, qui

An ſtatim poſt peccatũ teneamur confiteri.

Quo tempore tenemur confiteri.

vocatur, quando eſt periculum obliuionis, ſicuti & alia præcepta tenemur implere; quando eſt probabile, quod ſi tunc non implentur poſtea non potuerunt impleri, ſicut de auditione Miſſæ, non teneor eam audire mane, niſi ſolum ſit vnica Miſſa, quæ mane celebratur: ſic de confeſſione, q̄ tenetur facere intra illud tempus, qđ eſt congruum ad memoriam peccatorum retinendam. Sed contra, quia ſi hoc eſſet verum, eccleſia negligenter determinaſſet in c. omnis vtriuſq; ſexus, tempus vnius anni pro confeſſione: nam probabile eſt, quod in vno anno obliuiſcuntur aliqua peccata. Certum enim eſt, quòd ſi de iure diuino tenemur confiteri peccata noſtra pluries in anno, nō poſſet eccleſia dare facultatem, quod differatur confeſſio vſque ad annum, ſed ſunt aliqui qui in vno anno obliuiſcuntur, ergo. In hoc ſciendum eſt, quòd eccleſia nō dedit nouam licentiam, ſed coercuit negligentiam, nec voluit dicere quòd non cōfiteantur ante annum, ſed quoad forum exterius voluit arctare. Vnde ſi quis aggrederetur periculū mortis ante annum, eccleſia non deobligauit illum a confeſsione in tali caſu faciēda. Sed quia nunc nemo obligatur confiteri, niſi ſemel in annō (alias

eccleſia

eccleſia deciperet nos.) Ideo falſum eſt quod iſti dicunt. Itaque uidetur mihi, & eſt notandum pro alijs præcep tis, quod Chriſtus inſtituit eccleſiã, & dedit ſacramenta, & præcepta gene ralia, non autem dedit præcepta parti cularia, & ordinationes ſpeciales, qui bus ſolis poſſet gubernari, ut iſti hęre tici ſomniant, Quod patet, nam Chri ſtus non determinauit epiſcopos per diuerſas diœceſes, & tamen niſi eſſet unus epiſcopatus diſtinctus ab alio eſ ſet impoſsibile eccleſiam gubernari, quia poſſent præcipere cõtraria. Nec in eo fuit prouiſio Chriſti inſufficiẽs, nam idcirco conſtituit prælatos vti gubernarent eccleſiam, & præcepit fi-delibus, Obedite prępoſitis ueſtris. Secundo notandum quod Chriſtus reliquit aliqua præcepta generalia ſi-ne determinatione, quæ quidem non poſſunt commode obſeruari ad Chri ſti intentionem, niſi eccleſia determi naſſet tempus, uel modum, &c. v. gr. Chriſtus poſuit præceptum euchari-ſtiæ dicens. Niſi manducaueritis car-nem filij hominis, &c. Stando ſolum in præcepto, Chriſti, quando teneretur homo ſumere euchariſtiam? Si di-cat. ꝙ ſemel in uita, hoc non eſt veri-ſimile, cum ſecundum Hieronymũ. Auguſt, Ambroſium, & alios docto-

res,

res,in oratione dominica per panem quotidianũ intelligatur eucharistia. Cum etiam apoſtoli, & in primitiua eccleſia fideles frequentarent hoc myſterium. Et Chriſtus dixit, Hæc quotieſcunque feceritis, in mei memoriã facietis. Et iterum, Hoc facite in meã cõmemorationem. Ac proinde patet, prædictum prꝗceptum non poſſe commodè obſeruari ad intentionem Chriſti ſine ordinatione, & determinatione eccleſiæ. Item præceptum de celebratione feſti quomodo impleretur? nunquid ſufficeret ſemel in uita genua flectere, & Deum colere? Sic igitur dico de præcepto confesſionis, q̃d de iure diuino tenemur cõfiteri, quando eccleſia determinauit. Nec enim ſtando in iure diuino poteſt determinari, quando obliget, fuit etenim intentio Chriſti quod iſta myſteria frequentarentur.

CONCLVSIO.

133 *Nemo tenetur poſt peccatum ſtatim confiteri, benè tamen eſſet.*

Caſus in quib. tenemur ſtatim cõfiteri.

Nunc uideamus vtrum ſtando in iure diuino, ſint aliqui caſus in quib. teneamur ſtatim confiteri: Aliqui antiqui, & quidã ſummiſtè dicunt, quod peccator tenetur ſtatim cõfiteri, quia alias exponeret ſe periculo, poſſet.n. mori, uel impedi. i lingua, uel memoria

ria labi. Item quia ſecus agendo, iam non facit quod in ſe eſt. Huius ſenten tiæ eſt Innoc. in ca. Omnis de pęn & remisſionibus. Idem uidetur, ſentire Arch. in c. ille tex de pœnitentijs, di ſtin. 3. Sed S. Tho. & alij doctores dicunt, quod non tenetur homo ſtatim poſt peccatum confiteri. Patet nemo tenetur ſtatim ad contritionem, quæ eſt magis neceſſaria quàm confesſio, ergo nec ad confesſionem. Item hoc non determinatur in iure diuino, aut poſitiuo, ergo eſt falſum. Item eccleſia determinauit ſemel in anno, ergo hoc ſufficit.

CONCLVSIO.

134 *Omnes in articulo mortis tenentur confiteri, uel quando adeſt periculum, vt intrantes bellum, & huiuſmodi.*

Sed vtrum homo de iure diuino teneatur confiteri in articulo mortis? Reſpon. quod ſic. Nam peccator tenetur confiteri, & non poteſt poſt mortē, ergo qui eſt in illo articulo, ſi non vult cōfiteri, exponit ſe periculo. Vnde in c. cum infirmitas, de pœnitētijs & remisſionib. præcipitur medicis, ut admoneāt & exponant infirmis pericula mortis, in quo errant cōiter medici, ne cōtriſtent infirmū. Sed uerum eſt, ꝙ debēt facere quanto melius potuerint,

In mortis articulo, an teneamur de iure diuino confiteri.

tuerint, ſed omnino caueant ne ſint negligentes medici. Et poteſt contingere, quod propter eorum negligentiã damnetur aliqui infirmi. Sed quis vocatur articulus mortis? Reſpondet Palud.4 diſt.17.q.2. quod non dicitur articulus mortis vnde quis poteſt mori (ſicut non eſt articulus mortis iſte, iugar a las canas, correr torros, a cauallos, tunc enim non tenetur homo confiteri ante iſta exercitia) ſed articulus mortis vocatur, vnde communiter, & frequenter ſolet ſequi mors, ſicut intrare bellum. De intrantibus autem mare, eſt dubium, ſi enim eſſet paruum ſpacium & mare eſſet placidum, non tenetur confiteri. Breuiter arbitrio boni viri relinquatur iudicium de periculo mortis.

CONCLVSIO

135 *Ante ſumptionem eucharistiæ eſt præmittenda confeſſio peccatorum mortalium.*

An ante Euchariſtiam de iure diuino teneatur homo confiteri.

Quæritur, vtrum ante Euchariſtiã teneatur homo de iure diuino confiteri? Communis opinio eſt, ꝙ ſic. Caiet.3 p. & in ſumma tenet oppoſitum. Cuius ſententia in Concil. Trid. Seſſ. 13 de ſacramento euchariſtiæ in calce canonis vndecimi, damnata eſt, & reprobata, ita vt nec opinatiuè poſſit defendi, etiam ſub pœna excommunica-

nicationis ipſo facto incurrendæ. De hoc iam diſputauimus ſuprà. Ex dictis ſanctorum nõ eſt dubium, quin teneatur confiteri, ſi habeat copiam confeſſoris. Si autem non habeat, & debeat celebrare diebus feſtiuis, bene poterit ſine præuia confesſione, maximè ſi non celebrando incurrat aliquã notam infamię.

CONCLVSIO.

136 *Non tenetur homo confiteri, ante receptionem aliorum ſacramentorum, ſed quanto magis pręparatus acceſſeris tanto maiorem gratiam a* Deo *accipiet, ſed ſufficit contritio.*

Sed utrum ad recipienda alia ſacramenta teneatur homo confiteri? De hoc Marſilius 4 q.12. art. 1. facit magnam difficultatem, & dicit particulariter de recipiente ſacramentum ordinis, quod ordinandus tenetur confiteri prius, quia ſacramentum ordinis directè ordinatur ad copiam gratiæ, & eſſet magna irreuerentia non diſponere ſe ad receptionem illius. Sed reſpondeo abſolute (omisſis opinionibus) quod ad receptionem aliorum ſacramentorum nemo tenetur confiteri. Vnde de conſecr. d. 4. ca. ut ieiunij, dicitur, ꝙ qui confirmandi ſunt, ſi ſunt perfectæ ætatis, admoneantur ut prius confiteantur. Vbi admonitio *An ad recipiendũ alia ſacramenta teneamur confiteri.*

potius

potius uidetur conſilium quàm præceptum. Et ſi non eſt neceſſarium ante hoc ſacramentum confiteri in quo recipitur copia gratiæ, multo minus erit in alijs. Quod clarius patet ex uerbis Conc. Trid. Seſſ. 24. de reformatione matrimonij c. 1. ubi ſic dicitur. Poſtremo ſancta ſynodus cõiuges hortatur, ut antequam contrahāt uel ſaltem triduo ante matrimonij cõſumationem, ſua peccata diligenter confiteantur, & ad ſanctiſſimum euchariſtiæ ſacramentum piè accedant, hactenus ibi, Verum eſt, quod quia omnia ſacramenta conferunt gratiam, uidetur aliqua negligentia accidere ad illa ſine confesſione. Sed quod non requiratur confesſio, patet etiam, quia eccleſia hoc non determinauit, nec in iure diuino habetur, ergo non eſt neceſſaria. Sed unde magis habemus, quod requiratur confesſio ante euchariſtiam quâm ante alia ſacramenta; Reſp quod hoc habemus ex Paulo dicente; Probet autem ſeipſum homo, &c. Et ex uſu eccleſiæ, vbi qui non cõfiteretur, haberet conſcientiam peccati mortalis Item ex dictis ſanctorum, & ex cap. omnis utriuſque ſexus, ubi præcipitur confesſio ante Paſcha propter euchariſtiam in eo ſumendam.

CON-

CONCLVSIO.

137 *Miniſter aliorum Sacramentorum nõ tenetur de neceſſitate confiteri ante adminiſtrationem eorum, bene tamen faceret, ſed ſufficit contritio niſi in collatione oporteret celebrare.*

Sed utrum ad adminiſtrandum ſacramenta teneatur ſacerdos cõfiteri? Reſp. quod non, qui alias ſequeretur, perplexitas. Nam ſi eſſent decem ſacerdotes omnes in peccato mortali, quis audiret prius alterius confesſionem? Sed ex reuerentia, quam debemus ſacramẽtis commodum eſt, quod antequam illa miniſtremus, uel euangelium legamus, confiteamur, ſi poteſt commodè fieri; Et aliquando negligentia confesſionis poſſet eſſe uenialis, nunquam tamen mortalis, & hoc teneatur ſine quocunque ſcrupulo. Adrianus, Palud. & Bonauentura, ponunt aliquos caſus, in quibus tenetur homo ſtatim cõfiteri, ſed ego non credo eis. *Ad adminiſtrãdũ ſacramẽta, an ſacerdos teneatur cõfiteri.*

CONCLVSIO.

138 *Semel in anno tantum, tenentur Chriſtiani confiteri, & tempus eſt ad libitum, at quandocunque voluerint accipere euchariſtiam ſemper premittenda eſt confeſſio mortalium.*

De iure humano quãdo tenemus cõfiteri. Quæritur, quando tenetur homo iure humano confiteri? Dices, quod ſemel in anno, ut diffinitum eſt in illo canone, omnis utriuſque ſexus. Præterea idem diffinitur in Concilio Tridentino, Seſſ. 14. can. 8. cuius verba ſunt. Si quis dixerit ad confeſsionem omnium peccatorum, qualem eccleſia ſeruat, non teneri omnes & ſingulos Chriſti fideles, iuxta magni concilij Lateran. conſtitutionem ſemel in anno, anathema ſit. Sed quæro ego. quando, nã in illo ca. Omnis utriuſq. non determinatur tempus ac proinde ex illo præcepto non plus obligamur confiteri in quadrageſima, quam extra, & ita eſt. Vnde dico quod ſi quis extra quadrageſimam, ſemel fuerit confeſſus, ſi poſtea voluerit accipere euchariſtiam in paſchate, non tenetur confiteri in quadrageſima de nouo, niſi habuerit conſcientiam peccati mortalis, quod utinam non ſit. Et ſi recordetur poſt communionem ſe in confeſsione præcedenti oblitum fuiſſe aliquod peccatum mortale, non tenetur, illo eodem anno iterum confiteri, ſed poteſt expectare aliam quadrageſimam.

CONCLVSIO.

139 *Obliuioſus non tenetur ſcribere peccata.*

Sed

Sed quid faciet obliuioſus: an teneatur ſcribere peccata, uel aliter mandare memoriæ peccata. Maio 4. d. 17. q. 2. dicit quod ſic. Ego nõ credo, q̃ teneatur, imò nec laudo, quod peccata ſcribantur. Probo quia non tenetur aliquis magis ad confeſsionem quam ad contritionem, ſed ad contritionem habendam non opportet peccata ſcribere (ſufficit in generali cõfiteri de oblitis) ergo nec ad confeſsionem requiritur id. Nec enim oportet iugum domini reddere grauius, ſatis eſt quod quando confitetur debet dare operam ut recordetur peccatorum, & aliæ ſũt fabulæ. Ita dicit Syluest (doctor non ſpernendus) verb. confeſſ. 1. § 1. in fine. Et præterea difficile eſt profecto, quod aliquis habens curã animæ ſuæ obliuiſcatur alicuius peccati mortalis. Certè eſt difficile. *Obliuioſus an teneatur ſcribere peccata ad confitendum.*

CONCLVSIO.

140 *Quando pueri incipiunt habere uſum rationis ſtatim tenentur confiteri.*

Quæritur, in qua ætate incipit obligare hoc præceptum de confesſione? Videtur, quod non ſtatim poſt uſum rationis. Quoniam nec ſtatim tenetur ſumere euchariſtiam, cum tamen etiam ſit in præcepto. Reſpondeo ſecundum omnes, quod ſtatim poſt *Qua ætate confiteri teneamur.*

vſum rationis tenetur confiteri peccatum mortale, ſed cum confeſsio ſit ſacramentum, non debet ludicre fieri. Et ſi non ſunt coniecturæ de uſu rationis, non ſunt pueri audiendi ea intentione, quaſi ſit ibi aliquod ſacramentum, ſed inſtruendi ſunt, & docendi. Ad argumentum de Euchariſtia, reſpondeo primo, quod aliquem habere, uel non habere uſum rationis, non poteſt certò ſciri; niſi quibuſdam coniecturis, ideo quando non eſt certum ſed habemus coniecturas, ꝙ habeat vſum rationis, tenetur confiteri, quia nullum eſt periculum, quod confiteantur peccata etiam ante vſum rationis. Ad euchariſtiam autem non admittuntur accedere quouſque certo ſciamus, quod habeant uſum rationis, propter irreuerentiam. Secũdò dico quod vſus rationis non ſimul venit de omnibus rebus, poteſt enim quis cognoſcere vnum, & non aliud. Nam prius peruenit puer ad tempus, quo poſsit iudicare de peccatis mortalibus, quam ad intelligendum tantum ſacramentum, & quod ibi ſit corpus Chriſti, quod tamen debet diſcernere, qui ſumit euchariſtiam.

CONCLVSIO.

141 *Papa non poteſt diſpenſare ut aliquis non confiteatur.*

Quæ-

Quæritur, vtrum Papa poſſit diſpenſare in præcepto confeſſionis? Reſpon. quod non. Quia inferior non poteſt reuocare, nec relaxare præceptum ſuperioris, cùm nec par in parem habeat poteſtatem. Cum ergo præceptum confeſſionis ſit de iure diuino, nemo poterit diſpenſare niſi ſolus Deus. Sed contra Papa poteſt diſpenſare in uoto ſimplici, ut eſt communis opinio, & tamen obligatio uoti ſimplicis eſt de iure diuino, ergo. Item ſecundum opinionem communem Canoniſtarum Papa poteſt dirimere matrimonium ratum per uerba de præſenti [in quo etiam conſentit Caietanus] ergo Papa poteſt diſpenſare in iure diuino poſitiuo, quod & concedunt Canoniſtæ, ſed non ita opinor profectò, mittunt enim falcem in meſſem alienam. Ad argumentum igitur, poteſt diſpenſare in uoto, concedo, & in matrimonio rato, tranſeat, ergo, in iure diuino, diſtinguo conſequens. Duplex eſt ius diuinum, unum quod non dependet ab actibus noſtris, & hoc non poteſt Papa diſpenſare. Alterum quod dependet ab actibus noſtris, ita quod per ſe non eſt ſufficiens ad obligãdum ſine noua noſtra obligatione, ſicut eſt uotum, & in hoc ratione illius propriæ obligationis, quàm ego ſuper

An Papa poſſit diſpenſare in præcepto cõfeſſionis.

induxi, Papa poteſt diſpenſare, imo & parentes diſpenſant in votis filiorum ante 14. annum. De matrimonio autem rato dico quod eſt contractus quidã vnde ſi ius diuinum obligaret Petrum ad accipiendam Mariam in coniugẽ, Papa nihil poſſet, ſed quia ex actu iſtius pendet hęc obligatio, & ex contractu humano particulari, ſi Papa in hoc poteſt diſpenſare (de quo tamen nihil dico) eſt ex ea parte, qua eſt ibi aliquid humanum, & quia præceptum confeſſionis eſt per ſe ſufficiens ad obligandum nos, eſt propriè ius diuinum, ac proinde non poteſt Papa in eo diſpenſare.

CONCLVSIO.

142 *Sacerdotibus tantum, & non alijs confitendum eſt.*

Confeſſio an ſacerdoti faciẽda.

Quæritur, an ſit neceſſarium confiteri ſacerdoti? Reſp. quòd ſic. Et ita firma fide tenendum eſt. Sic enim eſt diffinitum in Conc. Flor. ſub Eug. 4. cuius uerba ſunt Sacramenti pœnitentię miniſter eſt ſolus, & omnis ſacerdos, habens authoritatem abſoluendi, uel ordinariam uel ex commiſſione ſuperioris. Præterea illud idem diffinitur in Conc. Trid. Seſſ. 14. cap. 6. Item Canone 9. & Can. 10. Item probatur, quia ſolis Apoſtolis dictum eſt; Quorum remiſeritis peccata, remittun-

tuntur eis. Et quodcunque ſolueris ſuper terram, & ſoli Petro, paſce oues meas. Confirmatur ex vſu eccleſię, nam ſolis ſacerdotibus, quando ordinantur, dicuntur illa eadem verba, quę Chriſtus Apoſtolis dixit, ſcilicet. Accipite poteſtatem ligandi, & abſoluendi. Hæreſis fuit Vualdenſium, vt refert Marſilius 4.q.12. dicentium, quod indifferenter poterat quilibet confiteri, cui vellet. Dicit etiam, quod in aliquibus locis illi, qui damnabantur ad mortem, non permittebantur confiteri ſacerdotibus, ſed laicis, quod quidem eſt error intolerabilis. Sed de his in materia de clauibus dicemus.

CONCLVSIO.

143 *Confeſſio uenialium facta laico non eſt Sacramentum, licet valeat ad remiſſionem, & non ſit de precepto.*

Quæritur, vtrum venialia posſint laicis confiteri? Reſp. quod talis confesſio non erit ſacramētalis. Sed proficiet, ſicut cum vnus laicus recitans cum alio horas canonicas, dicit confesſionem generalem. Immo ipſe ſacerdos cum celebrat, abſoluitur de venialibus a laico in confesſione generali auctoritate eccleſiæ, quæ habet poteſtatem ſupra venialia, ſicut per

An laicis uenialia confiteri poſſimus.

tunſionem pectoris, uel aquam benedictam. Quia licet talis confeſsio non ſit ſacramentum, eſt tamen quoddam ſacramentale.

CONCLVSIO.

144 *Confeſſio ſacramentalis peccatorum mortalium non poteſt fieri laico, & ſi de facto fiat, eſt aliquãti meriti propter humiliationem peccatoris, nec laicus debet præſtare abſolutionem.*

Confeſſio mortaliũ an poſſit fieri laico.

Quæritur, utrum confeſsio mortalium poſsit fieri laico? Reſpondet magiſter ſent. 4. d. 17. & Sanct. Thom. ibidem. q. 3. & in additionibus q. 8. artic. 2. ꝙ in neceſsitate, urgente periculo mortis, confeſsio etiam mortalium eſt facienda laico. Magiſter in litera allegat Auguſtinum dicentem. Tanta uis confeſsionis eſt, ut ſi deeſt ſacerdos, confiteatur proximo. Et Beda, Sed & grauiora coæqualibus pandenda ſunt, cùm deeſt ſacerdos, & urget periculum Hanc opinionem tenent communiter omnes doctores Durand. Paludꝭ, Ricard. Gabriel. Maio. Marſi. Sed Scotus ibi dicit, quòd in caſu licitè fit laico, ſcilicet, quando ab eo ſpero conſilium, uel maiorem peccatorum dolorem, ſed cæteris paribus melius eſt nõ facere. Et in 4. d. 14. art. 2. in fin. dicit

etiam

etiam Scotus. Dubium eſt an talis confeſsio ſit detrimentum ſalutis, quia talis diffamat ſe ſine utilitate, ergo nõ eſt opus ſic confiteri. Ipſe libenter negaret niſi moueretur dictis ſanctorum, ſed plus ſauctis credendum eſt, quàm vni rationi leui. Et tenendum eſt omnino quòd licet confiteri laico in tali neceſsitate, licet hoc multum abierit à conſuetudine, quàm credo antiquis temporibus magis in vſu fuiſſe. Nunc etiam ſit aliquando, ut in naufragio. Ad argumentum uero Scoti, nego, q̃d talis diffamat ſe, nam etiam extra confeſsionem poſſum dicere peccatum meum, vt detur auxilium, uel conſilium. At dices hoc eſſe uerum, quia ſequitur inde aliqua utilitas. Dico, quod etiam in confeſsione facta ſeculari, eſt aliqua utilitas, ſcilicet ſubiectio ipſa, quia ſe ſubijcit homini laico propter Deum, eſt pars ſatisfactionis, Et etiam propter uerecundiam. Si autẽ timeretur infamia, aut reuelatio cõfeſsionis, tunc nec ſacerdoti eſſet facienda. Sic vero hoc dicimus licitum, ut nullo modo dicamus præceptum. Vnde malè ſumma Angelica, & alij ſummiſtę imponũt magiſtro, & S. Th. quòd dixerunt eſſe præceptum. Nam S Thom. dicit, quod poteſt fieri, & in ſolutione ad primum dicit quòd de-

bet fieri.ſedtamen hoc verbum non dicit præceptum. Laicus autem qui ſit confeſsionem audierit, nullo modo debet abſoluere, quia non habet poteſtatem, nec poſſunt ei committi claues, eccleſia enim non habet poteſtatem ſupra peccata mortalia, niſi per ſacramenta, ideo talis non debet abſoluere, ſed deprecari. Si autem de facto abſolueret, nihil faceret, ſed non manet irregularis, quia cum irregularitas ſit pœna iuris poſitiui, & iure non ſit expreſſum, quod talis incurrat irregularitatem, non incurrit. Quia in c.is qui. de ſent. excommun.lib. 6. ponitur regula generalis, quod nullus incurrit irregularitatem propter quodcunque delictum, niſi ſit in iure expreſſum. Et ita tenet Sylueſt. uerbo. Confeſſor. 1.& Palude 4. diſt. 17. quæſt. 3. Veruntamen omnia prædicta admitti poſſunt, ſi ſermo ſit de confeſsione non ſacramentali. Cœterum ſi de ſacramentali confeſsione ſermo fiat, firma fide tenendum, & dicendũ eſt, confeſsionẽ ſacramentalem nunquam fieri poſſe laico, ſed duntaxat ſacerdoti, qui charactere ſacerdotali inſignitus ſit: Sic enim diffinitur in Conc. Trid. Seſſ. 14. de pœnitentia, cano. 10 cuius uerba ſunt. *Si quis dixerit non ſolos ſacerdotes eſſe miniſtros abſolutionis,*

ſed omnibus, & ſingulis Chriſti fideli bus eſſe dictum. Quæcunque ligaueri tis ſuper terram, erunt ligata, & in cœ lo, & quæcunque ſolueritis ſuper ter ram erunt ſoluta, & in Cœlo. Et quorũ remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt, anathema ſit.

CONCLVSIO.

145 *Sacerdotes etiam ſi in peccato mortali exiſtant, poſſunt confitentibus præſtare abſolutionem.*

Quæritur, an ſacerdotes in peccato mortali exiſtentes, poteſtatem habeãt abſoluendi pœnitentes in confesſione ſacramentali. Et proinde ueram, & realem abſolutionem conferant cũ actualiter abſoluunt? Reſpondetur affirmatiuè, & ita firma fide tenendum eſt. Sic enim diffinitur in can. 10. proxime allegato cuius uerba ſunt. Si quis dixerit, ſacerdotes, qui in peccato mortali ſunt, poteſtatem ligandi & ſoluẽdi non habere, anathema ſit. *An ſacerdotes in mortali exiſtentes abſoluere queant.*

CONCLVSIO.

146 *Confitendum eſt proprio ſacerdoti, aut de eius uel ſuperioris licentia.*

Quæritur, vtrum confesſio posſit fieri cuilibet ſacerdoti, uel ſoli proprio? Reſponde, quo ſolum principio. *Confiteri debemus, proprio ſacerdoti.*

 Patet

Patet ex cap. Omnis vtriuſque ſexus. vbi hoc præcipitur. Item quia cum ſacerdos ſit iudex oportet quod habeat iuriſdictionem. Si enim iudex ſuperior diceret alicui; (yo te hago alcaide,) nihil eſſet, niſi ei daret ſubditos, ergo etiã in confesſione. Poteſtas enim iuriſdictionis non poteſt eſſe ſine ſubditis. Ideo oportet confiteri proprio ſacerdoti. Sed quis eſt iſte proprius ſacerdos? Reſpon. ꝙ Papa, Epiſcopus, curatus, & quicunque ex officio ſuo habet curam animarũ, ſiue hoc ſit ex electione. vt Priores, & Abbates in religione; ſuperior non eſt ordinarius, niſi mortuo priore, uel amoto. Aliqui doctores vocant proprium ſacerdotẽ omnes eum, qui poteſt confesſionem audire, ſiue hoc faciat ex officio, ſiue ex ſola commisſione. Sed vtrum in abſentia ſacerdotis proprij, vel quando pęnitens ex rationabili cauſa nõ uult confiteri proprio ſacerdoti (excludimus oĩa priuilegia, & loquimur ſtando ſolùm in iure cõmuni) liceat alteri confiteri. v. g. fugit proprius ſacerdos tempore paſchatis, vel in ipſa cõfesſione ſolicitat fœminã ad ſtuprũ; petit illa licentiam, ut posſit alteri confiteri, & ille non vult concedere, & vrget necesſitas ſumendi Euchariſtiam, quia eſt paſcha, & ſi non ſumat excommuni-

Quis ſit proprius ſacerdos.

Quando proprius ſacerdos eſt abſẽs.

municabitur, eſt dubium quid faciet? Reſpondent ad hoc multi ſummiſtæ, quod ĩ tali caſu manet libera ad ſubijciendum ſe cuicunque voluerit ſacerdoti, quia in d.c. Omnis vtriuſque dicitur, quod petat licentiam a proprio ſacerdote, & ſic illa petendo facit qđ in ſe eſt, ac proinde manet libera: Sed hæc opinio non eſt ſecura, quia non habetur in iure, & ideo doctores, qui ſanius ſentiunt de hoc, dicunt, quòd mulier in tali caſu debet recurrere ad ſuperiorem, & dicere quòd nõ expedit ſibi confiteri tali ſacerdoti, & ſuperior debet credere. Et quòd non poſſit alteri confiteri ſine licentia ſuperioris, patet, quia mortuo ſacerdote proprio non poſſet talis mulier confiteri cuicunque indifferenter, ergo nec poterit in caſu prædicto. Item ſi proprius ſacerdos excõmunicaretur, non poſſet alteri confiteri, niſi de licẽtia ſuperioris, ergo nec in iſto caſu. Sed quid ſi nõ ſit recurſus ad ſuperiorem, vel ſi ille neget licentiam, an licebit tunc confiteri cuicunq; Palud in 4.d.17.q.3.art.3.dicit, quod in tali caſu poteſt liberè confiteri, cui voluerit. Idem Syluester in ſumma. Ratio Palud. eſt, quia ipſe tenet; quod ſtãdo in iure diuino quilibet ſacerdos poteſt quemlibet abſoluere, & quod modo

non

non poſſit, eſt propter ius humanum, & cùm eccleſia non poſſit hoc ius ſtatuere, vt ſcilicet confiteatur cum ſcandalo, ſequitur, quod tunc ceſſat ius humanum & ſtandum eſt iuri diuino. Sed verè hęc ſententia eſt mihi multum dubia, & primo puto quod ſit contra San. Tho. 4. d. 17. q 3. art. 2. quæſtiuncula 4. ad 5. vbi ad literam proponit caſum, & dicit, quod ſi ſuperior nolit cõmittere facultatem, idem eſt iudicium, ac ſi non habeat copiam cõfeſſoris Quod etiam dicit in additionibus quæſtio. 8. arti. 4. 5. Hoc etiam Caiet. in ſumma verb. Abſolutio. Vnde propter nullum caſum (excepto mortis articulo) poterit abſoluere, qui ante illam neceſſitatem non poterat abſoluere, & merito quidem. Nam alias quilibet fingeret ſibi cauſas alteri confitendi. Et conſequenter dico de caſibus reſeruatis, q̃d ſi ſuperior non vult concedere (licet male faciat) inferior non poterit abſoluere. Vt patet ex Conc. Trid. Seſſ. 14. de pœnitentia, cap. 7. cano. 11. cuius canonis hæc ſunt verba. *Si quis dixerit Epiſcopos non habere ius reſeruandi ſibi caſus, niſi quo ad externam politiam, atque ideo caſuum reſeruationem nõ prohibere quo minus ſacerdos a reſeruatis vere abſoluat anathema ſit.* Dicit tamen S. Tho. vbi ſupra

pra

pra ad ſextum,& (eſt notandum) ꝙ male faciũt prælati, qui in hoc reddunt ſe difficiles,& inijciunt laqueum animabus,nolentes dare licentiam abſoluendi. De illo autem quod dicit Palude, quod ſtando in iure diuino,quilibet ſacerdos poteſt quemlibet abſoluere,dicimus,quod ſorte hôc eſt ſalſum.

CONCLVSIO.

147 *Pænitens ſi habuerit iuſtam cauſam & non poterit obtinere licentiam alteri confiteri,ſecurè poterit accedere ad communionem.*

Sed quid faciet pęnitens, cum̃ non poteſt obtinere licentiam à ſuperiori & inſtat communio? Reſpondeo, quod communicet ſecurè, & tutè. Idem enim eſt iudicium tunc de eo, ac ſi careret confeſſore, y (vaya ſobre mi conſcientia.) Sed tamen aduertant tales; quod habeant rationabilem cauſam non confitendi proprio ſacerdoti: Verecundia enim, aut timor; quod ille male de me ſentiet, poſteà, non eſt cauſa ſufficiens, quia alias nemini tenetur confiteri, quia ſemper accidunt illa cuicunque confitearis. Si tamen nocuit iam mihi, vel indirecte me diffamauit iam iſta eſſet cauſa legitima non confitendi ei.

Cum non expedit propriò ſacerdoti confiteri, quid faciendum.

CON-

CONCLVSIO.

148 *Si aliquis non habens copiam confeſſoris communicauerit in Paſchate, tenetur quamprimum potuerit confiteri.*

Qui cõicauit in paſcha ſine præuia confeſſione, an teneatur illo anno confiteri.

Sed dubitatur, an poſtquã talis communicauit in Paſchate, abſoluatur à præcepto confeſſionis? Videtur quidẽ quod ſic, quia non ſtetit per eum quin confiteretur, cum non peccauerit non confitendo, ergo. Item quia confeſſio videtur inſtituta propter euchariſtiam cùm ergo iam communicauerit, videtur quod illo anno non teneatur iterum confiteri. Sed dico, quod adhuc tenetur cõfiteri, habita opportunitate, quia adhuc poteſt implere præceptum de confeſſione ſemel in anno.

CONCLVSIO.

149 *Qui habuerit impedimentum communicandi in Paſchate, non tenetur amplius ad hoc in illo anno benè tamen facerent.*

Qui ex cauſa nõ communicauit in Paſcha, an teneatur poſtea comuuni care.

Maius dubium eſt, an qui ex legitima cauſa non communicauit in paſchate, quia fuit in mari, vel in via poſtea teneatur ad communicationem. Palu videtur dicere, quod ſic, ſed certe neſcio, quare cum ſit determinatum tempus ad communionem, & tranſierit iam. Item confirmatur, quia ſi ex malitia non communicauerit, poſteà non tenetur communicare, ergo mul-

multò minus ſi ex legitima cauſa non communicauit. Conſulendum eſſet talibus ut communicarent, ſed credo, ꝙ non teneretur iam pro illo anno.

CONCLVSIO.

150 *De licentia proprij ſacerdotis licet alteri idoneo confiteri.*

Quæritur, an ex commiſsione proprij ſacerdotis liceat confiteri alteri? Reſpon. quod ſic, ut patet ex d. c. Omnis vtriuſque. Et ſic eſt conſuetudo eccleſię, & vtinã non eſſet tanta, quia iã nullus curatus audit ſubditos ſuos. Hanc autem commiſsionem & licentiam poteſt dare curatus, epiſcopus & papa. Sic habetur expreſsè, de officio ordinarij cap. inter cętera. Et qui ſic confitentur clerico ſeculari, vel fratribus expoſitis, non tenentur iterum confiteri proprio ſacerdoti, ut determinatum eſt ab Alexandro 4. & à Clemente 4. & à Benedicto, & à Ioann. 22. & à Calixto.

Ex cõmiſſione pro prij ſacer dotis poſſumus al teri confiteri.

CONCLVSIO.

151 *Qui habet bullas de eligendo confeſſore, poteſt eligere quemcumque noluerit dummodo ſit idoneus ſecundum quod indicat Concil. Tridentinum Seſſ. 23. cap. 11.*

Quæritur, utrum qui habet auctoritatem eligendi confeſſorem per bullas, vel alia ratione quacunque, poſſit

An uirtute indulgentiarũ

induxi, Papa poteſt diſpenſare, imo & parentes diſpenſant in votis filiorum ante 14. annum. De matrimonio autem rato dico quod eſt contractus quidã vnde ſi ius diuinum obligaret Petrum ad accipiendam Mariam in coniugẽ, Papa nihil poſſet, ſed quia ex actu iſtius pendet hęc obligatio, & ex contractu humano particulari, ſi Papa in hoc poteſt diſpenſare (de quo tamen nihil dico) eſt ex ea parte, qua eſt ibi aliquid humanum, & quia præceptum confeſſionis eſt per ſe ſufficiens ad obligandum nos, eſt propriè ius diuinum, ac proinde non poteſt Papa in eo diſpenſare.

CONCLVSIO.

141 *Sacerdotibus tantum, & non alijs confitendum eſt.*

Confeſſio an ſacerdoti facienda.

Quæritur, an ſit neceſſarium confiteri ſacerdoti? Reſp. quòd ſic. Et ita firma fide tenendum eſt. Sic enim eſt diffinitum in Conc. Flor. ſub Eug. 4. cuius uerba ſunt Sacramenti pœnitentię miniſter eſt ſolus, & omnis ſacerdos, habens authoritatem abſoluendi, uel ordinariam uel ex commiſſione ſuperioris. Prætereà illud idem diffinitur in Conc. Trid. Seſſ. 14. cap. 6. Item Canone 9. & Can. 10. Item probatur, quia ſolis Apoſtolis dictum eſt; Quorum remiſeritis peccata, remittun-

tuntur eis. Et quodcunque ſolueris ſuper terram, & ſoli Petro, paſce oues meas. Confirmatur ex vſu eccleſię, nam ſolis ſacerdotibus, quando ordinantur, dicuntur illa eadem verba, quę Chriſtus Apoſtolis dixit, ſcilicet. Accipire poteſtatem ligandi, & abſoluendi. Hæreſis fuit Vualdenſium, vt refert Marſilius 4.q.12. dicentium, quod indifferenter poterat quilibet confiteri, cui vellet. Dicit etiam, quod in aliquibus locis illi, qui damnabantur ad mortem, non permittebantur confiteri ſacerdotibus, ſed laicis, quod quidem eſt error intolerabilis. Sed de his in materia de clauibus dicemus.

CONCLVSIO.

143 *Confeſſio venialium facta laico non eſt Sacramentum, licet valeat ad remiſſionem, & non ſit de præcepto.*

Quæritur, vtrum venialia poſſint laicis confiteri? Reſp. quod talis confeſſio non erit ſacramētalis. Sed proficiet, ſicut cum vnus laicus recitans cum alio horas canonicas, dicit confeſſionem generalem. Immo ipſe ſacerdos cum celebrat, abſoluitur de venialibus a laico in confeſſione generali auctoritate eccleſiæ, quæ habet poteſtatem ſupra venialia, ſicut per

An laicis venialia confiteri poſſimus.

tunſionem pectoris, uel aquam benedictam. Quia licet talis confeſsio non ſit ſacramentum, eſt tamen quoddam ſacramentale.

CONCLVSIO.

144 *Confeſſio ſacramentalis peccatorum mortalium non poteſt fieri laico, & ſi de facto fiat, eſt aliquãti meriti propter humiliationem peccatoris, nec laicus debet præſtare abſolutionem.*

Confeſſio mortaliũ an poſſit fieri laico.

Quæritur, utrum confeſsio mortalium poſsit fieri laico? Reſpondet magiſter ſent. 4. d. 17. & Sanct. Thom. ibidem. q. 3. & in additionibus q. 8. artic. 2. ꝙ in neceſsitate, urgente periculo mortis, confeſsio etiam mortalium eſt facienda laico. Magiſter in litera allegat Auguſtinum dicentem. Tanta uis confeſsionis eſt, ut ſi deeſt ſacerdos, confiteatur proximo. Et Beda, Sed & grauiora coæqualibus pandenda ſunt, cùm deeſt ſacerdos, & urget periculum Hanc opinionem tenent communiter omnes doctores Durand. Palude, Ricard. Gabriel. Maio. Marſi. Sed Scotus ibi dicit, quòd in caſu licitè fit laico, ſcilicet, quando ab eo ſpero conſilium, uel maiorem peccatorum dolorem, ſed cæteris paribus melius eſt nõ facere. Et in 4. d. 14. art. 2. in fin. dicit

etiam

etiam Scotus. Dubium eſt an talis confeſsio ſit detrimentum ſalutis, quia talis diffamat ſe ſine utilitate, ergo nõ eſt opus ſic confiteri. Ipſe libenter negaret niſi moueretur dictis ſanctorum, ſed plus ſanctis credendum eſt, quàm vni rationi leui. Et tenendum eſt omnino quòd licet confiteri laico in tali neceſsitate, licet hoc multum abierit à conſuetudine, quàm credo antiquis temporibus magis in vſu fuiſſe. Nunc etiam fit aliquando, ut in naufragio. Ad argumentum uero Scoti, nego, q͏̄d talis diffamat ſe, nam etiam extra confeſsionem poſſum dicere peccatum meum, vt detur auxilium, uel conſilium. At dices hoc eſſe uerum, quia ſequitur inde aliqua utilitas. Dico, quod etiam in confeſsione facta ſeculari, eſt aliqua utilitas, ſcilicet ſubiectio ipſa, quia ſe ſubijcit homini laico propter Deum, eſt pars ſatisfactionis, Et etiam propter uerecundiam. Si autẽ timeretur infamia, aut reuelatio cõfeſsionis, tunc nec ſacerdoti eſſet facienda. Sic vero hoc dicimus licitum, ut nullo modo dicamus præceptum. Vnde malè ſumma Angelica, & alij ſummiſtę imponũt magiſtro, & S. Th. quòd dixerunt eſſe præceptum. Nam S Thom. dicit, quod poteſt fieri, & in ſolutione ad primum dicit quòd de-

bet fieri.ſedtamen hoc verbum non dicit præceptum. Laicus autem qui ſit confesſionem audierit,nullo modo debet abſoluere, quia non habet poteſtatem, nec poſſunt ei committi claues, eccleſia enim non habet poteſtatem ſupra peccata mortalia, niſi per ſacramenta,ideo talis non debet abſoluere, ſed deprecari. Si autem de facto abſolueret, nihil faceret, ſed non manet irregularis,quia cum irregularitas ſit pœna iuris poſitiui, & iure non ſit expreſſum, quod talis incurrat irregularitatem,non incurrit. Quia in c.is qui. de ſent. excommun.lib. 6. ponitur regula generalis; quod nullus incurrit irregularitatem propter quodcunque delictum, niſi ſit in iure expreſſum. Et ita tenet Syluest. uerbo. Confeſſor. 1.& Palude 4. diſt.17. quæſt.3. Veruntamen omnia prædicta admitti poſſunt,ſi ſermo ſit de confesſione non ſacramentali. Cœterum ſi de ſacramentali confesſione ſermo fiat, firma fide tenendum,& dicendũ eſt, confesſionẽ ſacramentalem nunquam fieri poſſe laico, ſed duntaxat ſacerdoti, qui charactere ſacerdotali inſignitus ſit: Sic enim diffinitur in Conc. Trid. Seſſ. 14.de pœnitentia, cano.10 cuius uerba ſunt. *Si quis dixerit non ſolos ſacerdotes eſſe miniſtros abſolutionis,*

ſed

ſed omnibus, & ſingulis Chriſti fideli bus eſſe dictum. Quæcunque ligaueri tis ſuper terram, erunt ligata, & in cœ lo, & quæcunque ſolueritis ſuper ter ram erunt ſoluta, & in Cœlo. Et quorũ remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt, anathema ſit.

CONCLVSIO.

145 *Sacerdotes etiam ſi in peccato mortali exiſtant, poſſunt confitentibns præſtare abſolutionem.*

Quæritur, an ſacerdotes in peccato mortali exiſtentes, poteſtatem habeãt abſoluendi pœnitentes in confesſione ſacramentali. Et proinde ueram, & realem abſolutionem conferant cũ actualiter abſoluunt? Reſpondetur affirmatiuè, & ita firma fide tenendum eſt. Sic enim diffinitur in can. 10. proxime allegato cuius uerba ſunt. Si quis dixerit, ſacerdotes, qui in peccato mortali ſunt, poteſtatem ligandi & ſoluẽdi non habere, anathema ſit *An ſacerdotes in mortali exiſtentes abſoluere queant.*

CONCLVSIO.

146 *Confitendum eſt proprio ſacerdoti, aut de eius uel ſuperioris licentia.*

Quæritur, vtrum confesſio posſit fieri cuilibet ſacerdoti, uel ſoli proprio? Reſponde, quo ſolum principio. *Confiteri debemus, proprio ſacerdoti.*

Patet ex cap. Omnis vtriuſque ſexus. vbi hoc præcipitur. Item quia cum ſacerdos ſit iudex oportet quod habeat iuriſdictionem. Si enim iudex ſuperior diceret alicui; (yo te hago alcaide,) nihil eſſet, niſi ei daret ſubditos, ergo etiã in confesſione. Poteſtas enim iuriſdictionis non poteſt eſſe ſine ſubditis. Ideo oportet confiteri proprio ſacerdoti. Sed quis eſt iſte proprius ſacerdos? Reſpon. ꝙ Papa, Epiſcopus, curatus, & quicunque ex officio ſuo habet curam animarũ, ſiue hoc ſit ex electione. vt Priores, & Abbates in religione; ſuperior non eſt ordinarius, niſi mortuo priore, uel amoto. Aliqui doctores vocant proprium ſacerdotẽ omnes eum, qui poteſt confesſionem audire, ſiue hoc faciat ex officio, ſiue ex ſola commisſione. Sed vtrum in abſentia ſacerdotis proprij, vel quando pęnitens ex rationabili cauſa nõ uult confiteri proprio ſacerdoti (excludimus oĩa priuilegia, & loquimur ſtando ſolùm in iure cõmuni) liceat alteri confiteri. v. g. fugit proprius ſacerdos tempore paſchatis, vel in ipſa cõfesſione ſolicitat fœminã ad ſtuprũ; petit illa licentiam, ut posſit alteri confiteri, & ille non vult concedere, & vrget neceſſitas ſumendi Euchariſtiam, quia eſt paſcha, & ſi non ſumat excom-

Quis ſit proprius ſacerdos.

Quando proprius ſacerdos eſt abſẽs.

muni-

municabitur, eſt dubium quid faciet? Reſpondent ad hoc multi ſummiſtæ, quod ĩ tali caſu manet libera ad ſubijciendum ſe cuicunque voluerit ſacerdoti, quia in d.c. Omnis vtriuſque dicitur, quod petat licentiam a proprio ſacerdote, & ſic illa petendo facit qđ in ſe eſt, ac proinde manet libera. Sed hæc opinio non eſt ſecura, quia non habetur in iure, & ideo doctores, qui ſanius ſentiunt de hoc, dicunt, quòd mulier in tali caſu debet recurrere ad ſuperiorem, & dicere quòd nõ expedit ſibi confiteri tali ſacerdoti, & ſuperior debet credere. Et quòd non poſſit alteri confiteri ſine licentia ſuperioris, patet, quia mortuo ſacerdote proprio non poſſet talis mulier confiteri cuicunque indifferenter, ergo nec poterit in caſu prædicto. Item ſi proprius ſacerdos excõmunicaretur, non poſſet alteri confiteri, niſi de licẽtia ſuperioris, ergo nec in iſto caſu. Sed quid ſi nõ ſit recurſus ad ſuperiorem, vel ſi ille neget licentiam, an licebit tunc confiteri cuicunq; Palud. in 4.d.17.q.3.art.3. dicit, quod in tali caſu poteſt liberè confiteri, cui voluerit. Idem Syluester in ſumma. Ratio Palud. eſt, quia ipſe tenet; quod ſtãdo in iure diuino quilibet ſacerdos poteſt quemlibet abſoluere, & quod modo
non

non poſſit, eſt propter ius humanum, & cùm eccleſia non poſſit hoc ius ſtatuere, vt ſcilicet confiteatur cum ſcandalo, ſequitur, quod tunc ceſſat ius humanum & ſtandum eſt iuri diuino. Sed verè hęc ſententia eſt mihi multum dubia, & primo puto quod ſit contra San. Tho. 4. d. 17. q 3. art. 2. quæſtiuncula 4. ad 5. vbi ad literam proponit caſum, & dicit, quod ſi ſuperior nolit cōmittere facultatem, idem eſt iudicium, ac ſi non habeat copiam cōfeſſoris Quod etiam dicit in additionibus quæſtio. 8. arti. 4. 5. Hoc etiam Caiet. in ſumma verb. Abſolutio. Vnde propter nullum caſum (excepto mortis articulo) poterit abſoluere, qui ante illam neceſſitatem non poterat abſoluere, & merito quidem. Nam alias quilibet fingeret ſibi cauſas alteri confitendi. Et conſequenter dico de caſibus reſeruatis, qđ ſi ſuperior non vult concedere (licet male faciat) inferior non poterit abſoluere. Vt patet ex Conc. Trid. Seſſ. 14. de pœnitentia, cap. 7. cano. 11. cuius canonis hæc ſunt verba. *Si quis dixerit Epiſcopos non habere ius reſeruandi ſibi caſus, niſi quo ad externam politiam, atque ideo caſuum reſeruationem nō prohibere quo minus ſacerdos a reſeruatis vere abſoluat anathema ſit.* Dicit tamen S. Tho. vbi ſupra

pra

pra ad ſextum,& (eſt notandum) ꝙ ma le faciũt prælati, qui in hoc reddunt ſe difficiles,& inijciunt laqueum animabus,nolentes dare licentiam abſoluendi. De illo autem quod dicit Palude, quod ſtando in iure diuino,quilibet ſacerdos poteſt quemlibet abſoluere,dicimus,quod forte hoc eſt falſum.

CONCLVSIO.

147 *Pænitens ſi habuerit iuſtam cauſam & non poterit obtinere licentiam alteri confiteri,ſecurè poterit accedere ad communionem.*

Sed quid faciet pęnitens, cum non poteſt obtinere licentiam à ſuperiori & inſtat communio? Reſpondeo, quod communicet ſecurè, & tutè. Idem enim eſt iudicium tunc de eo, ac ſi careret confeſſore, y (vaya ſobre mi conſcientia.) Sed tamen aduertant tales, quod habeant rationabilem cauſam non confitendi proprio ſacerdoti: Verecundia enim, aut timor, quod ille male de me ſentiet, poſteà, non eſt cauſa ſufficiens, quia alias nemini tenetur confiteri, quia ſemper accidunt illa cuicunque confitearis. Si tamen nocuit iam mihi, vel indirectè me diffamauit iam iſta eſſet cauſa legitima non confitendi ei.

Cum non expedit propriò ſacerdoti confiteri, quid faciendum.

CONCLVSIO.

148 *Si aliquis non habens copiam confeſſoris communicauerit in Paſchate, tenetur quamprimum potuerit confiteri.*

Qui cõicauit in paſcha ſine præuia confeſſione, an teneatur illo anno confiteri.

Sed dubitatur, an poſtquã talis communicauit in Paſchate, abſoluatur à præcepto confesſionis? Videtur quidẽ quod ſic, quia non ſtetit per eum quin confiteretur, cum non peccauerit non confitendo, ergo. Item quia confesſio videtur inſtituta propter euchariſtiam cùm ergo iam communicauerit, videtur quod illo anno non teneatur iterum confiteri. Sed dico, quod adhuc tenetur cõfiteri, habita opportunitate, quia adhuc poteſt implere præceptum de confesſione ſemel in anno.

CONCLVSIO.

149 *Qui habuerit impedimentum communicandi in Paſchate, non tenetur amplius ad hoc in illo anno benè tamen facerent.*

Qui ex cauſa nõ communicauit in Paſcha, an teneatur poſtea comunicare.

Maius dubium eſt, an qui ex legitima cauſa non communicauit in paſchate, quia fuit in mari, vel in via poſtea teneatur ad communicationem. Palu videtur dicere, quod ſic, ſed certe neſcio, quare cum ſit determinatum tempus ad communionem, & tranſierit iam. Item confirmatur, quia ſi ex malitia non communicauerit, poſteà non tenetur communicare, ergo mul-

multò minus ſi ex legitima cauſa non communicauit. Conſulendum eſſet talibus ut communicarent, ſed credo, ꝙ non teneretur iam pro illo anno.

CONCLVSIO.

150 *De licentia proprij ſacerdotis licet alteri idoneo confiteri.*

Quæritur, an ex commiſſione proprij ſacerdotis liceat confiteri alteri? Reſpon. quod ſic, ut patet ex d. c. Omnis vtriuſque. Et ſic eſt conſuetudo eccleſię, & vtinã non eſſet tanta, quia iã nullus curatus audit ſubditos ſuos. Hanc autem commiſſionem & licentiam poteſt dare curatus, epiſcopus & papa. Sic habetur expreſsè, de officio ordinarij cap. inter cętera. Et qui ſic confitentur clerico ſeculari, vel fratribus expoſitis, non tenentur iterum confiteri proprio ſacerdoti, ut determinatum eſt ab Alexandro 4. & à Clemente 4. & à Benedicto, & à Ioann. 22. & à Calixto.

Ex cõmiſſione proprij ſacerdotis poſſumus alteri confiteri.

CONCLVSIO.

151 *Qui habet bullas de eligendo confeſſore, poteſt eligere quemcumque uoluerit dummodo ſit idoneus ſecundum quod iudicat Concil. Tridentinum Seſſ. 23. cap. 11.*

Quæritur, utrum qui habet auctoritatem eligendi confeſſorem per bullas, vel alia ratione quacunque, poſſit

An uirtute indulgentiarũ

poſſimus eligere cõfeſſorem, ſimplicẽ ſacerdotẽ ſit eligere ſimplicem ſacerdotem, non dum expoſitum ad audiendas confeſſiones? Reſpondeo abſolute (eſto dubitent canoniſtæ) quod ſine quocunque ſcrupulo poteſt eligere quemcunque ſacerdotem, vt etiam dicit Caiet. in ſumma verb. Abſolutio. Ratio eſt, quia in hoc ſolo differt ſacerdos habens iuriſdictionem a non habente, quod ille habet materiam; hic autem nõ, & huic nihil aliud deficit ad hoc, vt posſit abſoluere, niſi materia circa quã exerceat poteſtatem, quam accepit dum fuit ordinatus. Cũ ergo recipienti bullas detur poteſtas ſubijcien di ſe cui voluerit, iam talis ſacerdos electus habet materiam, & iuriſdictionem circa illũ, vnde nihil ſibi deficit. Et ita tenẽdũ eſt. Sed quãuis prædicta doctrina fuerit ante Cõciliũ Tridẽtinũ inter doctores triuialis multumq; recepta, iam tñ poſt prędicti Concilij determinationem, Seſſione 23. c. 15. reformationis, nullus eſt idoneus ad confesſiones audiendãs reputãdus, niſi beneficiũ parochiale habeat, aut ab epiſcopis ꝑ examen (ſi illis videbitur neceſſariũ) aut alias idoneus iudicetur, & approbationẽ ab eis obtineat.

CONCLVSIO.

152 *Proprius ſacerdos ubique poteſt audire confeſſionem ſubditorum.*

Quæritur, vbi poteſt proprius ſacerdos audire confeſſionem vtrum curatus unius epiſcopatus poſſit audire ſibi ſubditum in alio epiſcopatu. Reſp. omnino. ꝙ ſic. Quia fit ſine ſtrepitu iudicij, & nemini fit iniuria. Et idem poterit frater præſentatus, & extra diœceſim, ut etiam determinauit Sixtus 4. Et ſi quando duo fratres, de licentia prælati peregrinantur, poſſunt ſe mutuo abſoluere, etiam dum peruenerint ad alium epiſcopatum.

Sacerdos proprius an extra ſuã diœceſim. poſſit audire ſuorum confeſſiones.

CONCLVSIO.

153 *Habens curam animarum etiam ſi non ſit ſacerdos, poteſt dare licentiam ſubdito eligendi confeſſorem. Quod non poteſt curatus excommunicatus, ſi vero prius dedit licentiam, durat etiam poſt excommunicationem.*

Sed utrum hanc commiſſionem eligendi confeſſorem, facere poſſit habens curam animarum antequam ſit ſacerdos, vel ſacerdos excommunicatus? Reſp. de primo quod ſic, quia habet titulum, quamuis aliqui dicant, ꝙ illa eſt cõmiſſio iuris, ſed nihil de hoc curo. De excommunicato autem dico, quod non poteſt, quia commiſſio illa eſt actus iuriſdictionis, quem non poteſt excommunicatus habere, Sed vtrum commiſſio talis legitime facta ſuperueniente excommunicatione

Copiam eligendi confeſſorem quis poſſis dare.

com-

committentis ſpiret, & ſit nulla vel an duret; Dubium eſt. Pal. putat probabile, quòd durat. Quia illum actum fecit legitimè. Et credo, quod ita eſt in vſu, quòd talis commisſio ualeat.

CONCLVSIO.

154 *Sola ratihabitio ſuperioris de præſenti oſtenſa ſignis exterioribus, ſufficit ut cõfeſſiones quis poſſit audire.*

An ratihabitio det facultatem abſoluendi.

Quæritur, utrum ratihabitio det facultatem abſoluendi. v. gra. ego non ſum expoſitus ab epiſcopo, credo tamen, quod ſi adirem eum & peterem poteſtatem audiendi confesſiones, daret mihi, eſt dubium modo, an posſim audire pœnitentem, & poſtea dicere epiſcopo, ut ratum habeat, quod feci. Reſpondeo ſecundum quoſdam, ꝙ duplex eſt ratihabitio, una de futuro, puta ſi epiſcopus cognouerit ſufficientiam meam, ratum habebit quod feci, quæ ratihabitio non ſufficit, & in hoc omnes conueniunt. Quia eſſentia ſacramenti non pendet ex aliquo futuro, ac proinde ratihabitio non poteſt validare aut inualidare ſacramentum. Alia eſt ratihabitio de præſenti puta quia epiſcopus de præſenti vult, ut audiam. licet nihil mihi dixerit, ſed ego ſcio eius uoluntatem, & hęc ratihabitio dicunt aliqui, ꝙ ſufficit. Quia epiſcopus committit vicem

cem ſuam per uoluntatem; Ego neſcio an hoc ſit ſecurum, nam quamuis iudex eccleſiaſticus liberè exerceat ſuam iuriſdictionem, tamen quia hæc poteſtas eſt in foro eccleſiaſtico, videtur quòd non poſsit exercere illam iuriſdictionem, niſi actu exteriori, ſicut non poſſet epiſcopus actu interiori excommunicare, vel abſoluere aliquem, vt tenet probabilior, & verior opinio. Si ergo hoc verum eſt (vt ergo credo) ſequitur, quod per ſolam complacentiam epiſcopus non poteſt communicare ſuam poteſtatem, cùm hoc ſit vti iuriſdictione, ſic igitur ſi per ratihabitionem de præſenti, intelligamus complacentiam virtualem, puta quia ſi nunc diceretur Epiſcopo, placeret ei, dico certe quod talis ratihabitio non ſufficit, ſi autē ſignis exterioribus epiſcopus aliàs oſtenderet, ut ſi dixerit, gauderem ꝙ talis audiret cōfesſionem, dico quod uidetur mihi quod talis ratihabitio ſufficiat Exemplum, clerici ſeculares habent hanc libertatem, quod indifferenter confitē tur quibuſcunq; nō ex iure diuino, nec ex commisſione Papæ, ſed quia prælati hoc uident, & ſciunt, & tacent, quod eſt quoddam exterius, & hoc ſufficit. Et ſic in propoſito dico quod ſola ratihabitio de præſenti, oſtenſa

ſignis

ſignis exterioribus, ſufficit ad confeſſiones audiendas.

CONCLVSIO.

155 *Proprius ſacerdos unius cuiuſq; eſt ille, qui poteſtatem ſpiritualem habet ſuper eum, ut curatus, Epiſcopus, & Papa.*

Quis ſit proprius ſacerdos. Sed quæritur in particulari, quis ſit proprius ſacerdos? Reſpon. quod proprius ſacerdos Papæ eſt ille, quem ipſe elegerit, qui habet poteſtatem abſoluendi eum ab ipſomet papa. Et qui ſunt de familia papæ, habent pro confeſſore ipſum pœnitentiarium. Cardinales qui nō ſunt epiſcopi nullum habent a iure, ſed ex conſuetudine, nec ſub ſunt curatis, nec epiſcopis, ſed papæ. Et eorum familia (etiam de conſuetudine) non ſubeſt ordinarijs, ſed illis quibus Cardinalis uoluerit. Cardinales vero epiſcopi, & omnes Epiſcopi, Archiepiſcopi, & Patriarchæ habent a iure poteſtatem eligendi, quemcunq; uoluerint, & etiam familiæ eorum. Sed quando ſunt extra diœceſes ſuas, dicunt ſummiſtæ, quod non poſſunt prouidere familijs ſuis; quod confiteantur, cū quibus uoluerint, neſcio de hoc Sed iā ſunt tot bullæ quòd non eſt opus horum Sed quid de curato? Dico quod quando in una parochia ſunt duo uel plures ordinarij, ſtando

in

in iure diuino, quilibet eſt eius ſacerdos. Si uero fuerit unus, habet pro ordinario ſolum epiſcopum. De conſuetudine autem ſemper curati confitentur, cui uolunt Sed contra, quia in c. ſi epiſcopus, de pœnitentijs, & remiſſionibus, libro 6. dicitur expreſſe, qđ nulla cõſuetudine introduci poteſt, ꝙ quis eligat ſibi confeſſorem ſine ſuperioris licentia. Cum igitur curati a iure non habeant talem facultatem, ergo non poſſunt habere eam à cõſuetudine. Sed ego dico, ꝙ eorum cõfeſsio eſt rata, & ualida Quia habent facultatem à prelatis uidentibus, & tacentibus ac per hoc conſentientibus. Vnde ſi epiſcopus eis hoc prohiberet, nõ poſſent ſine dubio facere. Vtrum autem curatus poſsit eligere fratrem ſiue ſacerdotem non confeſſorem? Reſpondeo, quod ſic ſine dubio Quia iã talis ſacerdos ſecularis habet talem licentiam ab epiſcopo, ut cõfiteatur cui cunq; uoluerit Sed tamẽ de hac re dic, ſicut habes ſupra in fine. q. 151.

CONCLVSIO.

156 *Vagabundi & quærentes domicilium poſſunt confiteri cui uoluerint ex confeſſionibus approbatis, Peregrini uero, & Mercatores debent confiteri aut in Eccleſia Catredali, aut in Parochia ubi magis firmant domicilium.*

De

Itinerantium, & peregrinorum, quis ſit proprius confeſſor.

De Regularibus nihil prorſus eſt in iure, ſed de vagabundis (mūdauientos) qui ſemper ambulant, dico quòd tales qui nullibi habitant, confiteantur cuilibet confeſſori, quia non eſt maior ratio de vno quàm de alio. De alijs qui quærunt ſibi domicilium, & nondum ſtatuerunt vbi pedem figant, idem eſt iudicium, ſicut de vagabundis. Nec quantum, ad hoc oportet reſpicere vbi hoſpitentur, non enim tenentur confiteri parocho illius parochiæ. De peregrinis vero qui ueniunt ab alijs locis, vt viatores & mercatores, &c. Dicendum, quod ſi habeant expreſſam licentiam peregrinandi à ſuo proprio ſacerdote (ſicut aliquando fuit conſuetum (iam poſſunt eligere ſibi quemcunque confeſſorem ex licẽtia interpretatiua proprij ſacerdotis. Sed ſi non habeant licentiam, vt mercatores, qui habent alicubi habitationem, animo manendi quinque uel 6. menſibus, dico, quòd debent confiteri proprio ſacerdoti, ad cuius parochiam pertinet domus, quam inhabitant. De viatoribus autem peregrinantibus ſine licentia ſuorum ſacerdotum ordinariorum, dico, quod debent confiteri in eccleſia cathedrali, & non poſſunt eligere confeſſorem ad libitum, ſi non habeant aliam authoritatem,

aut

aut facultatem.; Reliqua uide apud ſummiſtas.

CONCLVSIO.

157 *In articulo mortis deficiente proprio ſacerdote, quilibet alius ſacerdos poteſt abſoluere à quocunque peccato, & à quibuſcunque cenſuris.*

In articulo mortis an quilibet poſſit a quolibet ſacerdote abſolui.

Quæritur, utrum in articulo mortis quilibet poſsit abſolui à quolibet ſacerdote? Reſpond. quod ſi proprius ſacerdos ſit ibi, uel poſsit facile haberi, non poteſt niſi ab eo abſolui, capiendo large proprium ſacerdotem. Sed ſi proprius ſacerdos non ſit pręſens quilibet poteſt abſoluere. Hoc habetur expreſſe capit. eos de ſnĩa excommun. li. 6 Et extra de furtis. cap. fures. Et de officio ordinarij cap. paſtoralis. Et ita tenent omnes communiter. Patet etiã ex uniuerſali conſuetudine eccleſiæ. Quando enim Papa, uel epiſcopus reſeruant aliquẽ caſum, ſemper dicunt, niſi in articulo mortis, vbi etiam poſſunt abſolui nõ ſolum à peccatis, ſed etiam à cenſuris. Vtrum autem ſit de iure diuino, quod in tali caſu poſsit quilibet quemlibet abſoluere, parum intereſt. Palud. 4 diſtin. 20. q. 1. artic. 2. ad. 1. dicit qđ eſt de iure diuino. Maio. qđ de iure poſitiuo, Capr. d. 19. q. vnica. Dura. dicitur cum Palude. & quod Papa non poteſt hoc impedire.

Probabile eſt utrunq; probabilius tamen puto quod eſt de iure poſitiuo.

CONCLVSIO.

158 *Pro hac concluſione oportet videre totum quæſitum.*

An confeſſio informis ſit valida.

Quæritur, an confeſſio in formis (,i. in qua propter aliquod impedimentũ non confertur gratia) teneat, & ſit valida, & per conſequens non iteranda; Et quæſtio ardua, & de qua plurimum noſtra intereſt, tractaturque a doctoribus 4. diſ. 17. & ibi, à S. Tho q 3. & in additionibus. q 9. artic. 1. Reſpondeo, ꝙ de hoc ſunt duæ opiniones extremæ, & vna media. Opinio prima eſt Maio. 4. d. 17 q. 3. 1. & q. 9. dicentis, quod omnis cõfeſſio informis eſt iterãda, vel ſi non fuit integra, uel ſi habuit defectum contritionis. Secunda opinio extrema eſt Bernardi de Ganaco in impugnationibus Gotfredi quo lib. 5. q. 14. vbi ait, ꝙ ſi confeſſio fuit integra, & ex quocunque defectu non detur gratia, non eſt iteranda, ſed erit valida, & verum ſacramentum, etiam ſi placeant peccata præterita, & proponant amplius peccare, quia ibi eſt materia & forma. Alia eſt opinio media uerſimilior, quam tenent Capreo. d. 17. q. 2. & Caiet. in quæſtio. quã de hoc facit, & in ſumma. Oportet igitur hic uitare duos errores extremos. Pri-

mus

mus nulla confeſſio informis eſt iteranda, eſt error intolerabilis. Secundùs, omnis confeſſio informis eſt iteranda. Nam ſi hoc eſſet verum cùm homo non poſſit eſſe certus, an cōfeſſio ſit integra, oporteret in infinitum confiteri, & nulla eſſet tranquilitas. Cum igr̄ aliqua confeſſio informis ſit iteranda, & aliqua non, ad quęrendum quæ ſit ualida, & quæ non, non eſt attēdendum, an ſit informis uel nō, ſed debemus reſpicere ad cauſas informitatis. Item notādum, quod cauſæ informitatis tenent ſe ex parte pœnitentis ſuppoſito, quod ſacerdos ſit legitimus. Duo autem ſunt actus pœnitentis ante abſolutionē, ſcilicet contritio, & confeſſio, & ex his duobus debet prouenire in formitas. Si igitur ſit informis, quia ex intentione non eſt integra, cōfeſſio non eſt ualida, ſed eſt iteranda, & in hoc omnes cōueniunt. Et ita firma fide tenendum eſt. Sic enim diffinitur in Concil. Florentino ſub Eugenio. 4. vbi ſic habetur. Oris confeſſio, ad quam pertinet vt peccator omnia peccata ſua quorum memoriam habet ſuo ſacerdoti confiteatur. Prætera in Concilio Tridentino, Seſſione. 14. capit. 5. idem dicitur, & item in Can. 7. Cuius uerba ſunt; Si quis dixerit in ſacramēto pœnitentiæ ad remiſ-

ſionem peccatorum neceſſarium non eſſe iure diuino confiteri omnia,& ſingula peccata mortalia,quorum memoria cum debita, & diligēti præmeditatione habeatur,etiam occulta, & quæ ſunt contra duo ultima decalogi præcepta,& circũſtãtias, quæ peccati ſpeciem mutant, &c. anathema ſit.Et iterum ibidē Canone 8.confirmatur hoc ipſum. Si uerò ſit informis ex defectu contritionis, ſi quidem nullum dolorem habet, nec aduertit,dico quod talis confeſſio eſt nulla ac proinde iterãda. Quia eſt inualida nòn propter defectum contritiònis, ſed quia non eſt vera confesſio. Nam cùm confesſio ſit pars ſacramenti pœnitentiæ, & pœnitentia dicit deteſtationem, oportet ꝙ ipſa confesſio ſit deteſtatio, & quia talis ſolum recitat peccata ſua alteri, non confitetur, ſed ſimulat ſe cõfiteri, & nouum peccatum incurrit. Si vero habeàt dolorem, ſed tamen imperfectum; uel ille percipit ſe non habere ſufficientem dolorem, uel non percipit. Si pœnitens non percipiat, dico quod talis confesſio eſt ualida, ac proinde non iteranda. Et hoc eſt notandum ad tollendos ſcrupulos. Si autem percipiat imperfectionem doloris uel aduertit eſſe peccatum, confiteri cum illa imperfectione doloris, vel nõ. Si ſe

cun-

cundum, talis cõfesſio eſt valida, quia integra ex intẽtione. Si vero aduertat eſſe peccatum ſic confiteri, & confiteatur imperfectionem illam doloris, etiam talis confesſio eſt valida, quia eſt integra, & vera. Si autem percipiẽs ſe nõ habere perfectũ dolorem, & intelligẽs illud eſſe peccatũ, & malitioſè nõ confiteatur de illo, dico quod talis confesſio eſt inualida & iteranda, quia eſt dimidiata ex intentione.

CONCLVSIO.

159 *Dolens imperfecte de peccato non debet abſolui. Vide textum.*

Sed vtrũ ſacerdos debeat abſoluere eum, qui imperfectè dolet, & confitetur illã inſufficientem doloris; Et videtur ꝙ ſic, quis talis confesſio eſt valida, & non iteranda ſecundũ S. Tho. & Caiet. & omnes, ſi autem non abſoluatur, eſt iteranda ergo? Reſpondeo, ꝙ ſacerdos nullo modo debet talem abſoluere, patet manifeſte, quia eſſet fictio in abſolutione, quia ibi nõ remittũtur peccata, & tamẽ ſacerdos dicit, ego remitto tibi peccata: Idem talis ſacerdos abſoluit auctoritate Dei, ſed Deus non abſoluit, ergo nec ille debet abſoluere. Item qui ſcit imperfectionem doloris ſui, peccat peccato ſacrilegij petendo abſolutionem, ergo multo magis ſacerdos abſoluens. Sed

An dolẽs imperfectè ſit abſoluẽdus.

contra, quia ſic confitentur omnes, quod non habent dolorem ſufficientem? Reſpondeo, quod ita confitentur propter ſuſpicionem quam habent. Si autem ſcirem me imperfectè dolere, nec deberem petere abſolutionem, nec ſacerdos deberet abſoluere. Confesſio autem, quæ ſecundum S. Thom. eſt valida, & non iteranda eſt, quando nõ percipit imperfectionem doloris, & abſoluitur, nõ quando de facto abſoluitur a ſacerdote ſciente imperfectionem doloris eius.

CONCLVSIO.

160 *Confeſſio debet eſſe integra omnium peccatorum mortalium cum circunſtantijs neceſſarijs.*

Confesſio an integra eſſe debeat.

Quæritur, vtrum oporteat, quod confesſio ſit integra: Respond. ex ſententia omnium ꝙ ſic, alias eſt inualida, ſacrilega, & iteranda. probat San. Th. quia ſacramẽtum pœnitentiæ eſt quædam medicina, cõtra morbum, at medicus non poteſt conuenienter ad mouere medicinam, niſi intelligat totum ſtatum infirmi. Si enim habet dolorem ſplenis, & iecoris, & medicus intelligat primum ſolum, poterit applicare medicinas, quæ noceant iecori. Et idem de medicina ſpirituali confesſionis, &c. Item probatur ex vſu eccleſiæ, nullus enim ſacerdos audiret

dimi-

dimidia peccata. Item quia ſacerdos abſoluit auctoritate Dei, Deus autem non abſoluit ab vno, & non ab alio [impium enim eſt a Deo ſperare dimidiam veniam] ergo. Item confesſio dimidiata eſt contra formam abſolutionis, qua dicitur, ego te abſoluo ab omnibus peccatis tuis, ergo. Item Auguſtinus dicit, eſt hypocrita, qui non confitetur omnia peccata, ergo. Hæc concluſio eſt inuiolata, & quæ ab omnibus tenetur.

CONCLVSIO

165 *Confeſſio, non præmiſſa diligenti examinatione, non eſt ualida.*

Sed quid ſi confesſio ſit dimidiata ex negligentia, quia non fecit ſufficiẽtem indagationem? Reſpond. quod ſi ex induſtria fuerit negligens, vel ſi ita contemnat, vt quaſi ex induſtria noluit examinari, ſicut qui per vnum annum integrum non eſt confeſſus, & accedit ad confesſionem ſine aliqua examinatione, volens quidem quod omnia venirent ad eius memoriam, talis cõfesſio eſt nulla, ac proinde iteranda. Si vero omiſerit aliquod peccatum, putans ſe feciſſe ſufficientem indagationem, etiam ſi illa ignorantia ſit culpabilis mortaliter, confesſio eſt valida, & non iteranda.

Confeſſio ex negligentia dimidiata, an ſit reiteranda.

CONCLVSIO.

162 *Omni diligentia eſt examinanda conſcientia ante confeſſionem.*

Examinatio cõſciẽtiæ ante confeſſionem, quã tã diligẽtia facienda.

Quæritur, quæ diligentia requiritur ad examinandum conſcientiam? Reſpõ. quod raro continget, quod velit quis examinare cõſcientiam ſuam & putet ſe feciſſe ſufficientem diligẽtiam, cum non fecerit diligentiã. Sed quando eſt mihi probabile quod ſatis eſt, quod feci, obliuio peccati non erit culpabilis mortaliter ſaltem? Reſpondeo quod præceptum de examinatione conſcientiæ eſt idem, quod de confeſſione & de integre confitẽdo, & q̃a nemo integre confiteretur ſi non examinaret ſe, tenetur examinare, & non examinans, peccat contra præceptum confeſſionis. Et cum non ſit peculiare præceptum de examinatione, videtur quod non tantum teneatur ad illam, ſicut ſi fuiſſet particulariter præcepta, maior enim diligentia requiritur circa finem quàm circa medium. Satis eſt ergo quod faciam diligentiã moralem, ſicut nec teneor ſcribere peccata, vt recorder eorum. Si autem particulari p̃cepto tenetur recordari peccatorum, teneretur etiam ſcribere. Dico igitur, quod poſtquàm quis voluit adhibere diligentiam, & fecerit aliqualem examinationem, quàm

putauit ſufficientem, credo quod rarò talis committet negligentiam; Dico præterea quod quando ego puto, quod per paruam diligentiam vlterio rem veniam in cognitionem peccatorum præteritorum, ſi non fecero illam non erit ſufficiens examinatio. Sufficit autē taliter examinare, quod etiam ſi amplius examinaſſem per aliquod aliud tempus, nō recordarer aliorum. Et hæc ſufficit. Credo quod uiri qui habent animæ ſuæ curam, nunquam deficiunt in examinatione conſciētiæ ſuæ. Ex hac concluſione, quam diximus, ꝙ cōfesſio nō integra ex negligētia examinationis, non eſt valida ſeqtur quod confeſſor non debet audire eum, qui nō fecit examinationē, maxime ſi ſit de numero eorū, qui non confitentur niſi ſemel aut bis in anno. Satis eſt tamē quod adhibuerit aliquam diligentiam, nec eum, qui dicit ſe aliquam feciſſe, debet confeſſor repellere

CONCLVSIO.

163 *Habens peccata reſeruata, præſente ſuperiore non poteſt abſolueri à non reſeruatis, ſi tamen abſens fuerit & ſcandalum ſequeretur ſi ille non communicaret cum alijs, facta prius confeſſione de omnibus poteſt abſolui à non reſeruatis, & de alijs quamprimum petere abſolutionem.*

à ſuperiore, & idem iudicium erit quando ſuperior non vult dare licentiam alteri abſoluendi, & non expedit ei confiteri.

Reſeruatos caſus habẽs an dimidiabit confeſſionẽ.

Quæritur, qui hẽt peccata reſeruata, & etiam non reſeruata, quomodo poterit confiteri, maxime ſi ſuperior nolit audire niſi reſeruata; De hoc caſu fuit multa contentio apud doctores, quorum opinionibus dimiſit, dico quod ſi iudex ſuperior, & inferior ſint præſentes, inferior non poteſt abſoluere à non reſeruatis, niſi prius petatur facultas abſoluẽdi à reſeruatis. Quia integritas confeſsionis eſt de iure diuino. Cum ergo ille pœnitens habeat copiã confeſſoris, cui põt integre confiteri, non poteſt inferior diuidere abſolutionem. Sed ſuperior audiat omnia peccata, vel det facultatem abſoluendi à reſeruatis. Hoc Adrianus quæſ. 4. de confesſione. Et Durandus 4. diſt 17. quæſt. 15. contra Caietanum. Et ſi ſuperior ſolum abſoluat à reſeruatis, talis abſolutio non eſt ſacramentalis, ſed ſolum à cenſuris, & datur facultas inferior ut abſoluatur ab omnib. peccatis. Si autem ſuperior abſens ſit, & non pateat facilis aditus ad eum, & inſtet tempus celebrandi, inferior abſoluat à non reſeruatis, & pro reliquis expectet abſolutionem ſuperioris, niſi illis ſit annexa

annexa aliqua excommunicatio reſeruata, vt in caſibus bullę de cœna domini, tunc enim non debet abſolui a non reſeruatis. Et hæc eſt contra Adrianum & Durandum Et in hoc caſu intelligo D.Th. loqui in additionibus q.9 artic. 2. ad 2. Sed quid faciendum, quando ſuperior non vult committere facultatem abſoluendi à reſeruatis, & non expedit confiteri eidem? vtrum inferior poſſit tunc abſoluere à reſeruatis? Reſpon. quod iam ſupra dictum eſt, quod in quocunque caſu poteſt quis licite non confiteri ſuperiori, licet accedere ad ſacramentum euchariſtiæ, ſi ſuperior nolit committere facultatem abſoluendi, nihilominus inferior nō poteſt abſoluere a reſeruatis. Pœnitens tamen poterit accedere ad euchariſtiam ita bene, ac ſi eſſet decies abſolutus. Quia in tali caſu eſt cenſendus nō habere copiam confeſſoris. Tamen habita poſtea opportunitate tenetur confiteri de illo peccato. Videat tamen pœnitens (vti iam diximus) vt habeat ſufficientem cauſam non confitendi proprio ſacerdoti.

CONCLVSIO.

164 *Confeſſione inualida non impletur pręceptum eccleſiæ de confeſſione.*

Queritur, vtrum per confesſionem non integram, vel alias informem *An ĩpleatur pręce*

 ſatisfiat

ſatisfiat præcepto confesſionis? Durand.4. diſt. 17. q. 14. & 15. dicit duo. Primum, in quocunque caſu confesſio non eſt iteranda, adimpletur præceptum de confesſione. Quia eccleſia nõ obligat ad faciendum opera in gratia ſed ad ſubſtantiam actus. Et de hoc nemo dubitat Secundum, in quocunque caſu confesſio non ſit valida, non adimpletur prçceptum de cõfesſione. Patet in decr. cap. Omnis utriuſque ſexus debet confiteri omnia peccata, & pœnitentia impoſita, &c. Clarum eſt quod ſi non impletur præceptum, confeſſor non debet imponere pœnitentiam, nec pœnitens tenetur acceptare, quia non eſt ibi ſacramentum. Sed dubia eſt mihi hæc propoſitio, cum eccleſia vel non poſſit obligare, vel nõ obliget ad actum interiorem, & iſte confiteatur omnia peccata ſua: etiam ſi non habeat dolorem, ſi confiteatur hoc ipſum, & quod non habet dolorẽ, ſiue abſoluetur, ſiue non, credo ꝙ ſatiſfacit precepto eccleſiæ, ergo certè non damnarem talem.

CONCLVSIO.

165 *Si aliquis incipit confiteri, & morte præuentus, ſiue aliter iuſtè, & neceſſario impeditus non potuerit complere, tam debet abſolui.*

Confeſſio Quæritur, an confesſio dimidiata

in

in neceſsitate ſit ualida? V. g. Percuſſus eſt aliquis lethaliter, & habet centum peccata, incipit confiteri, & poſt quam dixit decem, moritur uel impeditur, an talis poſsit abſolui. Certe dubitari poſſet, ſed probabilius puto & magis pium, quod ſit confesſio totalis & ualida. Si enim damus confesſiones dimidiatas propter obliuionem, uel propter caſum reſeruatum quare non dabimus etiam propter impotentiam iſtius? proderit ergo illa confeſsio, & ex attritio faciet contritum. *dimidiata in neceſſitate an ſit ualida.*

CONCLVSIO.

166 *Peccata oblita in confeſsione etiam remittuntur, at ſi poſtea in mentem venerint tenemur confiteri.*

Quæritur, utrum virtute abſolutionis remittantur peccata etiam non cõfeſſa in particulari. Reſp. quod ſic omnino, eadem ratione, ſi ex opere operato habet abſolutio remittere peccata non eſt dubium, quin remittantur iſti, quia confitetur modo quo poteſt, ſicut de peccato dubio; de quo confiteor cum dubitatione, remittitur mihi, eſto illud feceſim. Et confirmatur quia alias fruſtra eſſet confesſio in generali accuſo me de alijs, quorum memoriam non habeo cuius contrarium habet communis vſus piorum hominum. *Peccata non confeſſa anre mittãtur in confeſſione.*

CON-

CONCLVSIO.

167 *Peccata quæ alias confeſſi ſumus poſſumus dimidiare in generali confeſſione.*

An in cõfeſsionibus generalibus liceat dimidiare confeſsionem de peccatis confeſſis.

Quæritur, utrum licet in confesſionibus generalibus de peccatis alias confesſis dimidiare cõfesſionem & dimittere aliquod turpe dicendo reliqua. Videtur quidem quod nõ quia integritas confesſionis eſt de iure diuino ergo non licet celare aliquod peccatum. Reſpondeo, ꝙ non licet celare aliquod peccatum mortale, & ſi celatur non eſt confesſio, ſed fictio circa materiam principalem ſacramenti. Non eſt dubium quin ſi quis uelit generaliter confiteri, & dicat ſacerdoti, quod uult generaliter confiteri de omnibus peccatis ſuis, ſi celet aliquod, peccat mortaliter, quia eſt fictio manifeſta circa principalem materiam ſacramenti & mentitur pernitiosè, & decipit confeſſorem. Dico tamẽ quod pœnitens poteſt ex peccatis iam confesſis eligere aliqua, quæ confiteatur aliquibus prætermisſis ſi non decipiat confeſſorem dicens illa eſſet peccata totius uitæ ſuæ. Nec ad confesſionem generalem requiritur tanta conſcientię examinatio & conſequenter poteſt fieri per plures dies, ut.ſ. hodie cõfiteatur quinque peccata, cras ſex, &c.

CON-

CONCLVSIO.

168 *Confeſſio eſt valida etiam quòd peccator non impleuerit pœnitentiam.*

Quæritur, utrum ex defectu ſatiſfationis, puta quia non impleui pœnitentiam mihi iniunctam à confeſſore, ſit iteranda confeſsio. Multi ſum miſtæ tenent, quod eſt iteranda inter quos Syluester uerb. confeſsio primo parapho.3: Quia qũo imponet pœnitentiam oblitam uel neglectam, qui non audierit de nouo peccatum. Sylu. allegat Ricardum pro ſe, quem non ui di nunc. Allegat etiam. Pſ. ſed potius videatur tenere oppoſitũ Reſpõdeo igi tur ad quæſtionem ſine quocunque du bio & ſcrupulo abſolutè, quod talis confeſsio non eſt iteranda propter pœnitentiam oblitam, uel ex malitia ne glectam, patet quia confeſsio præcedens fuit iam ualida, & per conſequẽs fuerunt remiſſa peccata, ergo quicq̃d poſtea ſequatur, non efficit eam inualidam ac iterandam. Et ita tenet Maio 4.d.17.q.6. dubio ultimo. Dicem⁹ tamen aliquid de hoc in materia de ſa tisfactione.

An qui nonimpleuit pœnitentiam teneatur confeſſionem iterare.

CONCLVSIO.

169. *Confeſſio facta a confeſſori ignoranti cõmunia peccata, ſi ſcientia confitentis non ſupplet, eſt iteranda.*

Quæritur; utrum ſi aliquis confitea

tur

An qui confitetur ſacerdoti ignoranti ſatisfaciat præcepto. tur ſacerdoti ignoranti; quid ſit peccatum mortale [ſunt etiam aliqui in mundo] teneatur iterare confesſionem? Reſp. primo, quòd ſi pœnitens eſt doctus quantum ad hoc, ꝙ ſcit quale ſit mortale, & quale ueniale, parum refert qualis ſit confeſſor, doctus.ſ.an indoctus, nec tenetur iterare confeſſionem. Verum eſt tamen quod ſi cògnoſceret confeſſorem neſcire diſcernere inter peccatum & peccatũ, debet illum inſtruere dicens, hoc nõ eſt mortale, hoc ſic, alias confesſio non eſſet valida. Nam ſi ego dicerem, ego occidi hominem, ſed bene feci, quia ille occiderat patrem meũ, nõ eſſet cõfesſio. Sic quoque confesſio, non eſt, quando confeſſor audiens non intelligit eſſe peccatum mortale. Si uero tam pœnitens quàm confeſſor ignorent, ſi iſta ignorantia ſit circa ea quę communiter ignorantur, talis non impedit, nulli enim contingit inter omnia peccata ſcire de quolibet, an ſit mortale uel non. Si autẽ ignorantia ſit tanta ꝙ ſit eorum, quę a paucis ignorantur (ut & iuramentum falſum uel quòd uindicare ſe de iniuria accepta non ſint peccata) crederem profectò quod teneretur iterare confesſionem. Quia confeſſor non intelligit peccata illius, ergo ille non confitetur. Nam quomodo

im-

imponet pœnitentiam, aut quomodo abſoluet eum: Et hæc eſt communis opinio. Non oportet tamen formare nouos ſcrupulos, nam raro contingit talis ſacerdos confeſſor. Satis eſt enim ꝙ confeſſor ſciat communia, ſcilicet homicidium, furtum, &c. eſſe peccata, & quod ſciat dubitare.

CONCLVSIO.

170 *Si confeſſio non audiuit uel non intellexit peccata confitentis, confeſſio eſt iteranda.*

Cõfeſſore nõ aduertente pœnitẽtis peccata, an iteranda ſit confeſſio.

Sed quæritur, an ſi confeſſor alioquin ſapiens non aduertit ad peccata pœnitentis, confeſsio ſit valida? Reſp. quod ſine dubio ex quacunque cauſa confeſſor non aduertat peccata pœnitentis confeſsio eſt iteranda. Sed tamẽ pœnitens poteſt ignorare inuincibiliter, an cõfeſſor audierit, vel non. Si tamen conſtaret aliquo pacto, quod cõfeſſor, vel non audiuit, vel non intellexit peccata, omnino tenetur iterare confeſsionem, quia prior fuit nulla.

CONCLVSIO.

171 *Meritorium eſt peccata ſemel confeſſa, de nouo confiteri.*

Peccata ſemel confeſſa, an poſſumus iterũ confiteri.

Quæritur, an liceat confiteri peccata ſemel confeſſa, & ſi fiat, an confeſſio ſecunda ſit ſacramentum? Reſpondeo, quod de hoc ſunt opiniones Scot. 4. diſt 18. ad primum dicit, ꝙ ſic,

hoc

hoc eſt quod talis cõfeſsio eſt valida, & meritoria, ſed tamen ibi non eſt ſacramentum, aut aliqua virtus clauiũ, quia non poteſt eadem forma replicari ſuper eandem materiam, impoſsibile eſt enim, vt eadem forma informet pluris eandem materiam. Item, iudicium ſemel ritè factum non poteſt infringi, ergo non debet iterari [como ſe puede pleytear vna ſentencia en grado de reuiſta confirmanda?] Contrarium tenet S. Tho. Bonauentura, Marſilius, Gabr. Alexan. & Maio. & omnes, quos mihi contigit videre. Et probatur, peccata oblita ſunt abſoluta ſacramentaliter, & tamen cum veniunt ad memoriam, ſunt neceſſario confitenda, & debet homo ab illis abſolui, ergo non inconuenit, ꝙ quis abſoluatur bis ab eodem peccato. Nota igitur pro hac opinione, quòd poteſtas clauium data eſt eccleſiæ ad remisſionem peccatorum non ſolum ad remisſionem culpæ, ſed etiam ad remisſionem pœnæ: Cum ergo illa poteſtas maneat in eccleſia poſt primam abſolutionem, & remanet etiam reatus pœnæ in eo, qui iam eſt confeſſus, ſequitur quod ſecunda confesſio valebit ad remisſionem peccatorum, & pœnæ. Maximum argumentum pro hac parte eſt conſuetudo bonorum,

qui

qui ſæpe confitentur eadem peccata. Et ad argumentum Scoti, nego quod eadem forma non poſſit replicari ſuper eandem materiam, nam cum eadem aqua poſſunt baptizari centum. Item illo dato peccata ſunt materia remota, ſed peccata confeſſa ſunt materia proxima, vnde ſi in eadem confeſſione abſolueretur bis, abſolutio ſecunda nihil omnino valeret. Sed in pluribus confesſionibus quare nõ erit valida.

CONCLVSIO.

172 *Nemo poteſt confiteri per internuncium ſacerdoti abſenti.*

Quæritur, an posſit aliquis confiteri abſenti ſacerdoti per nuncium puta quia eſt in carcere & non datur aditus ſacerdoti. Reſp. quod nullus tenetur iſto modo confiteri. Quia forum confesſionis debet eſſe ſecretum, & nemini tenetur homo reuelare peccata niſi ſacerdoti. Secundo dico (licet Palud. videatur dicere contrarium. 4. diſt. 17. q. 2.) quod non eſt licitum hoc modo confiteri, nec talis confesſio ſi fiat poteſt eſſe ſacramentalis nec ſacerdos poteſt talem abſoluere, nec eſt rationi conforme. Quia confesſio debet eſſe forum ſecretisſimum, nam licet non ſit de eſſentia confesſionis q̃ *Confiteri per nunciũ an ſit licitum.*

ſit

ſit ſecreta, tñ quia ſacramenta nõ ſunt contra legẽ naturæ, ſecundũ quã non licet publicare peccata, idcirco cõfeſſio ſit ſecreta, & non ratione clauiũ; Ratio igitur quare talis nõ poteſt abſolui, eſt, quia re vera non confitetur, confitetur quidẽ internuncio, internũcius tñ non cõfitetur, ſed eſt teſtis. In foro contentioſo ſufficeret illud, quia non poſſet retractari, & ſi retractaret, non crederetur. In confesſione vero non ſic, quia ſemper manet libertas ad confitendum, quandiu enim nuncius loquitur ſacerdoti, poteſt pœnitens ſe retractare, ac proinde nõ poteſt abſolui, nec confiteri modo prædicto. Non dubito de hoc.

CONCLVSIO.

173 *Licet confiteri per interpretem, non tamen eſt hoc de præcepto.*

Confeſſio an fieri poſſit per interpretem.

Quæritur, an per interpretem poſſit quis confiteri ſacerdoti præſenti? Reſpõ. primo ſicut ad dubium præcedens, quòd homo nõ tenetur ſic confiteri. Quia non tenetur prodere peccata ſua, in tali autẽ caſu manifeſtat ea interpreti, ergo non tenetur. Secundo dico ꝙ poteſt licitè eo modo confiteri. Sed contra quoniam talis non confitetur ſacerdoti, ſicut dicebamus de eo, qui confitetur per internuncium, ergo talis confesſio nõ eſt valida? Reſpon.

ſpon. quod eſt differentia clara. Quia quando internũcius refert peccata ſacerdoti, pœnitens ſe habet mere negatiue, & nõ eſt præſens. Per interpretem autem ſigno & nutu actualiter oſtendit pœnitens, quod ipſe dicat ſacerdoti, quod interpres dicit, & ſic eſt uerum ſacramẽtũ. Et interpres omnino tenetur occultare peccata, quę audiuit.

CONCLVSIO.

174 *Non eſt de precepto ut qui non poteſt loqui; per ſcripturam confiteatur; licitè tamen ſit dummodo præſente peccatore annuat mutus etiam nutibus debet confiteri.*

Quæritur, an aliquis posſit confiteri per ſcripturam, maxime quando non poteſt uoce Palu. 4. d. 17. q 2. & Maio. 4. d. 27. q. 1. dicunt quod ſi ſacerdos ſit præſens, qui non poteſt uoce, tenetur ſcripto confiteri. Sed ego dico cũ Caie. Scoto, & Ricardo, quod talis non tenetur ſic confiteri. Quia nemo tenetur prodere peccata ſua extra confesſionẽ, talis sũt proderet peccata, quia ex natura rei ſcripta manẽt tranſacta confesſione, ergo non tenetur, pręcepta enim Chriſti debent eſſe ſuauia; Sed utrum posſint confiteri ſcripto, dubium uidetur. Nã ſcriptura, & nũcius in hoc conueniunt, quod *Confiteri per ſcriptura an liceat.*

non ſit confesſio, quamuis poſſet qui dat ſcriptum annuere, quod confitetur illa peccata ſcripta, & iam uidetur quod eſſet idem iudicium, ſicut de confesſione per interpretem quæ eſt uera confeſſio. Et tamen ita credo & teneo, quod licitè tunc fit ſcripto, ſi ſignis annuat, quod confitetur illa. Sine necesſitate uero a potente loqui nõ reciperetur talis confeſſio. Quia inter ſigna uoces obtinuerunt principatum, & magna irreuerentia eſſet confiteri ſcripto. Multi autem ſi poſſunt confiteri nutibus, non manifeſtando alijs peccata, tenentur confiteri. Caie. in ſumma, ponit modum, quo tales poſſent confiteri. 1. ut peccata ſcribantur in una carta, & in alia numerus peccatorum, &c. Sed credo quod non tenentur illo modo confiteri meo iudicio.

CONCLVSIO.

275 *Conſors in crimine quantum poſſibile eſt debet occultari in confesſione, attamen ſi non adeſt copia alterius confeſſoris, dicendæ ſunt omnes circunſtantiæ etiam ſi confeſſor uenerit in cognitionem tertiæ perſonæ vide Armillam verbo circunſtantia. 2. parag. quia limitat hoc.*

Conſortẽ peccati. Quæritur, utrum quis teneatur eo modo confiteri circunſtantias peccatorum

torum quo reuelentur conſortes v. g. commiſi inceſtum cum matre, curatus cognoſcit me, & matrem meam, an teneat confiteri illam circunſtantiam cum qua, quæ quidem nõ poteſt dici ſine reuelatione perſonæ conſortis in crimine? Reſpondeo ex ſententia omnium, quod talis tenetur quærere alium confeſſorem, qui non cognoſcat matrem, quia multum noceret matri talis confeſsio, ac proinde nimis cauere debent pœnitentes, ne in confeſsionibus aliorum peccata detegat. Si verò non inueniatur confeſſor ignorans talem perſonam, dico quamuis aliqui uoluerunt dicere quod tunc non tenetur dicere illam circunſtantiam perſonæ) ex ſententia S. Tho. Bonau. in 4.diſt. 21. & Gabr. 4.diſt 17.quæſt. 1.cõcluſione. 5. quod talis tenetur confiteri circunſtantiam illam, & omnes alias circunſtantias neceſſarias, eſto cõfeſſor ueniat in notitiam tertiæ perſonæ. Quia præceptũ de confesſione eſt maius, quam præceptum de ſeruanda fama alterius, & ego utor iure meo, maximè quia non diffamo conſortẽ, cùm ſacerdos teneatur peccatum meum, & ſuum æque celare. Imo Bonauentura dicit quòd ſi ſacerdos ſit talis, de quo æſtimatur quod non nocebit, ſed proderit, pœnitens

an posſimus reuelare in cõfesſione.

nitens poſſet ei dicere perſonam, etiã ſi alias neſciret, ut adhiberet remediũ.

CONCLVSIO.

176 *Circunſtantiæ quæ grauant peccatum in infinitum uel mutant ſpeciem ſunt confitendæ, ac etiam quæ diminuunt peccata, ut benè ſciatur qualitas peccatorum.*

Circunſtantię peccatorum.

Queritur, quæ circunſtantiæ ſint neceſſario confitendæ? Reſpon. quod triplices ſunt circunſtantię. Quædã minuentes peccata, aliæ quæ grauant peccata, aliæ verò quæ nec grauant, nec imminuunt, quas quidem antiqui non vocant circunſtantias, ut ſi ſpectant noctu uel in die, & propterea iſtę dimittantur. Primæ circunſtantię ſi tales ſint quod faciãt ex peccato mortali veniale, uel ex peccato non peccatum, confitendæ ſunt neceſſario, aliàs eſſet mendacium v. g. participare cum excommunicato eſt mortale, ſi quis autem cum negligentia veniali communicet in diuinis, illa circũſtantia ignorantiæ reddit peccatum ueniale, & ideo eſt confitenda. Vel ſi Rex excommunicatus metu mortis compelleret me celebrare coram eo, talis circunſtantia uidetur facere de peccao non peccatum, & ideo eſt neceſſario confitenda. At ſi huiuſmodi ſint circunſtan

tiæ,

tiæ, quæ non tantum ſint excuſant, ſed faciant mortale, ueniale, uel peccatum non peccatum ut egeſtate furari, dicunt aliqui quòd eſſet melius, quod non confiterentur. Sed dico, quod ſi uerè ſint circunſtantiæ, quæ multum excuſant, debent confiteri. Quia unum furtum poteſt eſſe in duplo peius quàm aliud, & ſtuprum ex libidine multo peius eſt quam ex timore mortis. Tales igitur circunſtantiæ confitendæ ſunt non ad excuſanda peccata, ſed ad confitendum ea purè & malè.

CONCLVSIO.

177 *Continuatio temporis in peccato, & magnitudo rei furatæ, & his ſimilia ſunt confitenda cætera ut ſupra in concluſione præcedenti.*

Sed tota difficultas eſt de circunſtantijs aggrauantibus, quæ quidem ſunt in duplici differentia: Quædam enim mutant ſpeciem, ſicut furari uel occidere in eccleſia, fornicari cũ uirgine, vel fornicari in eccleſia, eſt dubium an tales ſunt neceſſariò confitendæ? Reſpõdet S. Tho. 4. di. 17. & Bonauentura. Palud. Silueſt. & eſt communis ſententia, quod illæ circunſtantiæ, quæ mutant ſpeciem, ſunt neceſſario confitendæ, quia peccatum habens illam circũſtan- *Quæ circunſtantiæ confitenda.*

tiam, æquiualent eſt duobus peccatis. Furtum enim per ſe eſt peccatum, & iniuria eccleſiæ eſt etiam peccatũ per ſe, & ideo furtum in eccleſia æquiualet duobus peccatis, & ob ideſt neceſſario talis circunſtantia confitenda. Item fornicatio eſt peccatum, & iniuria viri eſt peccatum, & ideo fornicatio cum uxorata æquiualet duobus peccatis, ac proinde talis circunſtantia eſt neceſſariò confitenda, & ſic de ſimilibus. Item probatur, per illa peccata franguntur duo præcepta eccleſiæ, furtum.n in eccleſia eſt primo contra prę ceptum de non furando, & ẽt cõtra prę ceptum cultus diuini, ergo circunſtantiæ iſtę ſunt neceſſariò confitendæ. Aliæ uerò ſunt circunſtantiæ aggrauãtes quidem, ſed non mutantes ſpecies, & tales non ſunt neceſſariò confitendę, qui alias nunquam poſſet homo purè & integrè confiteri. Marſil. 4 di. 12. & Gabriel. 4. diſt. 17. & Maio. ibidem dicunt primo, quod omnes circũſtantiæ mutantes ſpeciem, ſunt confitendæ. Secundò dicunt, quod etiam ſunt confitendæ aliquę non uariantes ſpeciem, ſcilicet quę faciunt maiorem malitiam mortaliter, tales inquiunt circunſtantiæ neceſſariò ſunt confitendæ. Quia alias aliquando contingeret, quod maior eſſet pars malitiæ, quę

celatur,

celatur, quàm quæ manifeſtatur. V.g. ego ſemel conſenſi in homicidium, & continuaui conſenſum per diem integrum, ſi confiteor quod cōſenſi ſemel in homicidium, & taceo tempus continuationis, nonne, celarem maiorem partem grauitatis? Item furari decem eſt mortale, furari uerò mile eſt eiuſdem ſpeciei cum primo furto, ſed nunquid ſufficeret dicere, accuſo me quod furatus ſum, non nominando quantitatem? Ad hanc igitur quæſtionem dico, quod ego non auderem condemnare eum, qui confitetur ſolas circunſtantias mutantes ſpeciem. Nam cum illud dicat S. Tho. & Bonauentura, uel eſt uerum, uel ad minus, qui ſequitur illos excuſantur ignorantia inuincibili. Secundo dico, quod nemini conſulerem, nec ego eſſem contentus illo modo confiteri, ſed confiterer etiam illas circunſtantias, quæ manifeſtè multiplicant militiam mortalem. Sicut in exemplis poſitis de tempore continuationis, & de quantitate furti, quia aliàs confeſſor non intelligeret totam malitiam confitentis. Placet etiam mihi, quod Caietanus dicit, ſcilicet quod aliquæ circunſtantiæ mutantes ſpeciē non ſunt neceſſariò confitendæ quando grauitas circunſtantiæ eſt parua. Sicut diuinare per terram eſt alterius

ſpeciei quàm diuinare per aquam, & tamen ſufficit quod dicat, accuſo me quod fuit ſuperſtitioſus uſque ad peccatum mortale. Credo igitur neceſſarium confiteri magnitudinem rei furatæ, & continuationem in peccato.

CONCLVSIO.

178 *Confeſſor debet abſoluere pœnitentem etiam contra propriam opinionem, dū modo pœnitentis opinio ſit rationibus roborata.*

Confeßor an poſſit abſoluere contra propriā opinionē.

Quæritur, utrum confeſſor poſsit pœnitentem abſoluere contra propriā opinionem. V. g. ſit caſus, de quo ſunt duæ opiniones; an ſit uſurarius, uel non, qui vendit frumentum ad certā diem, ut ſibi ſoluat quanti ualebit in menſe Maij. Quidam dicunt, quod eſt illicitum, & ego ita credo.

Alij tamen dicunt quod non eſt illicitum, ſunt pro utraque parte probabilitates, ego tamen ſum opinans ꝙ ſit illicitum, & pœnitens tenet quod non eſt illicitum, & ſic cōſitetur, quod vendidit frumētum illo modo, & quod habet propoſitum ita deinceps facien di, quia audiuit uiros doctos dicentes. quod id licet. Eſt dubium quid faciet hic confeſſor, qui tenet illud eſſe mortale, nunquid poterit abſoluere eum contra propriam opinionem. Sit

aliud

aliud exemplum, ſi iudex ſequens opinionem S. Thom. occidat hominem, quem ipſe certo ſcit innocentem, probatum tamen nocentem, & confeſſor ſit opinionis Nicolai de Lyra qui tenent id non licere. Vtrum poſſit abſoluere judicem uolentem ſemper in illa opinione perſiſtere? Eſt magna quæſtio, & mouet eam Conradus celebris doctor tractatu de contractibus, quæſtione ultima. Et ante omnia quæſtio hæc habet locum, quando ambæ opiniones ſunt probabiles, nam ſi opinio pœnitentis non habeat probabilitatem, non debet eum abſoluere, quia eius ignorantia non eſt inuincibilis, ſed uincibilis. Vt ſi ego teneo opinionem, quod nemo poteſt posſidere plura beneficia ſimul; ſi oppoſita opinio non ſint probabilis, ſicut forſan non eſt, clarum eſt, quod non debeo eum abſoluere, quia puto eum eſſe in peccato mortali, quòd non excuſatur ignorantia inuincibili. Sed quid faciet quando ambæ opiniones ſunt probabiles, & habent ſuos proprios aſſertores? Reſpondeo quod ſiue ſit eius proprius ſacerdos, ſiue non tenetur eum abſoluere in tali caſu; Ita tenet Palud. 4. diſtinctio. 17. quæſtio. 2. articul. 1. Et Gofred. quolibeto. 9. Probatur aperte talis

pœnitens eſt in gratia, & confeſſor habet probabilitatem, quod ſit in gratia, quia ſcit eſſe probabilem eius opinionem, ergo nec debet ei negare abſolutionem.

CONCLVSIO.

179 *Numerus peccatorum neceſſario eſt confitendus, & ſufficit craſſo modo, ſi neſcit exactè.*

Numerus peccatorum neceſſario confitendus.

Quęritur, an numerus peccatorum ſit neceſſario confitendus? Reſpon. ex omnium ſententia quod ſic, licèt multi confeſſores parum de hoc curent. Probatur, quilibet tenetur confiteri omnia peccata ſua, ſed qui non confitetur numerum, non confitetur omnia peccata ſua, ergo tenetur confiteri, aliàs eſſet fictio. Sed vtrum iſte numerus ſit determinatè dicendus, puta furatus ſum decies, iuraui falſum millies, &c. Caietanus reſpondet quod numerus peccatorum ideo manifeſtari debet, vt ſciat cõfeſſor, à quo debet abſoluere, & qualitatem pœnitentis, & quia ad hoc parum præſtat, quod cõfeſſor ſciat an ſint decem, vel vndecim, ideo non eſt exquiſitè numerus perquirendus. Dicẽdum ergo primo, quod quicunque ſciuerit determinatè certum numerum peccatorum ſuorum, vt ſi certo ſciat quod peccauit decies, tenetur dicere determinatè ſe

decies peccaſſe hoc peccato. Quia alias celaret aliquod peccatum, & eſſet fictio, vt ſi diceret ſe feciſſe aliquod peccatum nouies, & ſcit certo, quod fecit decies. Secundo dicit Caietanus, non eſſe neceſſarium magnam adhibere diligentiam ad cognoſcendum diſtinctè certum numerum peccatorum. Cogitat aliquis, & ſcit ſe falſum iuraſſe multoties, ſemel in qualibet ſeptimana, parum plus, vel minus; & ſi amplius penſaret, & fatigaret ſe poſſet reperire certum numerum, dico, quòd illud non eſt neceſſarium. Nam dummodo parum plus, vel minus attingat numerũ peccatorum, licet non determinatum, nihil impeditur eorum, quæ ſunt in confeſsione facienda. Non enim impeditur abſolutio, quia ſufficit illa notitia. Nec pœnitentia, quæ non eſt imponenda ad æqualitatem, cum ſit arbitraria. Nec conſilium, &c. ergo nihil impeditur. Satis eſt igitur quod quis pertingat numerum craſſo modo, parum plus, vel minus. Pręcepta enim Dei debent eſſe clara, is vero qui ſæpe ſolet peccare, non poſſet ſcire numerum determinatum. Tertio dicit, quod etiam aliquando non eſt neceſſe adhibere diligentiam ad ſciendum numerum, etiam ſic craſſo modo. Verbi gratia eſt

meretrix, quæ fuit in lupanari decem annis nunc conuertitur, & vult confiteri, ſatis eſt, quod dicat peccata fornicationis hoc modo, manſi in lupanari per decem annos admittens cunctos, nec oportet quod cogitet, quot in hebdomata, menſe, aut anno. Patet quia per hoc confeſſor habet tantam notitiam, quantam illa poteſt ei dare. Quid enim refert, quod illa dicat ſe peccaſſe triginta mille vicibus; Et idem de concubinario, qui habet fœminam per annum qualibet nocte; nõ eſt opus, quod numeret vices, nec expedit illud dicere. Idem de illis qui frequentiſſime blaſphemat. Satis eſt quod dicant hanc eſſe ſuam conſuetudinem, ne faciamus eos mentiri: & eodem modo de circunſtantia magnitudinis rei furatæ, nõ eſt opus quod ſciatur punctualiter. Non dubito de hoc.

CONCLVSIO.

180 *Si aliquis confiteretur determinatum numerum peccatorum, & poſtea recordaretur maiorem numerum debet confiteri quod ſupereſt.*

Quod in numero peccatorum obli- Quæritur, ſi quis confitetur ſe peccaſſe decies, vel duodecies, non recordatur tamen tunc niſi decem, & poſtea recordatur diſtinctè alterius pec-

cati

cati, an teneatur illud confiteri in particulari? Reſpondeo quod non, ſi includitur in numero prius dicto. Quia ſi tunc quando confeſſus fuit meminiſſet illius, ſufficere, dixiſſe, iuraui falſum duodecies paruum plus uel minus, ſi autem dixit iuraui falſum decem, & poſtea ſit memor, quod iurauit quatuordecim, tenetur confiteri ea quæ numerum prius dictum excedunt. *uioſe dimiſimus an teneamur confiteri.*

CONCLVSIO.

181 *Modus ſecrete confitendi non eſt alienus a mandato Chriſti.*

Quæritur, an modus ſecrete confitendi ſoli ſacerdoti, ſit alienus ab inſtitutione, & mandato Chriſti? Reſpon. negatiue, & ita firma fide tenendũ eſt, ſic n. diffinitur in Conc. Trid Seſſ. 14. de pœnitentia Can. 6. cuius hæc ſunt verba. Si quis dixerit modum ſecretè confitendi ſoli ſacerdoti, quem eccleſia catholica ab initio ſemper obſeruauit, & obſeruat alienum eſſe ab inſtitutione, & mandato Chriſti, & inuẽtum eſſe humanum, anathema ſit. *Confiteri d m eſt ſecrete.*

CONCLVSIO.

182 *Sacerdos dum abſoluit pęnitentiam verè, & realiter abſoluit.*

Quæritur, an abſolutio ſacramentalis ſacerdotis, ſit actus verè & realiter iudicialis, hoc eſt verè, & realiter *An ſacerdos abſoluens verè abſoluat.*

præſtans, & efficiens realem abſolutionem uel non, ſed duntaxat declarat pœnitentem iam eſſe abſolutum; Reſpondetur, firma fide tenendum eſſe quòd ſit actus uerè, & realiter iudicialis, hoc eſt verè, & realiter præſtãs, & efficiens abſolutionem, quantum eſt ex ſe. Hoc patet, quia ita diffinitur in Conc. Trid. vbi ſupra. Cano. 9. cuius uerba ſunt. Si quis dixerit abſolutionem ſacramentalem ſacerdotis nõ eſſe actum iudicialem, ſed nudum miniſterium pronunciandi, & declarãdi remiſſa eſſe peccata confitenti, modo tantum credat ſe eſſe abſolutum, aut ſacerdos non ſerio, ſed ioco abſoluat, anathema ſit.

CONCLVSIO.

183 *Sacerdos non poteſt abſoluere pœnitentem cuius confeſſionem non audiuit. tamen ſi infirmus non poteſt loqui & facit ſigna contritionis debet abſolui.*

Sacerdos non poteſt abſoluere quam nõ audiuit, cõſitenie.

Quæritur, deinde, an ſacerdos poſſit ſacramentaliter abſoluere pœnitentem cuius confesſionem non audiuit? Reſpondetur negatiuè. Et ita firma fide tenendum eſt quoniam ſic diffinitum eſt in Cano. 9. proximè allegato, his uerbis. Si quis dixerit, non requirit confesſionem pœnitentis, ut ſacerdos

cerdos

cerdos eum abſoluere poſſit, anathema ſit.

CONCLVSIO.

184 *Oportet ſacerdotem ſecretiſſimè tenere, quæ audiuit in confeſſione.*

Quæritur, utrum ſigillum confeſſionis ſit neceſſarium. Reſp. ſecũdum omnes Doct. 4. d. 21. quod ſacerdos tenetur ad ſigillum confeſſionis, ad celanda peccata, quæ in confeſſione audiuit ſub pœna peccati mortalis. Probatur primò ratione naturali, quia faceret illi iniuriam. Item quia in cap. ſacerdos, de pœnitentijs. diſt. 7. Prohibetur omnibus ſacerdotibus reuelare peccata, & apponitur pœna grauiſſima oppoſitum facientibus. ſ. vt omnibus diebus uitæ ſuæ ignominioſus peregrinando pergat. Et ſunt uerba Gregorij Idem habetur c. Omnis utriuſque ſexus de pœnitentijs, & remiſſionibus, & dicitur, quod qui non celauerit, detrudatur in arctiſſimum monaſterium, ibique perpetuam faciat pœnitentiam. Et quia ſi in hoc daretur aliqua exceptio, tolleretur confeſſio, nemo enim auderet confiteri peccata grauia. Idcirco propter nullum bonum quodcunque ſit illud licet ſigillum cõfeſſionis frangere, quia nullum poteſt eſſe æquale bonum, nec tam neceſſarium, ut eſt confeſſio.

Confeſſionis ſigillũ neceſſarium.

Pœna reuelantis confeſſionem.

CONCLVSIO.

185 *Sacerdos poteſt iurare ſe neſcire peccata quæ audiuit in confeſſione.*

Peccata in confeſſione audita poſſumus iurare nos neſcire.

Sed quid faciet confeſſor cùm interrogatur de peccato, quod audiuit in confeſsione, an poſſit dicere ſe neſcire? Reſpondeo ſecundum omnes quòd ſic: Sed quid ſi cogatur iurare? Dico quod poteſt, & debet iurare ſe neſcire, quia intelligitur ſe neſcire extra confesſionem, & ſic uerum iurat. Sed fac quod iudex, uel prælatus ex malitia exigat à me iuramentum, an ſciam in confesſione? Reſpon. quod coactus iuret ſe neſcire in confesſione, quia intelligitur ſe neſcire ad reuelandum, aut taliter quod poſſit dicere; Sed contra ſi iuret ſe ſcire in confesſione iuraret uerum, ergo cum iurat ſe neſcire in confesſione iurat falſum, quia ſunt contradictoriæ; Reſpond. quod non ſunt contradictoriæ. Quia in illa negatiua intelligitur conditio ſubintellecta, ſcilicet quod non ſcit tali modo, quod poſſit illud dicere.

CONCLVSIO.

186 *Reuocandus eſt pœnitens ad confeſſionem (ſi poteſt ſine ſcandalo) & ſuppleatur defectus tranſactæ confeſſionis.*

Quæ

Quæritur, ſi confeſſor ex ignorantia abſoluit aliquem, quem non poterat à caſu reſeruato, vel ab excommunicatione, uel ſi oblitus eſt eum abſoluere, quomodo reparabitur defectus confeſſionis ſine reuelatione? Nider in ſuo confeſſionario dicit, qđ in cõcilio Conſtantienſi, vel Baſilieñ fuit inter patres hæc quæſtiõ tractata, & qđ tunc fuit varia ſentẽtia, ego dico cum diſtinctione, quia uel con feſſor timet probabiliter ſcandalum reuocando pœnitentem, & quod conqueretur de reuelatione confeſſionis, & in tali caſu relinquendus eſt, quia ſi habuit cõtritionem, erat in gratia. Si autem non timetur, quod pœnitens dicet ſe non feciſſe tale peccatum, & quod non cõqueretur de reuelatione confeſſionis, dico, ſine quocunque ſcrupulo quod poſſum illum vocare ad confeſſionem & abſoluere. Sed contra, quia obijcit peccatum extra confeſſionem? Reſpondeo, quod non facio ei iniuriam, ſi dicam, tu cõfeſſus es mihi alio die, redeamus ad confeſſionem, quia volo tibi dicere vnum uerbum quod expedit tibi, ſi nolit, dimittatur. Si autem acquieuerit, dicam ei confitearis peccata ĩ generali, & ſi aliqua alia feciſti confitere ea, quia feci talem defectum in alia confeſſione. Et probo, ꝙ hoc

Error in cõfeſſione factus quomodo reparandus ſine fractione ſigilli.

hoc liceat, quia ut infra dicemus, de pœnitentis licentia, licet reuelare peccata eius alteri, ergo multo melius ſibi ipſi, vel formaliter, uel interpretatiue, ſi dederit licentiam, ut ſi beneuolè audiat me dicentem ſibi, ſcias quod in cōfeſſione præterita fuit defectus quidā commiſſus, uis illum audire? Si dixerit quod ſic, ſine quocunque ſcrupulo dicatur ei, ſcias quod eras excommunicatus, & ego non potui te abſoluere, &c. Palude in fine. diſtin. 21. ampliorem concedit licentiam, dicens ꝙ non ſolum quādo fuit commiſſus defectus in confeſſione, ſed etiam ratione correctionis fraternæ, poſſum ſecretè admonere illum de peccato ſemel confeſſo mihi. Sed credo certè quod eſt falſum omnino, & quod nullo mō licet.

CONCLVSIO.

187 *Peccatum auditum in confeſſione (etiā quod ſit publicum) debet celari, & publico peccatori non eſt danda Eucharistia niſi conſtet de eius confeſſione. cætera vide in quæſtione.*

Peccatū publicum in confeſſione auditum an poſſimus reuelare.

Quæritur, an quando peccatum, quod in confeſſione audiui eſt publicum, teneat illud ſilire. Reſp. Caieta. in ſumma, quòd de tali peccato poſſum loqui poſt confeſſionem eodem modo ſicut ante; debeo tamen procedere

dere poſtea cautius, & nullo modo dicere, ꝙ ſcio illud in confesſione, quia redderem audiẽtes certiores. Sed q̃d ſi a confeſſore petat quis an ille fuerit confeſſus illud peccatum publicum. Reſpõdeat cõfeſſor, confeſſus eſt omnia peccata ſua. Poteſt etiam dicere abſolui illum, quia per hoc nihil reuelo. Admonet tamen Caietanus bonum eſſe quod quando peccata ſunt publica, petat facultatem confeſſor à pœnitente ad loquendum de eis ad bonum finem. Sed quid ſi vſurarius iactet ſe quod abſolui illum cum nõ ſit uerum. Nam ſi dico quod ſit mentior. Si autẽ dico quod non abſolui eum, reuelo cõfes ſionem. Dicat confeſſor quid ad vos? ego feci officium meum. Sed q̃d faciet proprius ſacerdos petentibus euchariſtiam concubina, uel vſurario, quos non audiuit de confesſione. Reſpondeo, quòd non det illis. Sed quid ſi dicant, cõfesſi ſumus tali fratri, & interrogatus frater non audet dicere quod non abſoluit ne eorum ſtatum reuelet, nec quod abſoluit, ne mentiatur. Reſpondeo abſolutè, quod ſi ſint peccatores publici, debet eis euchariſtia negari. Quod ſi fuerint confesſi cum proprio ſacerdote & non abſoluti, & nihilominus petat euchariſtiam, dico etiam quod debet eis negari, & ſi di-

ſi dixerint, iam tu abſoluiſti, nos dicat ego neſcio de hoc.

CONCLVSIO.

188 *Confeſſor de licentia pœnitentis poteſt reuelare confeſſionem, non tamen in detrimentum eius.*

Peccata in confeſſione audita reuelare poſſumus de pœnitentis licentia.

Quæritur, utrum de licentia pœnitentis liceat confeſſionem reuelare. Alexander, & Scotus 4. diſ. 21. q. 2. 1. & Durandus ibidem dicitur quod non licet. Quia ſigillum cõfeſſionis eſt de iure diuino, ergo pœnitens non poteſt dare licentiam. Item quia eſſet ſcandalũ. Sed reſpõdeo abſolute, ꝙ pœnitens poteſt dare licentiam, confeſſor tamẽ non poteſt accipere, aut reuelare confeſſionem in detrimentum pœnitẽtis, qui ſibi talem facultatem dat.

CONCLVSIO.

189 *Peccata confitentis, & tertiæ perſonæ, & omnium alia quæ ſcandalum generare poſſet, & quæcunque pœnitens dicit ſub ſigillo confeſſionis debet confeſſor ſecretiſſimè tenere.*

Sigillum confeſſionis an ſe extendat ad alia quam ad peccata.

Quæritur, utrum alia quę in confeſſione ſciuntur præter peccata cadãt ſub ſigillo confeſſionis? Reſpondeo, quod ſub ſigillo arctiſſimo confeſſionis non cadunt niſi peccata pœnitentis, uel tertię perſonæ, & ſolum huius ſigilli fractor incurrit pœnas canonicas. Secundò dico, quod ſub ſigillo

con-

confeſſionis cadunt omnia alia quæ expreſſe, vel interpretatiuè pœnitens tradit ſub ſigillo confesſionis, vt ſi dicat, accipiatis hoc ſub ſigillo, & qui hæc reuelat, credo peccaret mortaliter propter detrimentum quod faceret ſacramento, redderet enim confeſſionem frauduloſam. Nō enim omnes intelligunt hāc differentiā ſigilli maioris vel minoris. Iō confeſſor ſit cautus, vt taceat omnia illa, quæ ſunt alicuius grauitatis. Alia vero q̃ non ſunt de necesſitate confesſionis, nec refert pœnitenti ꝙ reueletur, nō tenetur celare, ſed tamen non dicat ſe in confeſſione audiſſe. Breuiter in hac parte, Mas vale ſercorto que largo.

CONCLVSIO.

190 *Licet per uerba communia non reueletur confeſſio, tamen cautè, & rarò fiendum eſt, ad bonum commune. Vide Textum.*

Quæritur, an in communi liceat reuelare peccata audita in confesſione, taliter quod nec directè, nec indirectè, peruenient in notitiam pœnitentis? V. g. ſi dicam, quidam confeſſus eſt mihi ſemel hoc peccatum? Reſpond. quod hoc non eſt reuelare confesſionē. Quia re vera multi viri ſancti hoc fecerūt, maximè Doctores qui ponūt caſus, quos in cōfesſione audierūt. Secundo *Peccata in confeſſione audita, an liceat in communi reuelare.*

cundo dico, quod melius eſt hoc raro facere. Sequuntur enim quandoque ſcandala ex iſtis, ideo abſtineant ſacerdotes ab his narrationibus.

CONCLVSIO.

191 *Reuelans ea quæ accepit ſub ſigillo confeſſionis (non tamen in ſacramento pœnitentiæ) licet peccet mortaliter, non tamen incurrit pœnas reuelantis confeſſionem, & quæcunque pertinent ad confeſſionem, ut petitio caſuum reſeruatorum etiam ſub ſigillo confeſſionis continentur, & reuelans incurrit pœnam.*

Secreta extra confeſſionem ſub ſigillo commẽdata, quo obligent. Quæritur de illis, qui committunt alijs ſecreta ſub ſigillo confesſionis, an tale ſit ſecretum confesſionis. Reſpon. quod qui recipit, tenetur ſeruare illud ſecretum pluſquam alia. Quia ex pacto additur nouum vinculum, & per conſequens dico non eſſe conueniens, quod homines ſæpe recipiant talia ſecreta. Secundo dico, quod illud non eſt ſigillum cõfesſionis, nec frangens illud, incidit in pœnas canonis. Quia ibi nulla iniuria fit ſacramento, cùm nullum fuerit ſacramẽtum, licet frangatur fides. Notandum eſt etiam, quod ea quæ dicuntur de ſigillo confesſionis, intelliguntur de quacunque confesſione, ſiue perfecta, ſiue non, ſiue incępta, ſiue non, & de omnibus illis

lis quę ordinantur ad confeſsionē vel facultatem, vt ab illo abſoluatur a reſeruatis, non poteſt ille plus reuelare, quā ſi iam accepiſſet in confeſsione.

CONCLVSIO.

392. *Confeſſio uocalis quæ eſt in uſu in eccleſia fuit inſtituta a Chriſto, & per conſequens eſt de iure diuino.*

Quęritur, vtrum confeſsio vocalis, quæ eſt in vſu eccleſiæ ſit inſtituta a Chriſto? Antiquitus quando erant tēpora meliora, non tantum hæc quæſtio iactabatur, quia tempore pacis arma non ſunt, in tanto prętio & vſu. Nunc vero, quia iam ſunt hæretici q̃ negēt confeſsionem, propter peccata noſtra, oportet quod ſimus ad hoc bellum armati. Idcirco quæritur, an confeſsio ſit de iure diuino. Reſpond ex ſentētia omnium doctorum, quod ſic. Patet, eccleſiæ claues ſunt ad remittēda peccata, ſecundum illud Matth. 16. Tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunq; ſolueris ſuper terram, &c. Sacerdotes autem habent has claues, quia ſunt iudices peccatorum, iudices vero nō poſſunt iudicare niſi cauſam cognoſcant, ergo alij tenētur ſubdere ſe huic iudicio, alias fruſtra eſſet illa poteſtas, hæc autem ſubiectio fit per confeſsionem, ergo de iure diuino tenentur confiteri. Idem Iacob. 5.

Confeſſio uocalis, an eſt a Chriſto inſtituta.

Cõfitemini alterutrum peccata ueſtra. Quod Auguſt. Beda, & alij ſancti & Hugo de ſácto Victore. lib. 2. de ſacra mẽtis, p 14. cap. intelligũt de præcepto cõfesſionis. Item (& hic eſt tota uis ſecundum Adrianũ & veritatem) Ioan. 20. quorum retinueritis, retenta ſunt, i. quorum peccata nõ abſolueritis. non erunt abſoluta ante Deum, ergo, ſecundum Euangelium debent confiteri & abſolui in teria, alias non erunt abſoluta in cęlo. Hic eſt locus ualidisſimus & quod oẽs ſancti hoc dicant in comperto eſt, Vide Thomam Valdenſem, libr. de ſacramentis, & Roffenſem colligẽtes dicta ſanctorũ omniũ; De hac cõfesſione neceſſario ſacerdoti facienda multa egregia apud utrunq; inuenies. Et cognoſces, an expediat has, eccleſiæ columnas ſequi potius quam nouos iſtos grammatiſtas. Opinor neminem uſq; adeo cœcum, & inſanum eſſe, qui ob unius Lutheri amentiam velit tãto diſcrimini ſeipſum exponere, quatenus ea peccata quæ uel nouit, uel dubitat eſſet lethalia, ſacerdoti nõ aperiat. Et maxime cum intelligat antiquisſimos ſimul & eruditisſimos ac ſanctisſimos patres tantam confesſionis huius necesſitatẽ eſſe dicentes, ut quicunq; mortaliter deliquerit, eum oporteat, vel publicè, uel priuatim ſacerdoti

cerdoti ſua peccata detegere. Nec faci-le crediderim patres ipſos hanc vſque adeo duram prouinciam nobis impoſuiſſe priuſquam exploratisſimum haberent hanc confesſionem, aut ab Apoſtolis publicatam, aut in ſacris ſcripturis dilucide traditam fuiſſe, ceu rem cunctis peccatoribus apprime neceſſariam, & quam contēnere non poſſent abſque diſpendio ſalutis animarum. Expendat igitur quiſquis ſecum, an tutius fuerit horum patrum ſimul, & ſacræ ſcripturæ aſſertionem admittere, ſuasq; animas à tāto periculo cuſtodire, an Lutherum de confesſione impie oblatrantem, & ſentientem, ſuo capiti duntaxat non patrum, aut ſcripturarum teſtimonio innixum ſequi, & cum eo funditus perire.

CONCLVSIO.

193 *Confeſſio peccatorum ante quadrageſimam eſſet fiendam.*

Notandum etiam de confesſione quod beatus Renanus in annotationibus, quas fecit ſuper Tertul. dicit ſe eſſe nactum librū quendam antiquiſſimum Conciliorum, & inter ea dicit fuiſſe vnum factum antequam eſſet inſtitutum ab eccleſia ieiuniū quatuor dierum ante Dominicam primam in Quadrageſima, quod ſic habebat. Presbyteri debent admonere plebem ſibi

Confeſſio olim fiebat inprīcipio quadrageſimæ.

ſubie-

ſubiectam, ut omnis qui ſe ſentit mortiferi peccati vulnere ſauciatum, feria quarta ante quadrageſimam cum omni feſtinatione recurrat ad viuificatricem matrem eccleſiam, vbi quod male commiſit, cum omni humilitate & cordis contritione ſimpliciter confeſſus, ſuſcipiat remedia pœnitentiæ ſecundum modum canonicis autoritatibus præfixum, non ſolum autem ille, qui mortale aliquid commiſit, ſed etiã omnis homo, quicunque ſe cognoſcit immaculatam Chriſti tunicam, quam in baptiſmo accepit, polluiſſe, ad proprium ſacerdotem feſtinet venire, cum puritate mentis omnes tranſgreſſiones, omnia peccata, quibus Dei offenſam incurriſſe meminit, humiliter confiteatur, & quicquid à ſacerdote fuerit iniunctum, ac ſi ab ipſo omnipotentis ore fuiſſet prolatum, ita diligentisſimè attendat & ſequatur, hæc ibi. Idem habetur in pœnitentiario Romano, q̃d creditur profectum ab Apoſtolis ipſis vbi dicitur. Hebdomada ante quadrageſimam confiteantur omnes. Iſte erat conuenientisſimus modus, & multo melior, quam qui nunc eſt, quod confitetur in fine quadrageſimæ, ſic ieiunium non multum ei prodeſt. Optimum eſſet ſi poſſet reuocari iſta conſuetudo. Sed peculiares poſ-

ſent ſuos pænitentes admonere quòd confiteantur ante quadrageſimam.

CONCLVSIO.

1164 *Confeſſor tenetur interrogare pæniten tem ſed cautè.*

Quęritur, an ſit neceſſarium, vt confeſſor interroget pœnitentem? Reſpondeo primum, quod eſt neceſſarium, ut confeſſor plerunque aliquid interroget. Patet, nam ut ſupra diximus, ſi pænitens, non fecerit aliquam conſciẽtiæ examinationem, confesſio non ſolùm erit inualida, ſed etiam mortalis. Si hoc circunſtantijs appareat, debet confeſſor interrogare, an examinauerit conſcientiam ſuam, & ſi dixerit q̃d non, remittat illum ut prius cogitet peccata ſua: ſi non timeantur maiora mala, videlicet quod pœnitens nunquam confitebitur, tunc enim interroget ſacerdos. Oportet enim quod confeſſores non mittant pœnitentes in diſperationem. Omnes ſancti, & S Thom. ita conſulunt. Quando ergo confeſſor videt circunſtantias, neceſſarium eſt quod interroget. Et ſi eſt probabile confeſſori, quod pænitẽs dimittit aliquod peccatum, tenetur interrogare de eo, quia tenetur quantum poterit non ſolum ad abſoluendum, ſed etiam ut pœnitens recipiat gratiam quam quidem non reciperet,

Confeßor an teneatur interrogare pęnitentē.

ſi ex magna negligentia aliquod peccatum dimittere. Dico præterea quod ſi eſt mihi probabile, quod pænitens fecerit ſufficientem examinationem, licet credat confeſſor, quod habeat alia peccata præter ea quæ dixit, ſi commode poteſt interroget, ſed non tenetur tunc interrogare, ſunt enim aliqui, (quæ ſacan el alma à los pœnitentes) Sufficit quod ſit mihi probabile quod confesſio ſit ſufficiens ad conſecutionem gratiæ. Probatur, quia pœnitens non tenetur facere maiorem diligentiam, quam fecit, ergo non teneor eum interrogare, quare cum vexabo interrogationibus? confeſſor debet laborare vt ſit beneuolus. Ex his ſequitur quod oportet interrogare pænitentem de omnibus peccatis mortalibus. Quidam a pueris quærunt, an ſint ſimoniaci, &c Iſti faciunt confesſiones odioſas, & ſuperſtitioſas. Sed oportet interrogare pœnitentes de peccatis, quæ probabiliter putantur habere nec id nimis anxiè. Confeſſor etiam ſit nimis cautus interrogando, nō quærens noua peccata, quia poterit ea docere pœnitentem, & ſcandalizare maxime circa peccata carnalia, quæ non debet interrogare niſi ex confesſione haberet aliquod iudicium quod habeant illa, tunc enim nō debent omitti,

ti, quæ ſunt de eſſentia confeſsionis, ſed fiat ſapienter. v.g. ſi confeſſor probabiliter credit pœnitentem habere aliquod peccatum turpe, & uerecundum, interroget, nõ aperte, ſed dicat, cogitaſti aliquando de hoc? Si dicat ſic, quærat ulterius, & conſenſiſti, ſi dicat ſic, procedat, dicens; & feciſti, quo dicente ſic, vel non, nihil amplius interroget. Sed dimittat aliàs fabulas.

CONCLVSIO.

195 *Circunſtantia loci in tribus peccatis eſt confitenda, ſ. in furto, & in effuſione ſanguinis, & ſeminis voluntaria.*

Quæritur, vtrum circunſtantia loci ſit neceſſario confitenda? Respond. quod ſolum in tribus peccatis eſt neceſſario confitenda, ſcilicet in furto, effuſione ſanguinis, & effuſione ſeminis in eccleſia. Credo quod non ſufficeret furari in eccleſia, ad hoc ut ſacrilegium, niſi eſſet de eccleſia. Et effuſio ſanguinis debet eſſe notabilis, vt ſupra diximus Et ſi quis habeat in eccleſia uolitionem perpetrandi prædicta tria, uel aliquod eorum extra eccleſiam, non eſt ſacrilegus, ſi uero extra eccleſiam conſentiat in aliquod horum, faciendum intra eccleſiam, teneretur confiteri de hac circunſtantia, quia iam ſit iniuria loco.

Circunſtantia loci quãdo confitenda.

CONCLVSIO.

196 *Licet grauius ſit peccare in die feſto, non tamen eſt circunſtantia neceſſario confitenda.*

Cincunſtantia tẽporis an ſit confitẽda.

Sed utrum circunſtantia temporis neceſſario ſit confitenda, puta peccare in feſto? Reſpõdeo abſolute, quod nõ. Ita tenẽt Caietanus, Sylueſter, Nider, & alij. Grauius eſt peccare in die feſto, ſed non eſt grauitas neceſſaria ad confitendum. Et confeſſores debent de hoc admonere pœnitentes.

CON CLVSIO.

197 *Non licet tenere duos confeſſores ut uni eorum ſanctior appareat.*

Confeſſores duos habere, unũ pro grauibus aliũ pro leuibus, an liceat

Quæritur, an qui ex induſtria habet duos confeſſores, unum cui omnia cõfiteatur peccata, alterũ cui leuia dũtaxat ad æſtimationẽ, bene faciat? Reſpondeo ſine dubio, hoc eſſe ſacrilegiũ, & vr̃ magna fictio, & irridet cõfeſſorem, faciens credere eum, quod ſit probus; Et certè vr̃ mortale, quãdo propter hoc facit. Non damnarem tamen eum, qui ſemel incidit in mortale non ſolitus peccare, ſi confiteatur alteri, ne perdat opinionem, quam habet erga primum confeſſorem ſuum.

CONCLVSIO.

198 *Qui habet propoſitum non peccandi de cætero debet abſolui, etiam ſi credat ſe faciliter caſurum.*

Quæ-

Quęritur, ſi quis propter magnam conſuetudinem, quam habet peccandi, credit ſe iterum peccaturum, ipſe tamen omnino vult cauere, & proponit, non peccare, an ſit abſoluendus? Rñ oĩno q́ ſic. Quia ſi tunc non eſſet abſoluendus, nec etiam quando dubitaret. Item iſte poteſt facere quod in ſe eſt, & tamen quod non poſſit tollere hanc formidinem a ſe. Conſuetudo.n. relabendi nõ impedit eum habeat bonum propoſitum, & nihilominus propter experientiam non poterit credere ſe deinceps non peccaturum, ergo. Et hæc de confesſione ſufficiant. *Credens ſe peccaturũ, pro ponens tamen non peccare, an ſit abſoluendus*

SEQVITVR DE SAtisfactione.

TERTIA POENITENtiæ parte.

De Satisfactione.

CONCLVSIO.

199 *Poſt contritionem, & confeſſionem remanet aliquis reatus pœnæ.*

QVæritur, in primis, Vtrum poſtquã homo habuit cõtritionẽ de peccatis ſuis, & cõfeſſus eſt ea, & eſt in gr̃a, maneat ei aliqs reatus pęnæ, pro quo debeat ſatisfacere? Rñ. q́ ſic. Et *Reatus pœnę an remaneat poſt contionem.*

 patet

patet 2. Reg 11. de Dauid, cui poſtquã dictũ fuit, trãſtulit domis peccatũ tuũ a te, iniũcta ẽ pęna, vt moreretur puer ex Berſabe natus: Luc 3. Facite fructus dignos pœnitentiæ, & hoc fit ꝑ ſatisfactionem. Et Rom. 6. Sicut exhibuiſtis mẽbra ueſtra, &c. quia ſi in Tyro, & Sidone, &c Matt. 11. Itẽ ecc'eſia orat ꝓ mortuis. Et hr̃ etiã 2. Machab. 12 Vt à peccatis ſoluantur, & non ſolum à venialibus, ſed ẽt à mortalibus, cum dicat omni uinculo delictorũ, ergo poſt remiſſam culpã manet reatus pœnæ. Et hoc eſt certum, & de fide. Iam uero.

CONCLVSIO.

Satisfactio quid ſit, & quo modo poſſimus Deo ſatisfacere.

200 *Satisfactio eſt compenſatio offenſæ prę teritæ ad æqualitatem iuſtitiæ.*

Quæritur; Quid ſit ſatisfactio? Rñ. San. Thom. ex Anſelmo, quod ſatisfactio eſt compenſatio offenſæ præteritæ ad æqualitatem iuſtitiæ.

CONCLVSIO.

201 *Homo poteſt Deo ſatisfacere pro peccatis, ſed quomodo? vide textu.*

Quæritur, ergo utrum aliquis poſſit ſatisfacere? Reſpond. quod ſatisfactio eſt pars iuſtitię, iuſtitia autẽ exigit æqualitatem. Et ſi loquamur propriè: de ęqualitate, vt ſatisfactio importat reddere æquale, dico quòd nemo poteſt ſatisfacere. Quia nemo poteſt reddere Deo æquiualens, etiam ſi

non

non peccaſſemus. Nā Dijs parentibus & magiſtris, non pōt reddi æquiualēs, vt ait Ariſt. Si vero loquamur de æqualitate proportionabili, quando ego facio qđ poſſum, dico quod hoc modo poſſumus ſatisfacere Deo: et ꝓpriè capiēdo ſatisfacere, vel ſi vultis ex beneuolentia acceptantis. Ad quęſtionē igitur cū dicitur, an homo poſſit Deo ſatisfacere, dico quod ſi conſideretur homo ſecundū ſua naturalia; ſecluſa gratia, nullo modo poteſt ſatisfacere pro peccato. Quia quicquid poſſumus dare Deo ſine gratia, eſt nullius momenti. Cùm etiam omnes iuſtitiæ noſtrę ſint coram Deo tanquam pannus mēſtruatus, vt ait propheta. Item quicquid poſſumus facere debemus Deo propter beneficia recepta. 1. Paralipomē. ca. 29. Tua ſunt domine omnia, & quæ de manu tua recipimus, reddimus tibi. Et ſic ſine gratia eſt impoſſibile ſatisfacere Deo æqualitatem. Nec etiā ſine gratia ex acceptione Dei poſſumus ſatisfacere. Dicere enim ꝙ Deus acceptat opera noſtra, eſt dicere quod illa ſunt accepta & grata Deo, ſed ſi homo non habet gratiam, nō poterunt eius opera eſſe grata Deo. Poſſet quidam Deus remittere ſua omnipotentia peccata, ſiue actus exiſtentis in peccato, ſed hæc non eſſet ſatisfa-

Eſaias cap. 64.

ctio,ſed cõdonatio pura,& remisſio. Secundò poteſt homo conſiderari in gratia. Et ſecundum hanc conſiderationem,ſi non habeamus reſpectũ ad paſſionem Chriſti,adhuc non poteſt ſatisfacere ad æqualitatem. Quia non ſunt condigne paſſiones huius temporis ad futuram gloriam. Item quia illa opera ſunt noſtra, & ſi habent fructum,eſt ex parte Dei. Poteſt tamen talis ſatisfacere ex liberalitate acceptãtis. Si uero conſideretur homo in gratia, prout gratia eſt effectus paſſionis Chriſti, ſic proprijsſime & ad æqualitatem ſatisfacit Deo,ſi iungamus merita noſtra meritis Chriſti, qui etiam in quantum homo ſatisfecit ad æqualitatem iuſtitiæ & qualitatem.

CONCLVSIO.

202 *Vnus homo poteſt ſatisfacere pro alio in pœna illi debita.* *Vide queſtionem 208.*

Satisfacere põt unus pro altero.

Quæritur,utrum unus homo posſit pro alterius hominis pœna ſatisfacere. V.gra. Petrus poſt confesſionẽ manet reus ad pœnam ut decem, eſt dubiũ, an ego posſim ſatisfacere pro illo? Rñ. ex omniũ ſententia quod ſic Ita habet uſus eccleſiæ. Nihil. n. tam naturale eſt homini quam ut quilibet utatur re ſua ut uult, quare ergo nõ potero uti hoc ieiunio meo vt voluerò?

luero? ubi hoc prohibuit Deus? Poſsũ dare temporalia mea, quare non ſpiritualia? Item ſufficientisſime, probatur ex conſuetudine eccleſiæ in qua vnus pro alio ſatisfacit. Item Colo. cap. 1. dicit. Nunc gaudeo in pasſioni bus meis pro uobis, & adimpleo, quæ deſunt pasſioni Chriſti in carne mea pro corpore eius, quod eſt eccleſia. Itẽ oratio mea ualet alteri ad gloriã, iuxta illud orate ꝓ inuicẽ vt ſaluemini, Iacob. 5. Ergo etiã ad remittẽdã pœnã. Et ſi orõ, ergo ẽt aĩa opera bona. Itẽ oẽs ſumus inuicẽ membra, ut dicitur Roman. 12. & Epheſi 8. Sed membra vnius corporis influunt inuicẽ, ergo.

CONCLVSIO.

202 *Nemo poteſt ſatisfacere pro uno peccato mortali, habens propoſitum perpetrandi aliud. Pœnitentia vero iniũcta a confeſſore poteſt adimpleri etiã in peccato mortali ſecundum communiorem opinionem, ſed tutius eſſet adimpleri in gratia.*

Quæritur, utrum homo posſit ſatisfacere pro vno peccato non ſatis faciendo pro alio, & vtrum homo exiſtens in mortali, posſit ſatisfacere ꝓ pœna peccati mortalis, iam remisſi? Reſpondeo ex ſententia omnium, impoſsibile eſt, qđ quis ſatisfaciat prius pro pœna, quàm pro culpa. Et hoc eſt *Satisfacere pro vno peccato, & nõ pro alio, an posſit peccator.*

An pro peccato iam remiſſo. notum,& à nemine dubitatur. Si uero ſit in peccato, an poſſit ſatisfacere pro pœna peccati iam dimiſſi? Reſpõdeo, quod vel iſta opera ſatisfactoria ſunt iniuncta a cõfeſſore, vel non, ſed uoluntate aſſumpta. Si ſecundum, cõmunis ſententia omnium eſt, quod mihi proſunt. 1. Corinth. 3. Si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem nõ habuero nihil ſum, nihil mihi prodeſt. Item opera illa ex ſe non ſunt æqualia ſatisfactioni quã debet, nec etiam ex liberalitate acceptantis, quia non acceptantur, cũ procedant ab inimico Dei, ergo nõ ſunt ſatisfactoriæ. Si autem ſint iniuncta à confeſſore; licet Scotus uideatur dicere quod ualent, tamen. S. Tho. 4. d. 15. & Henricus quo libeto. 8. q. 18. & Adrin. q. quam de hoc facit 4. Palud. 4. d. 15. & 22. dicunt quod nullo modo ualent. Et patet rationibus nũc factis, nullus poteſt ſatisfacere ſine gratia remiſſio enim peccati eſt maxima amicitia Dei, qua non utitur niſi erga amicos, ergo. Verum eſt quod tal a opera iniuncta a cõfeſſore, & facta in peccato mortali, adueniente charitate, ſiue reliquant poſt ſe effectum ſiue non (hæc enim diſtinctio friuola eſt, & nunquam placuit uiris doctis) uiuificãtur, & acceptantur a Deo, ut bene

dicit

dicit Caietanus, quia ſatisfactio eſt pars ſacramenti. Vnde ſi uirtus confeſsionis redit, quare non & ſatisfactionis? hoc pium eſt, ſed tutius eſt implere in gratiam pœnitentiam iniunctam. Verum eſt, quod illa opera ſatisfactoria iniuncta à confeſſore, & facta in mortali, quamuis non valeant ad remiſsionem culpæ, tamen per illa impletur præceptum confeſſoris, & non tenetur pœnitens iterum implere pœnitentiam iniunctam.

CONCLVSIO.

204 *Satisfactio debet fieri per opera pœnalia, ſub quibus omnia opera bona includuntur.*

Quæritur, vtrum ſatisfactio debeat fieri per opera pœnalia? Pro huius intelligentia oportet prius intelligere, quid ſit opus pœnale. Opus pœnale idem eſt, quod malum pœnæ, & malum nihil aliud eſt, quàm priuatio boni. Triplex vero eſt bonum, honeſtum, vtile, & delectabile. Pœna [propriè loquendo] non eſt priuatio boni honeſti, quia hoc eſt peccatum, ſed eſt priuatio boni utilis vel delectabilis, ſicut dare eleemoſinam, ieiunare, orare, &c. Nunc dico, quòd ſatisfactio debet fieri per opera pęnalia. Ita eſt communis doctorem ſententia. Probatur quia ſatisfactio eſt opus iuſtitiæ, offenſa *Satisfactio fit p opera pęnalia.*

autem conſiſtit in hoc, quòd ſubtrahimus Deo obedientiam, & accipimus facultatem peccandi, quam iure non habebamus. Cùm ergo iuſtitia tendat ad æqualitatem, dignum eſt, quod ſatisfaciamus per hoc quod ſubtrahamus à nobis quod iuſtum eſt, & noſtrum eſt, ſ. pecuniam, vel cœnam, ſicut in lege fiebat ſatisfactio per contra paſſum, oculum pro oculo, &c. Confirmatur exemplo Chriſti, qui potens per ſolam dilectionem Dei ſatisfacere, ſatisfecit per opera pœnalia Et quarto opus fuerit magis pœnale, tanto erit magis ſatisfactorium cęteris partibus. Secundo dico [& credo eſſe probabile ac uerum] quod per omne opus bonũ poſſumus ſatisfacere etiam per dilectionẽ Dei. Hoc tenet Scotus. Et patet quia etiam inter homines fit ſatisfactio non ſolùm, per opera pœnalia, ſed etiam per omnia opera illa, quæ lęſo complacent. Item probatur, quia nullum eſt opus bonum, quod non ſit pœnale, ergo omne opus bonum eſt ſatisfactorium, quia laſſat, & defatigat hominem, vt contemplatio, & dilectio, quæ licet ſint opera animæ, tamen ſunt animæ coniunctæ corpori, & haberemus magnum laborem ſi vellemus Deum diligere, vel proximum per vnam horam. Item per dilectio-

nem

nem Dei ſatisfacimus pro pœna peccati uenialis, nam per illam remittitur veniale, vt diximus, ergo dilectio Dei eſt opus ſatisfactorium. Item quia dicere, quòd per dilectionem Dei, & contemplationem, & alia id genus opera non ſatisfacimus, eſſet motiuum magnum ad deterrendum homines à melioribus bonis.

CONCLVSIO.

205 *Licet confeſſor poſſit imponere pænitentiam pro ſatisfactione peccatorum opera alias debita, tamen melius eßet imponere ad quòd ex obligatione non tenetur.*

Quæritur, utrum ſit neceſſarium, ꝙ opera, per quæ homo debet ſatisfacere, ſint libera vel an poſſum ſatisfacere per opera aliàs debita, ut per ieiunium quadrageſimæ, vel orationem canonicarum horarum? Palu. 4. diſt. 15.q.1.ar.2.dicit abſolutè, quod nemo ſatisfaciet per opera alias debita, & præcepta. Vnde qui dat pauperi exiſtenti in extrema neceſsitate omnia bona ſua non ſatisfaciet. Item dicit. Maio. 4. diſt. 15.q.2.& Almain. q. 1.& Syluest. Et probant, quia unico pretio non poteſt ſatisfieri duobus debitis, ergo eodem ieiunio non poteſt ſatisfacere quis pro peccatis, & eccleſiæ. Item quia ſequeretur; quod confeſſor *Satisf acere an poſſimus per opera aliàs debita.*

poſſet iniungere clerico, quod diceret horas canonicas in pœnitentiã, aut ꝙ ſolueret decem aureos quos dẽt, quod quidem eſſet irriſio. Sed his non obſtantibus, ego non dubito quin poſſimus ſatisfacere per opera aliàs debita, & puto erroneum dicere cõtrariũ. Ita tenet Adrianus.q. quam de hoc fecit. Et probatur, eccleſia inſtituit ieiunium quadrageſimale, & alia, ut pro peccatis ſatisfaciamus, hæc fuit eius intentio, & ſæpiſſime orat in quadrageſima, ut acceptet Deus noſtra ieiunia in remiſſionẽ peccatorũ, ergo illa ſunt ſatisfactoria pro peccatis. Ita dicendum eſt omnino, & vtinam uel ſola ieiunia ab eccleſia inſtituta ieiunaremus. Ad argumentũ igitur cõfeſſor poſſet imponere clerico quod diceret horas canonicas in pœnitẽtia? Reſpõdeo primo quod non dẽt hoc facere, quia dẽt iuuare eum ad ſatisfaciendũ, ac proinde debet aliquid de nouo imponere. Secũdo dico quod ſi faciat, factum erit, & aliqñ expediet, ut ſi nobiles nuuquam ieiunẽt quadrageſimam benefaciet confeſſor præcipiens illis, ieiunetis hos quindecim dies, qui remanent de quadrageſima. Alia argumenta facilè ſoluuntur. Nam cùm ieiunium quadrageſimæ ſit ſatisfactorium, ergo pro aliquibus eſt ſatisfactorium,

tiũ,ergo pro me. Mirabile.n.eſt qđ ſit ſatisfactorium pro alijs,& nõ pro me. Perderem ergo præmiũ ſatisfactionis in ieiunãdo quadrageſimã propter ecclesię pręceptum, certè non credo.

CONCLVSIO.

206 *Implendo pęnitentiam, dum Miſſa de præcepto auditur, facimus irreuerẽter.*

Quæritur, utrum faciẽdo pœnitẽtię cõfeſſoris, cũ audit miſſam de p̃cepto ſatisfaciat; V.g. iniungit cõfeſſor ſeptẽ Pſalmos], recito eos inter audiendum miſſa die Dominica, an ſatisfaciam p̃cepto cõfeſſoris? Aliqui ſummiſtę dicũt, quod nõ implet, & nõ peccat. Aliqui tñ ꝙ implet, ſed Adrianus dicit (& bene) qđ modo facit irreuerenter. *Pœnitentiam impoſitam an poſſimus implere in miſſa de præcepto.*

CONCLVSIO.

107 *Penitentia debet compleri in rebus alias non debitis.*

Sed quid ſi alicui ſit iniunctũ ꝙ ieiunet tribus diebus, & facit hoc ĩ quatuor tẽporibus, uel in quadrageſima, an ſatisfaciat p̃cepto cõfeſſoris? Reſp. qđ nõ, qa oportet ſtare ad intentionẽ cõfeſſoris; q̃ ſi nõ explicet cõtrariũ, intelligitur de dieb. alias non debitis. Secus eſſet de eleemoſina, nã nõ dubito q̃a ſi cõfeſſor iniũgat pœnitẽti, ꝙ det aureũ pauperi, melius faceret & magis ad intẽtionẽ cõfeſſoris, ſi det illũ pauperi exiſtenti in extrema neceſſitate. *Pœnitentia ponatur in rebus alias non debitis.*

CON-

CONCLVSIO.

208 *Homo per ſemetipſum debet implere pœnitentiam. Vide quæſtionem.* 202.

Homo p ſeipſum ſatisfaciat.

Dubitatur, an oporteat quod homo ſatisfaciat per ſeipſum? Reſpon. quod quilibet per ſe debet implere pœnitentiam ſibi iniunctam. Patet, quia id eſt præceptum, vt tenebimus pro nunc. Item, quia pœnitentia eſt, ut medicina, modo medicina, quæ eſt neceſſaria, non confertur alteri, niſi confeſſor imponat ſic pœnitentiam, ieiuna tribus diebus, uel fac quod alius ieiunet pro te. Si autem ego non poſſum bonum eſt, quòd alteri committam, vt ieiunet pro me.

CONCLVSIO.

209 *Flagella inflicta a Deo, & patienter tolerata ſunt ſatisfactoria.*

Flagella inflicta a Deo ſunt ſatisfactoria.

Quæritur, utrum flagella inflicta à Deo in hoc mundo, ſint ſatisfactoria pro peccatis. Vt Nabuchodonoſor ambulans in ſolitudine ſicut fera, & Dauid quando occiſus fuit à Deo puer eius. Videtur quod non, quia talia opera non ſunt uoluntaria, actus uerò debet eſſe meritorius ad hoc quod ſit ſatisfactorius, ſed non poteſt eſſe meritorius, niſi ſit uoluntarius ergo. In oppoſitum eſt, quia Nahum. 1. dicitur, non inſurget bis tribulatio. Quod

ſeptua-

ſeptuaginta interpretes uerterunt, non iudicabit Deus bis in idipſum, ergo ſi per has tribulationes, quas patimur in hoc mundo, non ſatisfacimus, bis de eodem iudicamur. Ad hanc quæſtionem reſpondet S. Tho 4 d. 15. & in additionibus. q. 15 ar. 2 quod pœna pro peccato poteſt dupliciter exigi. Vno modo ab illo cui non debetur ſatisfactio, ſicut ſi occidi hominem, debeo ſatisfactionem Deo. Si autem alius homo uerberatet me propter hoc, hæc pœna non habet rationem ſatisfactionis, ſed uindictę, ſicut ſi debeo tibi viginti, & alius accipit a me, per hoc ego non ſatisfacio tibi Secundò modo poteſt exigi, ſeu infligi pœna ab eo cui debetur ſatisfactio, & talis pœna uocatur propriæ ſatisfactio, ſicut illi, qui puniuntur a cõmunitate & iudicibus. Hoc ſuppoſito dico, ꝙ pœna a Deo inflicta poteſt eſſe ſatisfactoria. Probat S. Tho. quia pœna illa põt eſſe opus peccatoris, per hoc ꝙ voluntarie acceptat, & patienter ſuſtinet. ſicut Iob qui dicebat, ſicut domino placuit factum eſt, ſit nomen domini benedictum. Illud erat ſatisfactoriũ, quia non erat proprium iſtius. Et ita de fide tenendũ eſt, quia ſic diffinitur in Conc. Trid. Seſſ. 14. de pœnitentia Can. 13. cuius uerba ſunt. Si quis dixerit pro peccatis ad

pœnam

pœnam temporalem minime Deo per Chriſti merita ſatisfieri, pœnis ab eo inflictis, & patienter toleratis anathema ſit. Si autẽ quis renitatur tali pęnæ, non eſt ſatisfactoria, ſi talis reſiſtentia ſit uſque ad peccatum mortale. Vnde infirmus qui nellet ſanari ſi poſſet, ſed quia non põt, fert bono animo, in nomine domini ſatisfacit, non ſolum per patientiam quã habet, ſed quia ipſæ pęnæ à Deo inflictæ ſunt ſatisfactoriæ de ſe, ſicut etiam pœnæ purgatorij, & multo melius. Dico præterea (& hoc eſt multum probabile, & uerisimile) quod quicunque in gratia punitur à Deo in iſto mundo, ſufficienter punitur, & nõ punietur in alio ſęculo, maximè ſi in morte eum puniat, tunc.n. non dubito quin mors inflicta à Chriſto (non loquor de morte naturali) omnem pœnã deleat. Probatur quia nulla eſt ratio, iã quod Deus punit aliquẽ in uita, cur puniat partem, & non totum. Hoc non negat Hieronymus, qui uerbũ mirabile dicit ſuper illud Nahum 1. Non conſurget duplex tribulatio. Qđ uos poteſtis uidere [ſi placuerit] in ſuo fonte.

CONCLVSIO.

210 *Opera pœnalia, & ſatisfactoria ſunt illa tria, ieiunium, eleemoſina, & oratio; ad quæ omnia alia reduci poſſunt.*

Quæ-

Queritur, quæ ſint opera ſatisfa-ctoria pœnalia, vtrum ſint tria, quę cõ muniter ponuntur a doctorib⁹, & Ma giſtro ſent 4. d 15. ſ. ieiuniũ, eleemoſi-na, & oratio? Reſp. quod ſic. Probat S. Thom. quia ut ſupra diximus, in ſatiſ-factione oportetq́ ſicut peccator vſur pauit ſibi quod non debebat, ita aufe-rat ſibi aliquid quod ei competat, pu-ta bona naturalia per ieiunium, bo-na temporalia per eleemoſinam. Bo-na autem ſpiritualia non debent au-ferri, ſed ſatisfacimus operib. ſpiritua libus cognoſcendo, quod ſunt Dei, & petẽdo auxiliũ, quod fit per orationẽ, Et in his includũtur omnia opera pę nalia. In ieiunio opera afflict ua ex natura ſua, puta peregrinatio, ſilẽtiũ, &c. Prædicare verò, legere & ſimilia intelliguntur ſub eleemoſina, quia ſunt bona proximus exhibita. *Pęnalia opera ſatisfactoria præci pue tria ieiunium eleemoſi-na, & oratio.*

CONCLVSIO.

211 *Pro utraque parte ſunt ſententiæ Doctorum, ſed cõmunior opinio eſt, quòd confeſſor poteſt imponere aliquam pœnitentiam, & obligare confitentem.*

Queritur, an confeſſor audiens cõ feſſionem poſſit obligare pœnitentẽ ad aliquam ſatisfactionẽ, puta ad hóc ut ieiunet uel det eleemoſinã? Sco. 4. d. 8. & 19. tenet quod confeſſor non põt obligare pœnitentẽ, ſi ipſe noluerit *Cõfeſſor põt obligare pęnitẽtem ad aliquã ſatisfactionem.*

rit acceptare Si aũt ſemel acceptauerit, tenetur implere pœnitentiam ſub pœna peccati mortalis. Itẽ tenet Gabriel.diſt.16.q.2.dub.1.& 5. quia põt ſatisfacere in alia vita. Idẽ tenet Syluester uerb. confesſio 1. parapho. 15. & 26.licet cum aliquibus limitationibus, Caiet. etiam q.2. de ſatisfactione tenet quod pœnitens non tenetur acceptare pœnitentiam, ſaltem ſub pœna peccati mortalis,& ſi acceptet, nõ tenetũr eam implere ſub pœna peccati mortalis. Sed quicquid ſit de his opinionibus, puto eſſe probabilius ꝙ pœnitens ſub pœna peccati mortalis tenetur acceptare pœnitentiã ſibi iniunctã.Ita tenet Magiſt. 4. d.18. & S. Th. ibi.& in additionibus.q.18.art.3. & d.16.in expoſitione textus,& Palu. 4.d 20 q 2.& Maio.diſt.17 q 2.& Alma.d.18. & uidetur ſententia omniũ ſanctorũ antiquorum, qui ſi peccatori graui iniungerent pœnitentiam, & ille nollet acceptare, nõ reputarẽt eũ (ut credo) eſſe in ſtatu ſalutis.Et probo ꝙ teneatur acceptare quia ĩ c.Omnis,dicitur,& iniunctam ſibi pœnitentiam pro uiribus ſtudeat adimplere ĩ prędicto cap.eſt pręceptũ obligans ad confitẽdum ſemel in anno,ſed ſubijſdem uerbis dicitur,quod impleat pœnitentiã iniunctã,& confiteatur,ergo etiam

etiam illud eſt præceprum. Item c.ſtatuimus de maledicis, dicitur, ſi pœnitentiam renuerit peccator iniunctam à ſacerdote, interdicatur ei ingreſſus Eccleſiæ.i.excommunicetur,& eccleſiaſtica careat ſepultura. Et licet hoc intelligatur de pœnitentia publica,tñ eadem ratione intelligendũ eſt,de ſecreta,quia quantũ ad claues nihil refert. Vtrum confesſio fiat publicè, uel ſecretè. Et credo, ꝙ qui antiquitus publicè cõfitebantur,non iterũ confitebantur ſecretè. Probatur ẽt, ſacerdos habet poteſtatem remittendi & ſoluẽdi culpam & pœnã,ergo & ligãdi quoad culpam & pęnã.Itẽ quilibet iudex in foro cõtentioſo habet poteſtatem imponendi pœnam pro crimine,& alius tenetur acceptare, quare ergo iudex eccleſiaſticus nõ habebit hãc poteſtatem in ſuo foro? Sed iã de fide tẽnendũ eſt ꝙ cõfeſſor poteſt obligare pœnitentẽ ad aliquã ſatisfactionem, quia ſic diffinitur in Conc. Tri. Seſſ. 14 de pœnitentia can. 15. cuius uerba ſunt. Si quis dixerit claues eccleſiæ datas tantum ad ſoluendum,nõ etiam ad ligandum, & propterea ſacerdotes dum imponunt pœnam confitentibus, agere contra finem clauium,& contra inſtitutionem Chriſti, & fictionem eſſe, quòd virtute clauium,

ſublata pœna æterna, pœna tempora lis plerunque exoluenda remaneat, anathema ſit.

CONCLVSIO.

212 *Confeſſor non debet imponere pœnitentiam nimis grauem.*

Confeſſor non debet imponere pœnitentiam nimis grauem.

Quæritur, utrum ſacerdos habeat poteſtatē imponendi quancunque pœnitentiā voluerit pro ſuo arbitrio Reſpō. quod non oportet ꝙ per pœnitētiam iniunctam à confeſſore pœnitēs ſatisfaciat pro tota pœna omniū peccatorū ſuorū. Nam alias fruſtra, eſſet purgatorium. Secundò dico quod ſacerdos non poteſt imponere quantancunque pœnam grauem, & quando eſſet intolerabilis, pœnitens nō tenetur obedire. Vtrum autē debeat ſacerdos ponere aliquam pœnitentiam ſub cōſilio, fac hoc, & ſi uolueris fac ēt iſtud. Palu. cōſulit ita facere, & Syluester & alij. Hoc etiā laudat. S. Thom. Propter quod dico, quod talis pœnitētia propter conſilium ſacerdotis eſt magis meritoria quam ſi eam faceret ex arbitrio proprio ſolummodo.

Pœnitentia facta de conſilio confeſſoris eſt magis meritoria.

CONCLVSIO.

213 *Vnus confeſſor poteſt commutare, vel tollere pœnitentiam ab alio iniunctam, ſecundum communiorem opinionem, & ſemper debet iniungi ali-*

qua pœnitentia, niſi obſtaret magna, & rationabilis cauſa.

Quæritur, vtrum ſecundus confeſſor poſſit commutare, uel tollere pœnitentiam impoſitam a primo confeſſore? De hoc ſunt opiniones, Syluefter & iſti dicunt ꝙ non poteſt, niſi confiteatur. Sed puto probabilius, quod poteſt, quia ſecundus confeſſor eſt iudex & habet poteſtatem ſuper iſtum, & ideo ſatis eſt, quod pœnitens confiteatur peccatum illud, quod non fecerit pęnitentiam ſibi iniunctam ab alio, & poteſt confeſſor uel tollere totã vel minuere, uel etiam commutare; Vtrum autem confeſſor teneatur ſemper aliquam iniungere pęnitentiam pœnitenti, poſſet dubitari. Sed dico, ꝙ ſic, quia eſt iudex, & grauiter peccaret, ſi nullam imponeret, niſi eſſet ex magna & rationabili cauſa in articulo mortis vel ſi videret, quod pœnitens nullam acceptaret pœnitentiam (ſi tamen hoc contingere poſſit vnquam.) Hęc de ſatisfactione dicta ſufficiant.

Confeſſor an poteſt mutare, uel tollere pœnitẽtiam ab alio confeſſore iniunctam.

SEQVITVR DE SACRAMENTO Extremæ Vnctionis.

De quo (licet ſit ſacramentum exeuntiū) prius tractatur quàm de matrimonio, & de ordine. Quia prius agendum eſt de Sacramentis, quæ pertinent ad omnes Chriſtianos, quàm de ijs quæ ſpectant ſolùm ad certum genus perſonarum. Et de hac materia tractatur à doctoribus. 4. diſt. 23.



De extrema Vnctione.

CONCLVSIO.

214 Extrema unctio eſt unum de ſeptem Sacramentis Eccleſię. Vide quaſtionem, & etiam concl. 216.

PRI-

PRIMò quęritur,an extrema unctio ſit ſacramentum?Reſp. ſecundũ omnes catholicos ꝙ ſic Quia eſt inuiſibilis gratiæ uiſibilis forma,nam ſignificat gratiã interiorem,cum eius effectus ſit remouere reliquias peccatorum.Et confert gratiã, iuxta illud Iacob. 5. & ſi in peccatis fuerit,dimittentur ei. Ex quo patet ꝙ ſi peccator cũ ſola attritione recipiat hoc ſacramentum recipiet gratiã virtute illius, & remisſionem peccatorũ mortalium. Item probatur ꝙ ſit ſacramentum,quia in c. ad abolendam. de hęreticis,excommunicãtur, quia aliter ſentiunt de ſacramẽtis,quàm ſentit Romana eccleſia, ſed eccleſia Romana in Conc. Flor. ſub Eug. 4. determinauit ꝙ extrema unctio eſt unũ de ſeptem ſacramentis eccleſiæ. Et in c. illud ſuperfluum.95.d. idem determinatur,ergo ita tenendum eſt de fide, & oppoſitum eſt hæreticum.

Extrema unctio eſt ſacramentum.

CONCLVSIO.

215 *Hoc ſacramentum a Chriſto eſt inſtitutum.*

Quęritur, a quo ſit hoc ſacramentum inſtitutum, an à Chriſto; Magiſter 4. d.23. ex uerbis Hugonis ait ꝙ ab Apoſt. Iac. 5, Sed cum ſacramenta

Extrema unctio an a Chriſto inſtituta ſit.

nouæ legis conferant gratiam, quam ſolus Chriſtus confert: tenendum eſt omnino quod Chriſtus inſtituit hoc ſacramentum. Nam inſtituere ſacramenta pertinet ad poteſtatem eccellẽtię, quã ſolus Chriſtus habuit. Quod aũt dicit Magiſter, quod fuit ab Apoſtolis inſtitutum, intelligendũ eſt ſecundum S. Thom. quod eſt ab apoſtolis promulgatum. Sed ubi legitur in ſacra ſcriptura huius ſacramenti inſtitutio. S. Thom. & omnes alij dicunt quod non eſt expreſſus locus vbi fuerit inſtitutum. Habemus tamen quod ſit ſacramentum ex traditione eccleſiæ, quæ in his quæ ſunt fidei, errare non poteſt, & hoc ſufficit nobis, Euangeliſtę non curauerunt tradere, niſi neceſſaria ad ſalutẽ, ut de baptiſmo pœnitentia, eucharistia quæ ſunt ſacramenta neceſſaria. De confirmatione uerò & extrema unctione propterea ſiluerunt, quia non ſunt neceſſaria ad ſalutem, quamuis Marci. 6. videatur fieri de hoc ſacramento mentio, cum duodecim vngebant infirmos oleo.

CONCLVSIO.

216 *Tres ſunt effectus ſacramenti extremæ unctionis. Remittere peccata, & reliquias peccatorum: Dare gratiam in illo ſupremo agone, & ſi expediens*

expediens fuerit conferre ſanitatem infirmo: Vide quæſtionem 214.

Quæritur, quis ſit effectus huius ſacramenti? Reſp. ꝙ hoc ſacramentũ nõ imprimit Characterẽ. & ideo eſt iterabile, patet, quia in Cõc Flor. dr̃ꝙ ſolũ tria ſacramẽta imprimũt characterẽ, Baptiſmus, Confirmatio, & Ordo Secundo dico, ꝙ effectus huius ſacramẽti ſunt tres ſ. gratiæ collatio, peccatorũ remisſio, infirmantiũ alleuiatio. Ita n. iuxta fidẽ aſſerendũ eſt. Nã in Cõc. Trid. Seſſ 14. de ſacramento extremæ vnctionis c. 2. ita diffinitur. Si quis dixerit, ſacram infirmorum unctionem non conferre gratiam, nec remittere peccata, nec alleuiare infirmos; ſed iã ceſſaſſe quaſi olim tm̃ fuerit gratia curationum, anathema ſit; Tertiò dico, ꝙ effectus principalis huius ſacramẽti eſt remisſio peccatorum per gratiæ collationem, minus principalis eſt ſanitas corporis, dicente Iacobo, & alleuiabit eum dominus, & ſi in peccatis fuerit dimittentur ei. Sed tota difficultas eſt, ad remisſionem quorũ peccatorum ordinetur Ricardus Bonauẽtura, Scotus, Durandus, & Maioris, dicunt, quod ordinatur ad remisſionem uenialium. Sed contra, quia contra ueníalia sũt multa remedia, & faciliora, ut aqua benedicta, oratio Dominica,

Vnctionis extremæ effectus.

tunſio pectoris, &c. & in ca ic monijs huius ſacramẽti, una eſt confeſsio generalis, in qua remittuntur venialia. ergo non ordinatur ad rem ſſionẽ venialium. Itẽ, quia ſi ordinaretur ad remisſionẽ venialiũ, deberet conferri ſanis. Dico igitur cum S. Tho. quod ordinatur ad reliquias peccatorum, quæ ſunt debilitas potentiarum, acedia, & alia quæ impediũt animã cogitare de Deo. Et propterea cõfertur hoc ſacramentũ infirmis, ut posſint facilius reſiſtere tẽtationib. dęmonum, quę tũc maxime inſurgunt; & remotio illa eſt exhilatio cordis, vt habetur in c. vnico. de ſacra vnct. Idem dicit etiã Pal. Non negamus tamẽ quin remittat venialia. imo & aliquando remittit mortalia. In peccato ergo ſunt tria, macula pœna, & reliquiæ. Ad tollendã maculam in ingreſſu nouæ uitæ ordinatur baptiſmus. Poſt perditam uerò vitam ſpiritualem ordinatur pœnitentia ad tollendam maculam. Ad pœnã vero non eſt aliquid de per ſe ordinatũ. Manet ergo ad reliquias peccatorum extrema unctio. Et reliquię iſtæ ſunt quædam qualitates infectiuę animæ, & naturalis impotentia, & ineptitudo quæ remanet poſt peccatũ ad exercendũ bona opera, & ligamẽ quodã animæ ad opera uirtutis, quod prouenit

nit a peccato. De ſecundo effectu qui eſt ſanitas corporalis, dicitur in Concil. Flor. quod nō ſemper ſequitur, ſed quando expedit infirmis bene valere.

CONCLVSIO.

217 *Licet multæ corporis partes inungantur, in extrema unctione, tamen unicum Sacramentum eſt.*

Quęritur, cum his sūt multę unctiones, & multæ formę, an unctio ſit unicum ſacramentum, vel plura? Reſpon. ſecundum omnes quod eſt vnum ſacramentum, ſicut unum artificiale, ut una domus, & una curatio, quæ ſit in radicibus peccatorū hoc eſt in quinq; ſenſibus. Sed quæres, in qua illarum vnctionum datur gratia. Reſpondet. S. Tho. quod in ultima. *Extrema unctio eſt unicum ſacramentum.*

CONCLVSIO.

218 *Oleum eſt materia huius ſacramenti.*

Quæritur, quæ ſit materia huius ſacramenti. Reſp. ꝙ omnes conueniūt, quod eſt oleum. Et habetur ex uerbis Iacob. 5. Orent ſuper eum ungentes eum oleo; Et in c. vnico de ſacra unc. Et in Conc. Flor. Et ratio conuenientiæ eſt, quia hæc curatio eſt ultima, & debet eſſe perfecta, ac debet ſignificare ſpem, qua tūc infirmus maximè indiget, quæ quidem ſpes ſignificatur per lenitatem olei. Oleum enim eſt *Oleū oliuarum eſt materia ſacramenti unctionis.*

 opti-

optimum ad curandum, quia maximè penetratiuum eſt. Nomine autem olei intelligitur oleum oliuarum, ſicut nomine panis intelligitur triticeus, & nomine uini, vitis. Sufficeret autem oleum roſaceum, niſi ſit multum corruptum. Et in c. unico de ſacra unctione præcipitur, quod non mittatur balſamum. Idem habetur in Conc. Flor. Hoc autem oleum de neceſsitate præcepti debet eſſe benedictũ ab epiſcopo, ut patet in dicto c. vnico. Ratio quare debet eſſe benedictũ, eſt quia materia omnium ſacramentorum habentium materiam, præter actus recipientis debet eſſe conſecrata, ſeu ſanctificata, quia eſt inſtrumẽtum ad cõferendam ſanctitatem. Materia aũt ſacramentorũ, quibus Chriſtus vſus eſt, non indiget alia ſanctificatione, quia per contractum ſui ſacratisſimi corporis eam ſanctificauit, ut aquã in baptiſmo, pane in euchariſtia. Materia uerò extremæ unctionis, & materia cõfirmationis indigẽt benedictione, quia his ſacramentis non eſt uſus Chriſtus; Poſſet autem ſimplex ſacerdos ex commisſione Papæ oleum conſecrare, ut tenet Palude, Scotus, & Caiet. 3 q. 72 art. 3.

CONCLVSIO.

119 *Materia huius ſacramenti debet eſſe benedicta de neceſſitate præcepti non de neceſſitate ſacri, ut dicit autor.*

Quæritur, an eſſet uerum ſacramẽtũ, ſi quis ungeret oleo non conſecrato, Pal. & Dur. dicũt ꝙ Papa poſſet vngere oleo non conſecrato. Caiet. dubitat, an conſecratio olei ſit de neceſſitate ſacramẽti. Et ideo probabiliter credo, quod non eſt de neceſſitate ſacramẽti, licet ſit de neceſſitate præcepti. Patet quia Iac. 5. Eſt expreſſa materia huius ſacramenti & forma, & miniſter, & tamen nulla fit mentio de cõſecratione olei, ergo. Item in c. paſtoralis. De ſacramentis non iterandis. Innoc. tertius requiſitus, an ille qui erat confirmatus oleo nõ benedicto, eſſet iterum confirmandus? Reſp. nihil eſt iterãdum, ſed cautè ſupplendũ, quod incautè fuit omiſſum ergo non erat repetenda forma, ac proinde fuit verũ ſacramentum. Et eadem ratio erit de extrema vnctione. *Oleum unctionis oportet eſſe conſecratum.*

CONCLVSIO.

120 *Eccleſia utitur forma deprecatiua de neceſſitate præcepti, dicens.* Per iſtam unctionem, & ſuam pijſsimã miſericordiam indulgeat tibi Deus quicquid deliquiſti per viſum, auditum: &c.

Forma ſacramenti unctionis. Quæritur, quę ſit forma huius ſacramenti? Reſpon. quod forma eſt deprecatiua, quam nunc tenet eccleſia. Quia ex Iacobo patet ſic debere eſſe, cum dicat, orent pro eo, oratio autem idem eſt quod deprecatio. Ratio verò quare forma huius ſacramenti nō eſt indicatiua ſed deprecatiua, eſt, quia iam infirmus eſt à ſe deſtitutus, & eget aliorum precatione. Item quia iā trā ſit ad aliud forum, & commendatur alteri foro per hoc ſacramentum. Forma ergo qua nunc utitur eccleſia? eſt de neceſſitate pręcepti, ut patet in Cōcilio Florentino. Secundò dico, ſi aliquæ eccleſiæ utantur forma indicatiua, videtur pium quod ſufficiat. Et hoc etiam ponit Ricardus: Et Durand. quia alias eccleſia non permitteret tantum errorem. Quamuis Capreolus nō putet eſſe probabile, quod aliquæ eccleſiæ vtantur forma indicatiua tantum. Tertiò dico, quod eccleſia poſſet mutare formam, dummodo eſſet deprecatiua, quia Iacobus non dicit niſi orent. Eſt ergo forma. Poſt iſtam unctionē & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Deus quicquid deliquiſti per uiſum, auditum, &c.

CONCLVSIO.

221 *Extrema unctio non eſt de neceſſitate.*

te ſalutis, ſed qui dimiſerit per contemptum peccat mortaliter.

Quæritur, utrum hoc ſacramentum ſit de neceſsitate ſalutis? Reſpon. ſecũdum omnes quod nõ, ſed ſola tria, Baptiſmus, Euchariſtia, Pœnitentia, quæ ordinantur ad gratiam, & remiſsionẽ peccatorum. Duo alia ſunt, quibus nolle uti eſſet peccatum mortale, ut confirmatio, & extrema unctio. Alia duo ſunt, quibus licet nolle uti, ut matrimonium, & ordo. Vnde ſi quis etiã ex negligentia non reciperet extremam unctionem, non peccaret mortaliter ſi verò ex contemptu, peccare mortaliter, ut ſi quis ſuppoſita fide huius ſacramenti, nollet vti illo. Ita tenent omnes, & Caietanus. *unctionis ſacramẽtum non eſt de neceſſitate ſalutis.*

CONCLVSIO.

222 *Solus ſacerdos eſt miniſter huius ſacramenti, & deficiente proprio quilibet (præter religioſos) in neceſſitate debet communicare, & ungere infirmum.*

De miniſtro verò huius ſacramenti, dico, quod eſt ſolus ſarerdos, ut patet ex uerbis Iacobi. Nomine autem ſacerdotis intelligimus ſolum illum, qui ab epiſcopo ordinatus eſt ſacerdos, & characterem ſacerdotalem recipit. Et ita iuxta fidem catholicam *De miniſtro huius ſacramẽti.*

firmiter tenendum eſt. Sic.n. diffinitur in Conc. Tri. Seſſ. 14. de ſacramento extremæ unctionis Can. 4. cuius uerba ſunt. Si quis presbyteros eccleſiæ, quos beatus Iacobus adducendos eſſe ad infirmum inungendum hortatur, nõ eſſe ſacerdotes ab epiſcopo ordinatos, ſed ætate ſeniores in quauis cõmunitate, ob idque proprium extremę unctionis miniſtrum non eſſe ſolum ſacerdotem; anathema ſit. Et quia hoc ordinatur ad remisſionem peccatorum, & omnis ſacerdos poteſt peccata remittere, ac proinde quilibet ſacerdos poteſt hoc ſacramentum miniſtrare, nõ ex commisſione pręlatorũ, ſed ex officio, quia hoc non pertinet ad iuriſdictionem. De iure uero, & nõ de necesſitate ſacramenti requiritur, ꝙ ſit proprius ſacerdos. Sed proprio ſacerdote deficiente, quilibet ſacerdos [præter religioſus] in necesſitate poteſt, & debet communicare infirmum, & ungere.

CONCLVSIO.

213 *Hoc ſacramentum debet conferri tantum infirmis.*

Vnctionis ſacramentum infirmis dandum.

Quæritur, an ſanis debeat hoc ſacramẽtũ cõferri? Reſp. ſm S. Th. & alias ꝙ non. Patet ex verbis Iac. 5. infirmatur quis in uobis. Itẽ quia hoc ſacramen-

mẽtum eſt curatiuũ, & exterius debet ſignificare quod interius facit, curatio aũt ſolis infirmis cõuenit, ergo ſoli illi debẽt inungi. Si autem quando vnguntur moriatur, non procedatur ulterius. Si uerò ſit dubiũ, vngat ſub dubio dicens, ſi es mortuus, non te vngo, ſi uerò non eſt mortuus per iſtam vnctionem & ſuam pijsſimam, &c.

CONCLVSIO.

224 *Exiſtentes in periculo mortis debent inungi, & non antea.*

Quæritur, vtrum omnes infirmi ſint vngendi. Reſpon. ꝙ communis ſentẽtia eſt, quod ſolus infirmus, qui eſt in periculo mortis probabilis, eſt capax huius ſacramẽti. Probat S. Th. quia hoc ſacramentum eſt ultima medicina ut etiam ſonat ipſum nomen; Extrema vnctio, ergo eſt adhibenda quãdo non eſt aliud remedium, nec ſpes. Nec tamen infirmi omnes qui ſunt in tali periculo, ſunt vngendi. Nam primo excipiuntur pueri quia in ipſa forma dicitur, indulgeat tibi Deus quicquid deliquiſti. Et eadẽ ratione excipiuntur perpetuo demẽtes quia nunquã peccauerunt actualiter. Nec beatisſima Virgo fuiſſet vngẽda, quia caruit omni peccato. Is autem, qui adultus baptizatur, ſi ille cõfirmetur, in mortis articulo eſt ungẽdus, ut

Infirmi in mortis periculo ſunt ungendi.

Qui ſunt excipiendi ab hoc ſacramento.

net Palud.& Hoſt.quia inſtant ei magna certamina.Excipiuntur etiam dānati ad mortem,quia non ſunt iā capaces ſalutis corporalis, qui eſt unus effectus huius ſacramenti. Excipiuntur ēt furioſi & amentes,qui habēt dilucida interualla niſi fuerint bonæ uitæ & formaliter illud petierint. Hoc eſt propter defectum uenerationis.

CONCLVSIO.

225 *Organa quinque ſenſuum,& renes,& pedes ſunt vnguendi, in mulieribus autem relinquitur unctio renum.*

Infirmi ĩ quibus corporis partibus ungendi.

Quæritur, in quibus partibus eſt vngendus infirmus. Videtur ꝙ in omnibus,quia ſignificat hoc ſacramentū perfectam animæ curationem, ergo debet ungi in toto corpore, quia anima eſt in qualibet parte corporis Reſp. quod in medicationibus corporalibus applicantur medicinę non omnibus partibus, quæ dolent, ſed ubi eſt radix morbi. Et quia tres ſunt radices morbi ſpiritualis, uidelicet, ratio dirigēs,appetitus mouēs, & ꝓſequēs. Principia rationis per quæ intelligit, ſunt ſenſus[nihil. n. eſt in intellectu quin prius fuerit in ſenſu]ideo ungūtus oēs ſenſus Principiū uerò mouēs appetitū eſt dilectio, unde unguntur renes,vbi uiget dilectio Fœminæ verò propter honeſtatē, nec in renibus,

nec

nec in uentre ſunt vngendæ. Pedes verò unguntur, quia ſunt proſecutiui, & executiuè ſe habent. Vnctio quidem in ſenſibus eſt de eſſentia, non autem vnctio in renibus. Quia principium dirigẽs, eſt principium omnium aliorum. Et ideo in aliquibus partibus nõ unguntur, & melius eſſet quod non eſſet in vſu. At mutilati unguntur in partibus proximis. Et etiam cæci à natiuitate ſunt in oculis ungendi. Quia tales poſſent per aliquas ſenſationes deſiderare uidere mulieres. Eſt autem in præſentiarum ſummopere notandum, & firma fide tenendum, ꝙ ritus & vſus, quem ſancta Romana eccleſia in administratione huius ſacramenti obſeruat, nõ repugnat ſententiæ apoſtoli Iacobi, nec eſt contẽnendus, nec mutandus. Sic.n. diffinitur in Concil. Trid. Seſſ. 14. de ſacramẽto extremæ vnctionis can 3. cuius uerba ſunt. Si quis dixerit extremæ unctionis ritũ & uſum quem obſeruat ſancta Romana eccleſia repugnare ſententiæ Iacobi apoſtoli, ideoque eum mutandum, poſſeque a Chriſtianis abſque peccato contemni, anathema ſit.

Mutilati quomodo ungendi. Cæci a natiuitate etiam ungendi.

CONCLVSIO.

126 *Quoties homo eſt in periculo mortis ob infirmitatem debet inungi*

Quæritur, utrum hoc ſacramentũ

ſit iterabile; Reſpon. quod ſic in diuerſis infirmitatibus. Quia nō habet effectum perpetuum & iteratione nō fit iniuria ſacramento, quaſi inſufficiens ſit. In eadem infirmitate poteſt iterari. Quia habet pro materia infirmitatē periculoſam, & ſic quotieſcunque ſit in periculo mortis, puta ſi conualeſceret & iterum perueniret ad periculum mortis, eſſet vngēdus. Et hęc de extrema vnctione ſufficiant.

SEQVITVR DE SACRAmento Ordinis.

De quo Magiſt. & Doctō tractant in 4. diſt. 24. & deinceps.



De

De Sacramento Ordinis.

CONCLVSIO.

227 *Omnes ſeptem ordines vel ſint inſtituti à Chriſto ipſo viuente, vel ſaltem generaliter, quia dedit poteſtatē Eccleſiæ conſtituendi miniſtros.*

PRimo igitur quæritur, an omnes ſeptem ordines ſint ex inſtitutione diuina? poſtquā Magiſter egit de ſacramentis, quę ſpectant ad priuatū remediū ſingulorum fidelium, hic incipit tractare de ſacramentis, quæ dantur in officium, & bonum commune, vt Ordo, & Matrimonium? Reſpon. igitur primo, quòd de ſacerdotio, & diaconatu nemo eſt qui ambigat, quin ſint a Chriſto inſtituti, nec hæretici hoc negant. Sed de alijs eſt dubium Et magiſter quidem dicit, quòd Chriſtus reliquit omnes illos ordines ſeruandos in eccleſia. Et Palu 4. diſ. 24 q. 1. tenet quod omnes ſeptem ordines ſunt ex inſtitutione diuina. Ita etiam S. Th. vr ſentire, quia hic dicit, quod omnes ſeptem ordines conferūt gratiam ex opere operato, quod non poſſet eſſe ſi ab eccleſia eſſent inſtituti? Reſpon. in primis ꝙ iſti ſeptem ordines nō ſunt nouum inuētum, vt putant hæretici, ſed eſt antiquisſimum inſtitutū, quo

Ordines oēs ſeptē an ſint à Chriſto inſtitui.

nullum

nullum eſt antiquius. Quod probatur teſtimonijs ſanctorum. Anacletus qui ſucceſsit Clementi in c. 2. ſui decreti dicit. Epiſcopus Deo ſacrificãs, teſtes ſecum habeat plures, quam alij ſacerdotes, in ſolennioribus diebus habeat tres, aut quinq; Diaconos, & Subdiaconos, atq; reliquos miniſtros, qui ſacris induti, &c. Ecce meminit diaconorum, & ſubdiaconorum, & aliorũ. Et Ambroſius etiam ſuper illud Eph. 4. ipſe dedit quoſdam quidem apoſtolos, alios euangeliſtas, fundat omnes ordines in ſacra ſcriptura. Et Euſebius li. 6. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ. c. 33. recitat epiſtolam Cornelij ad Fabianũ Antiochenũ, in qua numerat omnes ordines eccleſiæ, qui quidem præceſſit nos mille annis & ſupra. Et Hieronymus in argumento quod præponitur epi. 1. Theſſalo. dicit Hos Theſſalonicenſes collaudat apoſtolus, ſcribens eis per Titum diaconũ, & Oneſimum acolytum. In ſacra verò ſcriptura non eſt de omnibus mẽtio. Poſſumus igitur dicere, ꝙ omnes hi ordines fuerunt inſtituti a Chriſto in particulari ipſo influente, uel ſaltẽ generaliter, quia Chriſtus dedit poteſtatem eccleſiæ conſtituendi miniſtros, & cõſecrãdi eos ad ſacrificiũ eucbariſtiæ. Et ad hunc ſenſum omnes hi ordines

ſun

ſunt inſtituti a Chriſto, per hoc quod dedit poteſtatem eccleſię conſecrandi, & ordinandi miniſtros, quotquot viderit expedire.

CONCLVSIO.

228 *Communior opinio eſt quòd omnes ſeptem ordines ſint ſacramentum.*

Quæritur, vtrum ordo ſit ſacramẽtum? Reſpon. & eſt concluſio catholica, ordo eſt ſacramentum. Patet quia in Conci. Flor. numeratur inter ſeptẽ ſacramenta. Item patet ex eis, quæ ſuperius adduximus cum de ſacramentis in genere ageremus. q 5. Et item quia in Conci Trid. Seſſio. 33 de ſacramento ordinis cano. 3. ſic dicitur. Si quis dixerit ordinem ſiue ſacrã ordinationem non eſſe verè, & propriè ſacramentum, a Chriſto domino inſtitutum, uel eſſe figmentum quoddã humanum excogitatum à uiris rerum eccleſiaſticarum imperitis, aut eſſe tãtum ritum quendam eligendi miniſtros verbi Dei, & ſacramẽtorum, anathema ſit. Sed dubium, vtrum omnes ordines ſint ſacramenta? Durandus dicit, quod ſolum ſacerdotiũ per qđ datur poteſtas ſpiritualis, eſt ſacramẽtum. Alij autem ordines ſunt quædã ſacramentalia. Adducit ad hoc multas rationes in 4 diſt. 24. q. 2. quas ibi poteris uidere. Contrariũ tenent oẽs docto-

Ordines oẽs an ſint ſacramentum.

doctores, uidelicet ꝙ omnes ordines ſunt uerum ſacramentum. Hoc aſſerit S. Th. Albertus Mag. Bonau. Alma in Maio. Pal. &c. Et patet quia quilibet ordo eſt ſacræ rei ſignum, & in eo datur aliquod ſpirituale, quia ſi alij ordines eſſent ſacramentalia, darẽtur ſimul cum ſacerdotio. Sed ritus eccleſiæ eſt in contrarium, imo multi recipiunt minores ordines, nolẽtes ulterius progredi ergo. Ego, niſi eſſet opinio tãtorũ doctorũ incontrarium mallẽ tenere cũ Dura. neſcio.n. quid cogat ponere quatuor ordines minores eſſe ſacramentũ. Nam quæ ptãs eſt illa ſpiritualis in acolytho deferre cereos, & offerre materiã ſubdiacono. Itẽ prima tõſura nec eſt ſacramẽtum nec propriè ordo, ꝙ in oſtiario qui habet aperire fores eccleſiæ, &c. Sed tamen quia oẽs oppoſitũ tenẽt, non auderẽt hoc tenere, Caiet. in q. quã fecit de ritu ordinis, tenet cum Durando, ꝙ ſolum ſacerdotiũ eſt ordo, & ſacramẽtum a Chriſto inſtitutum. omnia vero alia ſunt ſacramentalia. Idem vr̃ dicere. 3. p. quæ 6 4. art. 3. Primò. Dico igitur ad hanc quæſtionem, quod tenenda eſt cõis opinio. Secundò dic, ꝙ opinio Durãdi, & Caietani eſt probabilisſima, ſ. quod ſolum ſacerdotiũ eſt ſacramentum, vel ſaltem, ꝙ quatuor

tuor minores ordines non ſunt ſacramentũ. Hoc probatur, quia ſacramentum eſt de iure diuino, ſed nõ oẽs ordines ſunt de iure diuino, ergo. Probatur minor, nam c. à multis de ætate, & qualitate ordiuandorũ. Innocentius vir doctisſimus allegans Vrbanum Papam dicit. Vrbanus ait, ꝙ ſolum presbyteratus, & diaconatus ſunt ſacri ordines, & quod illi ſolum leguntur fuiſſe in primitiua eccleſia. Et illa ſententia Vrbani habetur. c. nullus diſt. 60. & in dicto cap. à multis dicit Innocentius tertius. Subdiaconatus hodie inter ſacros ordines cõputatur ergo nõ antea. Item 1. Timoth. 3. & ad Titum. 1. Paulus deſcribit mores epiſcoporũ & diaconorũ, & nihil dicit de ſubdiaconis, nec de alijs minoribus ordinibus. Fit tamen mentio de minoribus ordinibus apud Diony c. 3. ecclesiaſticæ hierarchiæ, vbi etiam meminit de oſtiarijs, Et beatus Ignatius martyr epiſtola 8. ad Antiochenos cum duceretur ad martyrium; Saluto ſanctum presbyteriũ ueſtrum, ſaluto diaconos, ſubdiaconos, acolythos, exorciſtas, &c. Et eſt determinatio Conc Laodi. c. 23. & Chalced. c. 14. & Carthaginenſis tertij c. 16. & Carthaginenſis quarti c. 6. & Toletani primi ca. 28. in oĩbus his approbantur minores ordines; Et ĩ

epiſtola ſecunda beati Clementis, decretum Innocentij & decretum Zozimi c.3. Sunt ergo minores ordines ab antiquo in eccleſia. Et ſic eſt probabile quod ſunt de iure diuino, & per conſequens ſacramentum.

CONCLVSIO.

229 *In Eccleſia Catholica eſt vere ſacerdotium viſibile, & externam habens poteſtatem conſecrandi corpus, & ſanguinem Domini Noſtri Ieſu Chriſti, atque ligandi, & abſoluendi, ac etiam ſunt in ea omnes alij ordines maiores, & minores.*

An in nouo teſtamento ſit ſacerdotium viſibile.

Quæritur, an in nouo teſtamento ſit ſacerdotium viſibile, & externum. Sitque aliqua realis, & uera poteſtas conſecrandi uerum corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & peccata remitendi & retinendi? Reſp. conclusione affirmatiua firma fide tenenda, ut diffinitur in Conc. Trid. Seſſio. 23. de ſacramento ordinis. Can. 1. cuius iſta ſunt verba. Si quis dixerit non eſſe in nouo teſtamento ſacerdotium uiſibile, externum, vel non eſſe poteſtatem aliquam conſecrandi, & offerendi verum corpus, & ſanguinē domini, & peccata remittendi, & retinendi, ſed officium tantum, & nudum miniſterium prædicandi euangelium, vel eos qui non prædicant, prorſus non

non eſſe ſacerdotes, anathema ſit.

Eſt etiam firma fide tenẽdum quod præter ſacerdotium, in dicta Eccleſia Catholica ſunt alij ordines, & maiores, & minores. Ita enim diffinitur vbi nunc ſupra canon. 2. his uerbis. Si quis dixerit præter ſacerdotiũ non eſſe in Eccleſia Catholica alios ordines, & maiores, & minores, per quos velut per gradus quoſdam in ſacerdotium tendatur, anathema ſit.

CONCLVSIO.

230 *Per ſacram ordinatienem datur ſpiritus ſanctus, imprimitur character, & per conſequens ſacerdos non poteſt effici laicus.*

Quæritur, an per ſacram ordinationem detur ſpiritus Sanctus, & imprimatur character ĩdelebilis, ita vt nullo pacto, poſſit fieri laicus, qui ſemel prius fuit ſacerdos. Reſpondeo affirmatiuè, & ita eſt firma fide tenendũ. Sic enim diffinitur in Conc. Triden. vbi ſupra can. 4. vbi ſic dicitur. Si q̃s dixerit per ſacram ordinationem nõ dari ſpiritum ſanctum, ac proinde fruſtra epiſcopos dicere; Accipe ſpiritũ ſanctum, aut per eam non imprimi characterem, vel eum, qui ſacerdos ſemel fuit, laicum rurſus fieri poſſe, anathema ſit.

An per ſacram ordinationem datur ſpiritus ſanctus, & imprimãtur character.

CON-

CONCLVSIO.

231 *In ſacramento ordinis requiritur aliqua materia. Vide Textum.*

In ſacramento ordinis requiritur materia.

Quæritur, utrum in hoc ſacramento requiratur aliqua materia? Reſpon. quod ſic. Quia omnia ſacramenta cõſtant ex rebus & uerbis, vt ait Auguſt. & Magiſt. Hæc eſt omnium ſentẽtia. Hoc patet ex diffinitis ſuperi⁹ in materia de ſacramentis in genere. Materia autem huius ſacramenti eſt illud, per cuius traditionem confertur ordo. Sicut presbyteratus traditur per calicis cum vino, & patenę cum pane porrectionẽ. Diaconatus verò ꝑ libri euãgeliorũ tradõnẽ Subdiaconatus ꝑ traditione calicis uacui cũ patena uacua ſuperpoſita &c. Vide Conc. Florẽtinum, cuius ſunt uerba præcedentia. Sed S. Th ponit differẽtiam inter materiam aliorũ ſacramentorũ, & materiam huius. Quia in alijs ſacramentis tota efficacia eſt ab ipſo Deo, & ſacramẽto, ſed in hoc efficacia eſt partim à miniſtro, epiſcopus.n. dat poteſtatem. Idcirco in alijs ſacramẽtis materia cõcurrit, ut det perfectionem ſacramento, qa miniſter nihil facit; in hoc aũt ſacramento materia ſe habet ſolum materialiter. Et licet in hoc cõueniãt omnes, non eſt tñ illud certum quod ſit neceſſariũ ex iure diuino, quod tra

datur

ſtatur calix presbytero. Quia in ſcriptura non habetur, quod fiebat niſi ꝑ manum impoſitionem.1.ad Timo.4. & 5. Nec etiam requiritur manuum impoſitio,ut patet in ca.presbyter. de ſacramentis non iterandis; Ideo forſan ſolis verbis cōſecrat epiſcopus ſacerdotes,& alios miniſtros. Nolo tamen aliquod nouum aſſerere.

CONCLVSIO.

232 *In ordinibus ſacris neceſſe eſt ut ſit contactus materiæ, dum proferuntur verba formæ.*

Quæritur, ſuppoſito quod requiratur materia, an ſit neceſſarius contractus materiæ, puta calicis, vel libri? Caie.quolibet.1.q 16 dicit,quod ſine dubio requiritur realis cōtractus, nec hoc debet haberi pro opinione Quia in omnibus alijs ſacramentis vbi eſt materia requiritur cōtactus realis, ut in baptiſmo, confirmatione, & extrema vnctione,ergo etiam hic. Et hoc etiam ſignificatur in forma,quia dicitur; Accipe calicem,vel librum S.Th. in additionibus.q 34.ar.5.3.relinquit hoc ſub dubio. Et credo quod poſſet ſuſtineri; ꝙ non eſt neceſſarius iſte cōtactus. Nec ego damnarem eum qui negligentia,vel alia ex cauſa non tāgeret calicē & haberē eū pro ſacerdote. Quia tpe apoſtolorū ñ erat neceſſa

In ſacramento ordinis an requiratur contactus materiæ.

rium

rium niſi imponere manus. De alijs minoribus ordinibus non eſt dubiũ, niſi, ꝙ non requiritur. Verum eſt, qđ ſi deficeret illud, pro quo eccleſia intẽdit tradere officium, ꝙ non haberet illud. Durandus dicit, ꝙ in ſuo epiſcopatu non tradebatur liber diaconis. Sed ſequenda eſt communis opinio iſte autem contractus debet eſſe ſimul cum verbis, vt verificetur forma, quę de præſenti dicit; Accipe. Sed ſatis eſt, quod ſit ibi ſimultas moralis ſufficit enim, quod poſt verba ſine multa mora ſuccedat contactus

CONCLVSIO.

233 *Sacer ordo imprimit characterem.*

Ordo imprimit characterem.

Quæritur, an ordo imprimat characterem. Reſpon. quod ſic, quia character eſt poteſtas ad aliquid ſpirituale, & hic datur poteſtas circa ſacramentũ euchariſtię. Et ita etiã habetur in Concilio Florenti. Et de ſacerdotio nõ eſt dubitandum De alijs ſi non ſunt ſacramenta nõ eſt opus dicere quod imprimant charecterem.

CONCLVSIO.

234 *Quidam ordo ſeruandus eſt in hoc ſacramento, ſed non habentes ſacramentum baptiſmi, non ſunt capaces aliorum ſacramentorum.*

In ordinibus reci

Quæritur, an ſit ordo in his ſacramentis. 1. an poſſit fieri diaconus qui

non

non eſt ſubdiaconus? Reſpō.quod eſt præceptum quod ſeruetur ordo,& qui illum non ſeruaret,peccaret mortaliter.Secundo dico quod iſte ordo non eſt de neceſsitate ſacramenti; Patet in c.unico de clerico ordinato per ſaltū. Et qui ſic eſt ordinatus debet ſuſcipere ordines, quos omiſit duntaxat, à quocunque ordine incipiatur. Si autē non ſit baptizatus, & ſuſceperit ordinem, non eſt ordinatus, vt patet in c. veniens. de presbytero iam ordinato & non baptizato, vbi pręcipitur,quod baptizetur,& iterum ordinetur. Si autem ordinetur anteq̃ ſit confirmatus, ordo tenet.Et puto,quod qui ex negligentia hoc præteriret, non peccaret mortaliter, licet male faceret. Quia non inuenio præceptum aliquod. *piendis, eſt procedendū ordinatè.*

CONCLVSIO.

235 *Qui recipit in peccato mortali ſacros ordines peccat mortaliter, ſacerdos exercens officium ſuum in peccato mortali,peccat mortaliter, de alijs vero ordinibus,dubium eſt. Vide Textum,et quæſtionem 145. cum duabus ſequentibus.*

Quæritur, an qui ſuſcipit ordines in peccato mortali, pecet mortaliter? Reſpondeo,ꝙ ſi ſuſcipiat ſacerdotiū, peccat mortaliter,& eſt ſacrilegus. Idē eſt de alijs ordinibus ſi ſint ſacramen- *Ordines recipiens in peccato mortali an pecta.*

ta.

cet an mortaliter.

tà. Si autem non ſint ſacramenta videtur quod non ſit mortale, licet ſit graue peccatum; Maxime ſi ſuſcipiat diaconatum, quia ordinatur proxime ad euchariſtiam.

De exercente officia in peccato mortali.

Sed utrum peccet mortaliter, qui exercet officia ſua in peccato mortali? De ſacerdotio clarũ eſt. De alijs ordinibus ſi ſunt ſacramẽta eſt mortale. Et quia hoc communiter non tenetur, ꝙ tales peccẽt mortaliter, ideo veriſimilius eſt quod hęc nõ ſint ſacramenta. Nihilominus [citra mortale] grauiter peccat talis.

CONCLVSIO.

236 *Collatio ſacrorum ordinum ſpectat ad epiſcopos de iure, minores vero ordines aliqui poſſunt conferre ex priuilegio.*

Ordinum collator quis ſit.

Quæritur, quis ſit collator huius ſacramenti? S. Th. cum alijs dicit quod ſolus epiſcopus eſt miniſter ex officio ſuo. Patet, quia ſolus epiſcopus poteſt conſecrare tẽpla, vaſa, & veſtes ſacras, ſed homo magis dicatur diuino cultui per ſuſceptionem ordinis quam illa, ergo. Item patet ex c. quanto, extra de conſuetudine. Sed utrum conferre ordines poſſit committi non epiſcopo? Reſpondeo de minoribus ordinibus: Iam in iure eſt collata poteſtas aliquibus non epiſcopis Poſſunt tñ minores ordines conferre presbyteri

Cardinales

Cardinales,& aliqui Abbates ſãctiBe nedicti circa monachos ſuos, & laicos ſibi ſubditos. Vt hr̃ 21.d ca.1.& 2.Et d.69.cap.qm̃. Et de ætate & qualitate.ca.cũ contingat,&c.abbates de priuilegijs.li.6. & in multis alijs locis iuris S.Tho.3.p.q.72.art.11.& 4.d.7. q 3.art.1.quæſtiuncu.3.ait quod ſolus epiſcopus habet ex officio ſuo cõferre ordines,& qđ epiſcopus non põt committere non epiſcopo poteſtatem conferendi ordines,etiam minores,& ſi committeret, nihil eſſet factũ. Papa vero põt cõmittere ſacerdoti collationẽ minorũ ordinũ &re uera iam commiſit.Quartò dicit S.Tho.quod collatio ordinũ etiã minorũ non põt committi non ſacerdoti,nec collatio ordinũ põt cõmitti niſi epiſcopo dũtaxat. Idem tenet Palud.4.d.7.q.4.concluſione.2.ne epiſcopus,& Papa non habẽt maiorem poteſtatẽ circa corpus Chriſti verum quàm ſacerdos, licet circa corpus Chriſti myſticũ,quod eſt eccleſia, Papa habeat plenisſimam poteſtatem,ac proinde illa quę ſpectãt ad corpus Chriſti myſticũ, ſubſunt poteſtati papæ. Et quia poteſtas conferendi ordines eſt ſolũ poteſtas circa corpus Xpi myſticũ,ideo Papa põt cõmittere alteri talẽ poteſtatem.Quia uero poteſtas ſupra corpus Chriſti myſticũ,præ

ſupponit poteſtatē ſupra corpus Chriſti verū, ideo Papa non poteſt committere poteſtatem conferēdi ordines, niſi ſacerdoti, qui ſolus habet poteſtatē ſupra corpus Chriſti verum.

CONCLVSIO.

237 *Dubia eſt hæc quæſtio.*

Papa an poſſit cōmittere ſacerdoti poteſtatē conferendi maiores ordines.

Quæritur, vtrum Papa poſſit committere poteſtatem conferendi maiores ordines ſacerdoti non epiſcopo. S. Tho. & Palu. & omnes dicunt ꝙ non, nihilominus (vt fertur) Papa de facto commiſit quibuſdam abbatibus. S. Benedicti. Saltem de ſubdiaconatu uidi ego bullam Papæ quibuſdam abbatibus ordinis Ciſtercienſium concedētis, ꝙ poſſent conferte ſubdiaconatū. Et alij dicunt quod diaconatum etiā. Si hoc ita eſt, ego dico, quod factum tenet excepto ſacerdotio, alias eſſet intolerabillis error. Quamuis de hoc dubitet Maior|:dicens, quod Papa extendit poteſtatem ſuam, & quod ſecurius eſſet ab alio ſumere. Sed puto illud ſecurum, & ſine ſcrupulo.

CONCLVSIO.

138 *Epiſcopi Hæretici, ſciſmatici, & excōmunicati licet peccent conferendo, & qui ordinantur ab eis tamen realiter conferunt.* Vide *quæſtionem.* 13. *quando agitur de Clauibus.*

Sed quæritur vtrum epiſcopi hæretici,

tici, ſchiſmatici, aut excommunicati poſſint ordines conferre? Reſp. quod peccant tam recipientes, quam ipſi cõ ferentes, nihilominus tamen ueros ordines, & uerum ſacramentum con ferunt, non eſt dubium.

CONCLVSIO.

239 *Fœminæ ſunt incapaces ſacrorum ordinum, pueri verò (licet graue peccatum eſſet) tamen ſuſciperent poteſtatem ad quam ordinarentur.*

Quæritur, de impedimentis ordinandorum vtrum fœmina poſſit ordinari? Reſp. ſecundum omnes quod non, probat S.Th. quia ordinati in ecclefia prçficiuntur alijs, fœminæ vero officium eſt ſubeſſe. Et prohibitũ eſt eis in eccleſia loqui. quod eſt officium ſacerdotum. Item ſecundum Paulum. 1. Cor. 11. Mulieres non debent tonderi ſed initium ordinis eſt tonſura. *Fęmina ordinari non põt.*

De pueris vero non habentibus vſum rationis, dicit S. Tho. quod eſſet contra præceptum eos ordinare ſaltẽ maioribus ordinibus, quia minoribus permittitur in ſeptennio. Secundo dicit, quod ſi puer aliquis ordinaretur in ſacerdotem, eſset verè ordinatus. Quia hoc ſacramentum non requirit actum ex parte ſuſcipientis ſicuti, & baptiſmus, & confirmatio.

CONCLVSIO.

204 *Videnda eſt quæſtio.*

Aetas et qualitas ordinandorum.

Quęritur, de ordinandis quę ętas, & qualitates, & merita requirantur, vt licitè atq; legitimè ordinentur? Reſpon. quia hac de re ad longũ abunde atq; apertisſimo ſermone diſeruit atq; diffiniuit Conc. Trid. Seſsio. 23. de ſacramento ordinis, agens de reformatione à ca. 4. & deinceps, per quam plura alia, vide & conſule locũ præællegatũ.

CONCLVSIO.

241 *Videnda eſt quæſtio.*

Homicida etiam mutilator nõ poteſt ordinari, niſi occidat in ſui defenſionem inculpabilem.

Homicida autem poſt baptiſmum, non poteſt ordinari ex traditione eccleſiæ. Si autem de facto ordinetur, tenebit. Per homicidam vero intelligitur in propoſito, omnis voluntariè occidens, aut mutilans alium, vel ſeipsũ poſt baptiſmũ ſiue id fiat licitè, ſiue illicitè, omnis talis eſt irregularis, ut iudex, lictor, & etiã mandans, præcipiẽs conſulens vt aduocatus. Et extenditur hæc irregularitas ad eos qui comitantur malefactorem ſeruantes, ne rapiantur illi qui ſunt morte plectendi, quia quodammodo cooperantur homicidio. Neſcio tñ an hoc ſit expreſſum in iure, ſi nõ eſt, nollẽ eos condẽnare, niſi propterea, quod qui cõcomitãtur ſic ſunt cam mortis, qđ nõ ſequeretur mors, ſi ipſi non cuſtodirent reũ. Qui

autem

aũt pugno extrahit dentẽ, non dr̃ mutilator,ac propinde nec eſt irregularis quia pœnæ iuris ſunt reſtringẽdæ nõ ampliãdæ. De his qui ſunt cauſa qđ alij citius moriãtur,ut asſiſtẽtes infirmis & uertentes illos,dico ꝙ ſi hoc faciant hoc prętextu vt citius moriantur forte manent irregulares. Si uero bona fide id faciãt,nõ puto eos incurrere irregularitatẽ,quæ eſt grauisſima eccleſiæ pœna. Si aũt quiſpiã ſe defendendo aliũ occidat,antiquitus,& tempore S. Tho. erat irregularis, ut ipſe art.3.p.q.39.art. 4. Sed hoc reuocatũ eſt per nouã Clemẽtinã,ſi ſe defendat cũ moderamine inculpare tutelę. Et talis nõ erit irregularis, ſed poterit illotis manibus celebrare. Eccleſiaſtici quoq; ponẽtes iudices,& exhortantes ut ſeruent iuſtitiam, non ſunt irregulares. Non defendens autem aliũ qui occiditur, ſi ex officio tenebatur defendere,eſt irregularis. Si uero non tenebatur ex officio nõ erit irregularis.

CONCLVSIO.

242 *Tonſura clericorum conuenienter ſit circularis.*

Quæritur: de annexis ordini. Primò de tõſura,an ſit cõueniens ꝙ eccleſiaſtici tõdeãtur(S Th. & oẽs dicunt eſſe cõueniẽs.Primò rõne figurę,nã ſignificatur eccleſiaſticos eſſe reges,iux *Clericis tonſura cõuenienter datur*

ta illā Petri uocē. vos aūt genus electū regale ſacerdotiū. Et figura circularis quę eſt perfecta, ſignificat perfectionē quā habere debēt ſupra oēs alios qui dēt regere in ſpiritualibus Tondētur
1. Pet. 2. autem in ſuperiori parte, ne mens eo rum temporalibus impediatur à diuinis, contemplandis. Vel ut ait Beda, & Rabanus, geſtamus coronam non quia Apoſtolus Petrus ſic attōſus eſt, ſed propter paſsionem Chriſti in qua ipſe coronam ſpineam portauit, in Conc. Toletano. 4. ſub Iſidoro. c. 41. reprehenduntur omnes clerici qui in ſummitate capitis modicum circulū tondebant, & dicitur quod iſte eſt mo dus hæreticorum, & mandatur quod d: tōſo ſuperius toto capite, inferius ſolùm circulum coronæ relinquant. Hæc in Hiſpania ſeruabātur, iam om nia lapſa ſunt in deterius. Tōſura autem iſta non eſt ordo ſecundū S. Th. Nam ordines nō dantur ſine celebratione miſſæ, tonſura autem datur extra celebrationem. Item quià per ton ſuram nulla poteſtas particularis ſpiritualis datur, nec tonſura ordinatur ad euchariſtiam, ad quam omnes ordines diriguntur, & ſic propriæ loquēdo non eſt ordo, quam uis in capitu. cum contingat, de ætate & qualitate ordinandorum, clericatus uocetur,

ſed

ſed capitur ibi ordo large. Eſt aũt Hiſpaniç magnus abuſus quod tonſurãtur ſine quacunque intentione veniẽdi ad chorum. Et ego non dubito quĩ peccent pluſquam venialiter epiſcopi qui hoc ſciunt, & tñ de hoc non curant. De dignitate epiſcoporum, & cardinalium, quã ãtiqua ſit, & vtrũ dignitas epiſcoporũ ſit de iure diuino maior quã cæterorum ſacerdotũ, quia raro hac ſcientia fideles indigent, nõ nihil in præſentiarũ ponendũ iudicaui.

CONCLVSIO.

243 *In Eccleſia Catholica eſt* Hierarchiã *diuina ordinatione inſtituta, quæ conſtat ex Epiſcopis, presbyteris, & alijs miniſtris. cætera vide in textu.*

In primis firma fide tenendum eſt in Eccleſia Catholica eſſe hierarchiã diuina ordinatione inſtitutam, quæ conſtat ex epiſcopis, preſbyteris, & miniſtris, ita enim diffinitum eſt in Cõcil. Trid. Seſsio. 23. Canone 6. his verbis. Si quis dixerit in Eccleſia Catholica nõ eſſe hierarchiã diuina ordinatione inſtitutam, quæ conſtat ex epiſcopis presbyteris, & miniſtris, Anathema ſit. Deinde etiam firmiter tanquàm de fide eſt tenendum epiſcopos presbyteris eſſet ſuperiores, habereque poteſtatem confirmandi, & ordinandi, nec huiuſmodi poteſtas eſt epi

An in nouo teſtamento ſacerdotum ſit viſibile & externum.

ſcopis, cum presbyteris communis. Tandem firma eſt uide tenendum; ordines ab ipſis epiſcopis collatos, eſſe validos, & firmos veros & reales, ſine vllo populi uel poteſtatis ſecularis cōſenſu aut vocatione. Poſtremo fide itē firma eſt tenendū, non eſſe legitimos verbi, & ſacramentorum miniſtros, qui nec ab eccleſiaſtica, & canonica poteſtate ſunt ritè ordinati, nec miſſi. Iſta enim omnia diffinita ſunt in Concilio Tridentino ubi nunc ſupra Canon. 7. cuius verba ſunt. Si quis dixerit epiſcopos non eſſe presbteris ſuperiores, vel non habere poteſtatem confirmandi, & ordinandi, uel eam quam habent, illis eſſe cum presbyteris communem, vel ordines ab epiſcopis collatos ſine populi, vel poteſtatis ſecularis conſenſu, aut uocatione, irritos eſſe: Aut eos qui nec ab eccleſiaſtica, & canonica poteſtate ritè ordinati nec miſſi ſunt; ſed aliunde veniunt legitimos eſſe verbi, & ſacramētorum miniſtros, Anathema ſit.

Ex quibus conſtat hæreſim eſſe, ſi dicas non eſſe legitimos ac verè epiſcopos, qui authoritate Romani pontificis ſunt aſſumpti. Hoc corollariū etiam patet, vbi nunc ſupra Cano. 8. ſimiliter hæreſis eſt, ſi dixerit ſacram vnctionem, qua eccleſia in ſancta or-

dinatione utitur, aliasque ſacramenti ordinis cæremonias non eſſe requiſitas, ſed cõtemnendas, & pernicioſas, vt diffinitum eſt ibidem Cano. 5. & hæc de ordine dicta ſufficiant.

SEQVITVR DE SACRAMENTO Matrimonij.



De Matrimonij.

DE ſacramento Matrimonij tractat Mag. 4.diſt. 16. & reijcit illud in ultimum locum, quia minus ſpiritualitatis habet. Vel quia prius tractandum erat de ſacramentis, quæ ordinantur ad propagationem ſpiritualem, & poſtremo de matrimonio, quòd quidem ordinatur ad propagationem corporalem, ſeu temporalem.

CONCLVSIO.

244 *Matrimonium eſt ſacramentum, & confert gratiam non ponentibus obicem.*

Matrimonium eſt ſacramentum.

Quæritur, in primis, vtrum matrimonium ſit ſacramentum? Reſpondeo, quod ſic, & non eſt dubium. Nã ad Epheſios, 5. dicitur ſacramentum hoc magnũ eſt, ego autem dico in Chriſto & eccleſia. Et ita etiam determinatur in Conc. Florentino ſub Eugenio 4. Idem patet ex his, quæ ſuperius habes de ſacramentis in genere. q.5. Iterum in eodem Conc. Tridẽtino, Seſſio. 24. de ſacramẽto matrimonij eadem ſentẽtia diffinitur in Can. 1. cuius uerba ſunt Si quis dixerit matrimonium, non eſſe verè, & propriè vnum ex ſeptem legis Euangelicę ſacramentis à Chriſto domino inſtitutum, ſed ab hominibus in eccleſia innectum, anathema ſit. Vtrum autem conferat gratiam? Reſpondeo, quod ex eo quod eſt ſacramentum, confert gratiam non ponentibus obicem, & ritè ſuſcipientibus, & determinatur in Conc. Trident. Seſſione ſeptima, capitulo ſexto, ſeptimo, & octauo. Inſtituit autem Chriſtus hoc ſacramentum Matthæi. 10. quando illud commendauit, & præcipit inſeparabilitatem dicens. Quos Deus coniunxit, &c.

&c. ex quo,& ex traditione Apoſtolorum,& magis ex traditione eccleſiæ, habemus, quod matrimonium ſit ſacramentum.

CONCLVSIO.

242 *Prohibitum eſt habere plures vxores ſimul.*

Quæritur, an liceat fidelibus plures ſimul habere vxores? Reſpondetur negatiuè, & ita de fide tenendum eſt. Vt diffinitur in Concilio Tridentino, ubi ſupra Cap. 2. cuius iſta ſunt verba. Si quis dixerit, licere Chriſtianis plures ſimul habere uxores, & hoc nulla lege diuina eſſe prohibitum, anathema ſit. *An liceat plures vxores ſimul habere.*

CONCLVSIO.

246 *Status coniugalis non eſt neque æquãdus ſtatui virginitatis, & cælibatus.*

Quæritur, utrum ſtatus coniugalis ſit anteponendus ſtatui uirginitatis, vel cœlibatus? Reſpondetur negatiuè, quod nec præferendus, nec æquandus eſt illis. Et ita firma fide tenendũ eſt. Sic enim diffinitur ubi ſupra Canon. 10 cuius uerba ſunt. Si quis dixerit ſtatum coniugalem anteponẽdum eſſe ſtatui virginitatis, vel cœlibatus, & non eſſe melius ac beatius manere in virginitate, aut cœlibatu, quam iungi matrimonio, anathema ſit. *An matrimonium ſit dignius virginitate.*

CONCLVSIO.

247 *Quando contrahitur per procuratores,licet ſit Matrimonium, non eſt tamen ſacramentum.*

Matrimonium per procuratores contractum non eſt ſacramentum.

Quæritur, vtrum matrimonium contractum per procuratores ſit ſacramentum? Reſpondet. Caiet quod nō. Quia nullum ſacramentum poteſt cōfici per procuratores. Item, quia receptio gratiæ eſt actus perſonalis, & non poteſt dari uni pro altero, ſed in quolibet ſacramento nouæ legis conſertur gratia, ergo. Dicimus tamen quod licet talis contractus non ſit ſacramentum, eſt tamen verum matrimonium. Et ita factum fuit Gene. 24. per Eliezer ſeruum Abraham,& patrē Rebechæ. dicit Caieta. quod facilius poſſet Papa diſpenſare in hoc matrimonio? quam in eo quod eſt ſacramē tum contractum, ſcilicet inter præſentes,& per verba de præſenti.

CONCLVSIO.

248 *Secundum communionem opinionem, in Matrimonio,verba unius coniugis quæ prius proferuntur ſe habent loco materiæ alterius verò coniugis loco formæ.*

Matrimonij materia et forma.

Sed cum in omni ſacramento inueniatur materia, & forma quæritur quæ ſit materia,& quę forma huius ſacramenti? Palude 4 d. 26. ait ꝙ coniu-

ges

gẽs ſe habent, vt materiæ, & verba vt forma. Capr.d.26 dicit hoc eſſe probabile. Melius tamẽ dicitur cum S. Th. ꝙ verba vnius coniugis ſunt materia & verba alterius ſunt forma, puta uerba, quæ primo proferuntur ſunt materia, & quæ proferuntur ultimo ſunt forma, quia perficiunt ſacramentum. Ita ait S.Th 4 d 26.q. 2. art. 1. 2. & 4. d. 1. art. 1. quęſtiuncula 5. 2. Et ita tenendum eſt ſine dubio.

CONCLVSIO.

249 *Mutua obligatio eſt matrimonium.*

Quæritur, cum in matrimonio inueniantur quatuor, ſcilicet cõſenſus, contractus, mutua obligatio, ſiue uinculum, & copula carnalis, quod horũ ſit matrimonium? Reſp. primò quod nõ eſt copula carnalis, nam inter Mariam & Ioſeph fuit uerum matrimonium ſine tali copula. Secundò dico, quod nec conſenſus eſt matrimoniũ. Patet quia matrimonium ſemper durat, conſenſus verò non ſemper durat. & ſi dicas quod durat uirtualiter, dico, quod nihil eſt, quia aliquando pęnitent ambo, & dolent de matrimonio. Tertiò dico, quod nec ipſe cõtractus eſt matrimonium. Quia contractus non eſt niſi expreſſio conſenſus, ſed conſenſus nõ eſt matrimonium, ergo nec expreſſio illius. Itẽ quia matrimo-

Matrimonium eſt obligatio mutua inter virum, & uxorem.

trimonium ſemper durat, eſtq; inſeparabile, contractus uerò finitur. Reſtat igitur quod matrimonium ſit uinculum, & obligerio illa mutua inter uirum & fœminam. Patet quia matrimonium nihil aliud ſonat, quam organum quoddam & inſtrumentum ordinatum ad procreãdos liberos, ſed uinculum iſtud quod ponimus ad copulam carnalem inter uirum & uxorem, requiritur & eſt neceſſarium, & ſufficiens ad procreationem liberorũ, ac eorũdem inſtrutionem, ergò illud eſt matrimonium. Iſtam mutuam obligationem ponit Paulus. 1. Corin. 7. Mulier poteſtatem ſui corporis non habet, ſed uir, ſimiliter & uir poteſtatem ſui corporis non habet, ſed mulier, &c.

CONCLVSIO.

250 *Conſenſus coniugum ſufficit, & eſt cauſa matrimonij.*

Cõſenſus in matrimonio neceſſarius.

Quæritur, de cauſa huius uinculi, utrum ad hoc uinculum cauſandum requiratur, & ſufficiat conſenſus? Reſpõ. ꝙ conſenſus requiritur, & eſt omnino neceſſarius & ſufficiens cauſa matrimonij, & in hoc omnes Doctores conueniunt. Sed dices, nemo erit certus de matrimonio, quia nemo poteſt eſſe certus de cõſenſu alterius cõiugis? Reſpon. quod non requiritur, quòd

ꝙ habeamus certitudinem euidētiæ, aut fidei de conſenſu alterius, ſed ſufficit certitudo moralis ad ſecuritatē conſcientiarum.

CONCLVSIO.

251 *Videnda eſt quæſtio.*

Sed quid ſi unus coniugum habeat certas coniecturas ꝙ alter coniux nō conſenſit, vt quando quis contraxit cum puella, quæ omnino reſpuebat tale coniugium, tamen uicta fuit a parentibus, an talis poſſit exigere & reddere debitum? Scot. 3. d. 4. & alij doct. dicunt, quod quando non conſtat ꝙ fuit timor cadens in uirum conſtantem, & quod ex tali metu conſenſit, ſi illa dixit quod accipiebat eum in uirum, deponenda eſt conſcientia, & licitum eſt reddere & exigere debitum. & non eſt dubium de hoc. Si autem nō poſſit conſcientiā deponere, quia videt maximam reſiſtentiam puellæ, & modo dicit ſe non conſenſiſſe, dico quod hac conſcientia durante non poteſt petere. nec reddere. Imo dico ꝙ in tali caſu eſto illa petat, nō poteſt vir reddere debitum, nec peccat per hoc, ſed debet illi dicere, quod cōſentiat modo. Et ſi conſenſit, bene quidē. Si autem dicat, quod nec tunc vult cō ſentire, non poteſt exigere, nec reddere, non eſt dubium. Si autem ſit dubium

Dubitās de cōſenſu coniugis quid facturus.

bium pro utraque parte deponat conſcientiam,& petat reddat. Quod ſi nō potuerit conſcientiam deponere, nō poterit petere, nec reddere debitum. Si uerò habuerit formidinē ꝙ illa nō conſenſit, dico ꝙ ſufficit probabilitas pro altera parte & agat contra illam formidinem. Et ſi in tali caſu dicat, quod nō cōſenſit, non credat ei, nā ſi crediderit, nō poterit ad eā accedere. Et ſi illa petierit debitum, faciat eam prius conſentire, & poſtea reddat.

CONCLVSIO.

Coniugũ altero dicēte ſe nō cōſenſiſſe an alter liber maneat.

252 *Videnda eſt quæſtio.*

Quæritur, quod faciēdum quando aliquis contraxit cum aliqua ſecretè, & poſtea ille negat matrimonium & cōtrahit publicè cū alia, an illa prius relicta, poſſit cōtrahere cū alio? Reſp. quod ſi illa habeat apparentias quod ille nō conſenſit ſecum in matrimonio, ut puta quia erat magna inæqualitas inter illos, quia ille erat nobilis, & ipſa filia agricolę, & ipſe iurat ſe nō conſenſiſſe cum ea, tunc apparentia ſufficiens eſt, quod non conſenſit, & ſic illa poterit trāſire ad matrimoniū aliud. Si tamen illa non poteſt omnino credere niſi quod cōſenſit, dico quod cum illa conſcientia nō poteſt accedere ad aliud matrimonium.

CON-

CONCLVSIO.

153 *Conſenſus in matrimonio oportet ut exterius exprimatur.*

Quęritur, an requiratur quod conſenſus interior exprimatur exterius ad hoc, ut fiat matrimonium? Reſpon. ſecundùm omnes q sic, patet apud S. Th. 4. d. 27. q. 2. Et Paul. ubi q. 2. art. 2. & Dur. ubi q. 1. & Scot. q. unica. Et gl. c. tuæ fraternitatis, extra de ſponſalibus. Matrimonium enim eſt ſacramẽtum, at in ſacramẽto oportet, quod interueniat aliquod ſignum ſenſibile. Et in ca. cum apud, de ſponſalibus dicitur, quod requiritur expreſſio exterior, non ſolùm ad hoc q cognoſcatur, ſed etiam ad hoc ut ſit matrimonium. Item probatur, quia nunquam homines ſe contraxiſſe putant donec proferantur uerba, quantuncunque cognoſcant inuicem conſenſus interiores. Sufficiuntur autem ſigna exprimentia hunc conſenſum, & illa uocãtur in propoſito verba. Et etiam ſi pater loco puellæ dicat, q ſic, illa præ uerecundia tacente, hoc ſufficit, non eſt dubium. Si uerò alius à patre exprimeret conſenſum puellę, ipſa tacente & cõſentiente, ſufficiet in foro conſciẽtiæ. Sed forte in foro contentioſo dãnaretur, & non admitteretur.

Cõſenſus interius matrimonij debet exterius exprimi.

CON-

CONCLVSIO.

154 *Conſenſus, & verba de futuro non ſufficiunt ad contrahendum matrimonium.*

Conſenſus, & verba de futuro nõ ſufficiunt ad matrimonium.

Sed vtrum ad matrimonium ſufficiat conſenſus, & verba de futuro? Reſp. quod non, ſed requiritur quod conſenſus, & verba ſint de præſenti. Vt expreſſè habetur in ca. tuæ fraternitati, de ſponſalibus? Accipio te in meam in craſtinum & deinceps, non eſt matrimonium. Si autem dixerit aliqua verba ambigna, quæ poſſunt habere duplicem ſenſum, ſtandum eſt in foro conſcientiæ intentioni, cum qua illa protulit, an ſcilicet dixerit ea animo contrahendi, an non. In foro autem exteriori ſtandum eſt coniecturis.

CONCLVSIO.

155 *Qui verba profert abſque conſenſu interiori, non contrahit, ſed in conſcientia tenetur uerè contrahere qui ſic deluſit.*

Verba proferens ſine conſenſu interiori, non cõtrahit.

Quæritur, de illo qui contraxit, cũ aliqua proferens exterius verba, & interius non habens conſenſum an ſit matrimonium? Reſpondeo, quod nõ: Quia deficit conſenſus interior. Ideo caueant ſibi fatue puellæ. Sed utrum ſaltem talis teneatur eam ducere in vxorem? Scotus 4. d. 30. q. 1. dicit omnino

nino quodſic, quia fecit illi iniuriam in illo coutractu exteriori non cōſentiendo. Idem dicit Adrianus, & Palu. Ideo ne putent iſti nequam homines impunè ſe hæc ſcelera patrare. S. Tho. d.27.q.1.art.2. quæſtiuncula 4. dicit quod in foro conſcientiæ non impunem agit, qui ſic deludit puellam, nō tamen dicit quod tenetur eam ducere. Nec qui dicunt ꝙ tenetur eam ducere ſufficientes probant. Timeo tamen quod eſt ſicut illi dicunt, & eſt ueriſimile, & uellem eſſe uerum.

CONCLVSIO.

256 *Conſummato matrimonio, non licet ingredi religionem, cætera uide in textu.*

Quęritur, vtrum qui cōtraxit matrimonium, posſit ad religionem tranſire? Reſp. quod poſt quam matrimonium eſt conſummatum non poteſt. Et ita tenent omnes Doctores. Et eſt determinatio eccleſiæ. Probat S. Tho. quia nullus poteſt dare alienum, ſed conſumato matrimonio, neuter cōiugum eſt ſui iuris, iuxta illud Pauli; Vir ſui corporis poteſtatem non habet, ſed uxor, ergo. Et de hoc ſunt multa iura in titulo de conuerſione coniugatorum. Sed ab hac regula generali ſunt exceptiones. Prima quando vnus coniugum commiſit adulterium,

Matrimoniū cōtrahens de præſenti ante copulam poteſt religionū ingredi.

Poſt matrimoniū cōſummatum quis poſſit reli

gionem ingredi. rium, alter poteſt tranſire ad religionem libere, ut habetur expreſſe c. Agathoſæ. 27. q. 2. Secunda exceptio eſt, ſi vterque coniugum uoluerit profiteri religionem tunc licebit ambobus, ingredi eam. Eſt tamen notãdum quod de licẽtia unius coniugis alter poteſt tranſire ad religionem, dummodo ille, qui dat licentiam ingrediatur etiã religionẽ, vel ſit in ætate ſenili, in qua non ſit ei periculum incontinentiæ. Nam ſi tale periculum ei immineret, illa licentia nihil ualeret, & profesſio alterius nulla eſſet. Si autem ſit in ętate tã ſenili, quod iudicio prælatorum non ſit ei periculum de caſtitate, tunc poteſt dare licẽtiam, etiam ſi alter cõiux maneat ĩ ſeculo. De iſtis ſunt multa loca in iure uideatis uos illa. Dicit etiam Palud. 4. d. 27. q. 3. quod quotieſcunque licet uiro tranſire ad religionem, licet etiam ei tranſire ad ſacros ordines in ſeculo. In nullo Doctore hoc inueni, & credo quod dicit verum, quia tunc nullum eſt impedimentum. Vnde ſi uxor cõmiſit adulterium, maritus poteſt promoueri ad ſacros ordines; etiam ſi non intret in religionem. Et idem dicendum eſt, ſi uxor extra periculum incontinentiæ, dederit uiro licentiam.

CON-

CONCLVSIO.

257 *Si alter coniugum poſt matrimonium ratum, ſed non conſumatum, intrauerit religionem poſt eius profeſſionem, qui remanet in ſeculo poteſt tranſire ad ſecundas nuptias.*

Quæritur, vtrum poſt matrimoniũ ratum non conſummatum liceat intrare religionem? Reſpõ. ex ſententia omnium, & ex conſuetudine, & determinatione eccleſiæ, quod ſic, etiã altero coniugere clamante. Hoc habetur in c. uerum, & in c. ex publico, de conuerſione coniugatorum. Et facta profeſsione alter cõiunx, qui remanet in ſeculo, poteſt tranſire ad ſecundas nuptias. Hierony. dicit (& habetur in c. ſcribit. 27. q. 2. de Machario quod poſt apparatum nuptiarum tranſijt ad hæremum. Et in prologo euangelij Ioannis, dicit quod Chriſtus aſſumpſit Ioãnem a nuptijs. Idem dicitur de beato Alexio filio Euphemiani. *Poſt matrimoniũ ratum & non conſumatum, a uiro religionem, profitẽte alter poteſt tranſire ad ſecũdas nuptias.*

CONCLVSIO.

258 *Dubia eſt opinio, & inſpienda eſt quæſtio.* *Sponſo ui matrimonium conſummanſte an ſpõſa poſſit ingredi religionẽ,*

Quæritur, ſi ſponſus ui conſummauit matrimonium, an poſsit illa tranſire ad religionem, eo iuuito? Videtur ꝙ non, quia iam matrimonium eſt cõſumatum. In contrarium eſt quia ille fecit iniuriã, ergo uidetur, quod talis

iniuria debeat reparari, & cum ipſa ante iniuriam poſſit ingredi, poterit etiam poſt acceptam contumeliam; De hoc nihil uidi in iure determinatum. Ideo probabilis eſt vtraque pars. Et ita putat Duran. licet ei magis probabile uideatur, quòd non poteſt ingredi religionem, quia iam eſt ibi uinculum carnale, & nõ tantum ſpirituale. Et licet uir malefecerit, non tamen debet hac pœna puniri. Debebat cauere ipſa ſibi, uel intrare antea religionem Palude reputat magis probabile quod poſſit trãſire. Vtraque opinio uidetur mihi probabilis. Tamen hoc eſt unum certum ꝙ licet illã intret religionem, matrimonium non dirimetur, nec ille poterit tranſire ad ſecundas nuptias ipſa uiuente, quicquid dicat Durand.

CONCLVSIO.

259 *Qui in iſto caſu ingreditur religionem neceſſe eſt vt ſit ubi agitur votum ſolenne.*

Ante cõſumationem matrimonij licet intrare religionẽ, in qua ſit votum ſolenne,

Quod diximus ſupra, ſcilicet ꝙ ante conſumationem matrimonij licet ingredi religionem, intelligẽdum eſt de religione in qua fit uotum ſolenne. Vnde ad las beatas, quę uocãtur terciariæ, quas puto ſolũm facere uotum ſimplex, non poterit tranſire Quia ob tale uotum non poſſet dirimi matrimo-

trimonium,ac proinde (ui caſarſe el que quedaua e nel ſiglo) imò ſi ille beatæ nuberent,licet peccarent, tene ret matrimonium.

De Sponſalibus.

CONCLVSIO.

160 *Mutua promiſſio futurarum nuptiarum ſponſalia ſunt.*

SPonſalia ſunt promisſio futurarū nuptiarūm, quæ iam in Hiſpania ferè non fiunt, Sed contract. matrim. de præſenti. Sunt igitur ſponſalia, mu tua promisſio futurarum nuptiarum. Nec ſufficeret dicere, ego propono te habere in uxorem nolo tamen me ob ligare. Talia non ſunt ſponſalia, vt ma le putat Palu. 4. diſt. 27. ſed requiritur ſtipulatio, & obligatio. Fiunt autem dupliciter, ut ait S. Tho. 4. diſt. 27. q. 2. articu. 1. Vno modo ſine conditione quacunque, & talia ſtatim ſunt ſponſalia. Alio modo fiunt cum conditione, ut ſi dicam, ducam te ſi dederis mihi mille aureos, uel ſi pater tuus con ſenſerit. Nos ſimul tractabimus de cō ditionibus appoſitis ſponſalibus, & de appoſitis matrimonio. *Sponſalia, quæ dicātur.*

CONCLVSIO.

161 *Quæ non ſunt ſponſalia, neque matri*

ni.

trimonium de præſenti, quæcunque conditione ſuperueniente nihil eſt per hoc niſi de nouo, & de præſenti fiant. Cætera vide textu.

Sponſalia & matrimoniũ cũ conditione adueniente cõditione non fiunt per hoc ſponſalia, aut matrimonium.

Quęritur, utrum ſi ſponſalia contrahantur inter perſonas illegitimas, animo contrahendi ſub hac conditione, ſi Papa diſpenſauerit, an adueniente conditione ſint uera ſponſalia, & ſi fuerunt uerba de præſenti, an ſit matrimonium conditione adueniente. Et augetur dubium, ponamus quod iſti poſtquam uenit diſpenſatio, habeant ea rata. In Flandria fuit mihi magna cõtrouerſia cum aliquibus iuriſtis ſuper iſto caſu. Sed reſpondeo, quod non eſt matrimonium, & oppoſitum eſt error intollerabilis. Ratio eſt quia ante diſpenſationem hæc nõ erat uxor iſtius, igitur nec poſt. Quia Papa non poteſt dare uxorem, ſed ſolùm dat facultatem ducendi illam. Et ſi talis tranſiret ad ſecundas nuptias, non compelleretur ſumere primam conſanguineam. Allegabãt mihi multa capita iuris, ſed nihil omnino faciebant. Secundò dico quod talis contractus non ſolùm non eſt matrimoniũ, ſed nec ſunt ſponſalia vllo modo etiã adueniente diſpenſatione, ſed quicquid factum eſt totum eſt irritum: & contractus eſt nullus. Eſt lex inter ſti

pulantem.ff. de uerb. oblig. §. ſacram rem, vbi eſt caſus quod ſi fiat ſtipulatio de ſacra re, vel de re de qua non eſt commercium, de qua non poterat fieri ſine conſenſu Principis, ſtipulatio eſt nulla, & non dedit obligationẽ adueniente conſenſu Principis. Adeo eſt reprobatus ille contractus, ut ſit ſuper eo excommunicatio; Sic igitur dico in propoſito, quod prædictus contractus eſt nullus, etiam ſi iurarem, & peccarem iurando, quia eſt contra bonos mores. Sed quid ſi perſonę legitimę, contrahant ſub conditione honeſta, ut ſi pater tuus cõſenſerit, vtrũ adueniente conditione ſit matrimonium? Panormita. & Canoniſtę dicũt quod ſic, & Palud. uidetur eos ſequi. Sed Adrianus, & communis ſententia doctorum dicunt quòd nõ, ſed ſolùm ſunt ſponſalia. S. Thom. 4 diſt. 27. dicit quod ſi conditio ſit de futuro, etiam ſi uerba ſint de pręſenti, idẽ eſt iudicium ſicut de cõſenſu de futuro, qui exprimeretur per uerba de futuro, ac proinde aduenıẽte cõditione remanent ſponſalia; Et dato quod erret, putans talem contractum eſſe matrimoniũ, & conſumet illud, nõ eſt adhuc matrimoniũ, quia ex errore proceſsit. Itaque regula generalis eſt, ſi in iſto iſtanti non eſt matrimoniũ, quic

quid poſtea ſuperueniat, non erit matrimonium niſi ſit de nouo, & de pręſenti iterum.

CONCLVSIO.

262 *In contractatione matrimonij conditio turpis, uel impoſſibilis habetur pro nõ appoſita. Vide textum.*

Conditio impoſſibilis uel turpis in matrimonio habetur pro non adiecta.

Quęritur, an ſi quis apponat conditionem impoſſibilem, ſcilicet contraho tecum ſi digito tetigeris cœlum, aut ſi dederis mihi regnum, an ſit matrimonium? Reſpondeo, quod eſt determinatio in c. fin. de conditionibus appoſitis, vbi Papa in fauorem matrimonij dicit, quod ſi apponatur in eo conditio turpis, uel impoſſibilis habeatur pro non adiecta. Et ſi abſque illa conditione erat matrimonium, etiam erit matrimonium ea appoſita. Adrianus dicit, ꝙ uel illa conditio apponitur ſerio uel ioco. Si primum, dicit, ꝙ ibi eſt uerus cõſenſus, ac proinde matrimonium. Si ſecundum, dicit ꝙ non eſt matrimonium, quia nõ habuit conſenſum. Si denique non habuit conſenſum interiorẽ, quicquid apponatur, non erit matrimonium. Si verò habuit conſenſum, erit matrimonium, eſto apponat conditionem impoſſibilem. De hac conditione impoſſibili S. Tho. nihil dicit.

CON-

CONCLVSIO.

263 *Videnda eſt queſtio.*

De alijs conditionibus dicit S. Th. ꝙ uel conditio eſt de præſenti, vel de futuro. Si primum, vel eſt contraria bonis matrimonij, ut contraho tecũ ſi fuerit ſterilis, & tunc non tenet matrimonium, ſiue ſit turpis conditio, ſiue non, vel nõ eſt contraria bonis matrimonij & ſic ſiue ſit honeſta, ſiue nõ tenet matrimonium ſtãte cõditione. Videtur loqui S. Th. contra illud cap. ſed loquimur in foro cõſcientiæ Vel conditio eſt de futuro, & tunc ſi ſit neceſſaria, ut contraho tecum, ſi ſol oriatur cras, eſt matrimo nium. Quia iam habetur talis conditio pro appoſita ſaltem in ſuis cauſis, & ſic præſumitur de præſenti. Sed hoc non obſtante, ſi intẽtio contrahendi eſt in craſtina die ſolum ſunt ſponſalia de futuro, In foro tamen contentioſo præſumitur de præſenti. Si autem ſit conditio contingens, ſecundum S. Tho. poſita conditione eſt matrimonium, & non appoſita non erit matrimoniũ, & hoc ſiue conditio ſit honeſta, ſiue non. At ſecundum iura, ſi ſit conditio turpis, habetur pro non adiecta ut ſi dicat, contraho tecum ſi occideris inimicũ meum & eſt matrimonium verum; Et hæc de his.

Conditiones in matrimonio appoſitæ variæ

CONCLVSIO.

264 *Omnes Bigami ſunt irregulares iure poſitiuo tantum.*

Bigamus quis dicatur, & omnis bigamus eſt irregularis

BIGAMVS dicitur, qui bis duxit vxorem, de quo quæritur; An ſit irregularis ad ſacros ordines ſuſcipiẽdos. Reſpõ. quod duplex eſt bigamia. Quędam propriè dicta, de eo, qui bis duxit uxorẽ, & de hac loquitur Paulus, Titu. 1 Oportet epiſcopum ſine crimine eſſe unius uxoris uirum. Alia eſt bigamia interpretatiua & impropria, quæ habet idem impedimentum ac prima, ut ſi quis duxit uiduam. Nã vna ratio quare bigamus expellitur ab ordinibus, eſt propter ſignificationem, quia tale matrimonium non ſignificat coniunctionem Chriſti & eccleſiæ. Quia Chriſtus non habuit niſi vnicã vxorẽ, vnicam eccleſiã. eamq; virginẽ & incõtaminatam. Alia eſt ẽt bigamia ſimilitudinaria, quando quis habens unam uxorem uiuam, contrahit cum alia. Itẽ eſt bigamus qui poſt uotum ſimplex caſtitatis, duxit uxorem. Et qui poſt ſuſceptos ordines cõtraxit. Omnes iſti ſunt irregulares, & repelluntur ab ordinibus ſuſcipiendis. Omnes tamen iſtæ irregularitates ſunt de iure poſitiuo.

CON-

CONCLVSIO.

265 *Varia eſt opinio in hac quæſtione.* *Irregularitas bigamiæ nõ tollitur p baptiſmũ.*

Quęritur, utrum irregularitas bigamię tollatur per baptiſmum. Fuit quæſtio inter Hieronymum & Auguſtinum, Hieronymo dicente quod tollebatur, quia manet noua creatura. Auguſtino uerò dicente quod non, quia baptiſmus ſolum tollit peccata, non alia uincula, ſicut nec tollit matrimonium. Hęc autem opinio Auguſtini allegatur à Gratiano cap. acutus. 26. diſt. & omnes canoniſtæ tenent cum eo,& S Th. Maio.uerò tenet cum Hieron. Sed tenendum eſt cũ Auguſtino. Quia ſignum eſt quod poſtquam quis bis contraxit,quod non cõtinebit. Et etiam quia eſſet in illo matrimonio imperfecta ſignificatio coniunctionis Chriſti & eccleſię. At utrum poſſit eccleſia diſpenſare cum bigamo: dico quod ſic, ſed non ſine magna cauſa propter uerba Apoſtoli.

CONCLVSIO.

266 *Videnda eſt quæſtio.* *Copula carnalis ſuperueniẽs ſponſalib. an efficiat matrimonium.*

Quęritur, utrum copula carnalis ſuperueniens ſponſalibus de futuro, efficiat matrimonium S. Thoma.diſtinguit. In foro conſcientiæ ſi non eſt conſenſus, non eſt matrimonium. In foro autem contentioſo, quia non eſt aliquod ſignum,quod magis expri

mat conſenſum quàm copula, iudicabitur matrimonium, ut habetur in c. is qui. Et in c. ult de ſponſalibus. Sed quid ſi per ignorãtiam credebat quod per ſpõſalia erat iam uxor ſua, & iſto animo acceſſit ad illam, & conſumauit matrimonium, aliàs nõ conſumaturus, an ſit matrimoniũ. Dico quod non. Et eſt expreſſa ſententia S. Tho. nihil enim conſenſui tam contrariũ ac error. Item ante hos non erat matrimonium, & non ſunt appoſita requiſita ad matrimonium, ergo.

CONCLVSIO.

267 *Qui ad eam cum qua contraxit per ſponſalia de futuro, accedit animo libidinoſo, & poſtea contrahit per verba de præſenti cum alia & conſumat matrimonium, tenet cum ſecunda. Cætera vide in textu.*

Poſt acceſſum libidinoſũ ad ſponſam de futuro cum alia contrahẽs de præſenti verè contrahit.

Quæritur, an ſi iſte talis acceſſerit ad ſponſam per ſponſalia de futuro, non conſumandi matrimonij gratia, ſed animo libidinoſo, ſi poſtea contrahat cum alia, an hoc ſecundum ſit uerum matrimonium. Reſpondeo quod ſic. Quia primum non fuit matrimonium, quamuis Papa illegitimauerit ſecundum in c. is qui, de ſponſa. ſed hoc fecit Papa, quia præſumpſit ꝙ primum fuit uerum matrimonium. Sed

quid

quid ille faciet, quia compelletur ab eccleſia manere cum prima. Et generaliter dubitatur quid faciet ille, qui contraxerit primo cum aliqua ſecretè, & conſumauit matrimonium nemine ſciente, & poſtea ſecundo contrahit cũ alia publice, ſi cõpellatur ab eccleſia excõmunicationibus ad manendum cum ſecunda, quid faciet, cũ illa non ſit uerè uxor. Reſp. quod ſi ille poteſt contrahere matrimonium cũ illa, cũ qua cogitur manere debet cõtrahere Si uerò non poteſt ut in caſu pręſenti, malum remedium habet. Non enim habet aliud remedium niſi ꝙ ferat patienter, nec apud Deũ erit excõmunicatus. Debet tñ uitare ſcandalum, & abire in aliam religionẽ, vbi poterit audire miſſam, & communicare manendo enm prima uxore.

CONCLVSIO.

268 *Videnda eſt queſtio.*

Sed monet S.Th. dubium, in 4 d.28 art.2.4. de eo qui poteſt ſpõſalia de futuro acceſsit ad uirginem animo libidinoſo, an talis teneatur eam ducere, quia ſtuprauit uirginem. Et Doct. ſanctus concedit quod tenetur eam ducere poſtquã promiſit, & ſi non põt eam ducere, debet eã dotare. Et addit quod hoc eſt uerũ, quando decipit eã, quod quidem eſt maximè notandum. Nam *Poſt ſponſalia de futuro, libidinosè corrũpẽs ſponſam tenetur eam ducere uirginẽ ultro.*

neam cor rum, ens non tene- tur eã do- tare.

qui ultroneam virginem corrumpit, non tenetur eam dotare, quamuis. n. promiſerit ei ſe ducturum eã in uxorem aliquando, ipſa tamen bene intellexit quod nõ debebat facere, q̃a erat enim magna inęqualitas ĩter eos, &c.

SEQVITVR DE MATRIMONIO clandeſtino.

CONCLVSIO.

269 *Non eſt matrimonium niſi ſeruetur forma Conc. Tri Seſſ 24. c 1. de reformatione matrimonij.*

An matrimonium clandeſtinum teneat.

QVAERITVR, an matrimonium clandeſtinum ſit uerum matrimonium? Reſpondetur quod talia matrimonia rata erant, & uera, quandiu eccleſia, ea irrita non fecerat. Verum cùm ſancta Synodus Tridentina animaduerterit prohibitiones de non ſic contrahendo (propter omnium inobedientiam) iam non prodeſſe, & grauia peccata perpenderet, quę ex eiſdẽ clãdeſtinis coniugijs ortum habebant, præſertim uerò eorum, qui in ſtatu dãnationis permanerent, dũ priore uxore, cum qua clàm contraxerat relicta, cũm alia palàm contrahunt, & cũ ea in perpetuo adulterio viuunt. Cui malo cùm ab eccleſia (quæ de occultis nõ iudi-

iudicat) ſuccurri non poſsit, niſi efficacius aliud remedium adhibeatur: Idcircò ſacri Lateranenſis Cõcilij ſub Innoc.iij. celebrati: ueſtigijs inhærendo præcipit, ut in poſterum antequã matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium parocho, tribus continuis diebus feſtiuis in eccleſia, inter miſſarum ſolemnia publicè denuntietur, inter quos matrimonium ſit contrahendum. Quibus denuntiationibus factis, ſi nullum legitimum apponatur impedimẽtum, ad celebrationem matrimonij in facie eccleſiæ procedatur, ubi Parochus uirum, & mulierem interroget: & eorum mutuo cõſenſu intellecto, uel dicat, ego uos in matrimoniũ coniungo, in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, vel alijs utatur uerbis iuxta receptum vniuſcuiuſq; prouinciæ ritum. Quod ſi aliquãdo probabilis fuerit ſuſpicio matrimoniũ malitioſe impediri poſſe, ſi tot præceſſerint denunciationes, tunc uel vna tamen denunciatio fiat, uel ſaltem Parocho & duobus uel tribus teſtibus præſentibus, matrimonium celebretur. Deinde ante illius conſumationem, denunciationes in eccleſia fiant, ut ſi aliqua ſubeunt, impedimenta, facilius detegantur, niſi Ordinarius ipſe expedire iudicaue-

rit,ut prædictæ denunciationes remit rantur. Quod illius prudentiæ & iudicio ſancta Synodus reliquit. Qui aliter quam præſente parocho uel alio ſacerdote de ipſius parochi ſeu ordinarij licentia & duobus uel tribus teſtibus matrimonium contrahere attẽtabunt eos ſancta synodus ad ſic contrahẽdum inhabiles reddit. Et huiuſmodi contractus irritos & nullos eſſe decernit, prout eos præſenti decreto irritos facit & annullat. Inſuper parochum vel aliũ ſacerdotẽ,qui cũ minori teſtium numero, & teſtes qui ſine parocho uel ſacerdote huiuſmodi cõtractui interfuerint, nec non ipſos cõtrahentes, grauiter arbitrio ordinarij puniri præcipit &c. Hæc omnia ferè ad uerbũ ſumpſimus ex prædicto Cõci.Tri. Seſ. 24.in decreto de reformatione matrimonij.c.1.Vbi circa finem ordinat,ut parochus habeat librũ in quo coniugũ, & teſtiũ nomina, dieq; & locũ contracti matrimonij deſcribat,quẽ diligenter apud ſe cuſtodiat.

CONCLVSIO.

270 *Qui contraxit per verba de præſenti & ante benedictionem cognoſcit ſponſam amore coniugali; non peccat mortaliter.*

Accedẽs ad ſponsã Quęritur, an ſit peccatum mortale poſt matrimonium publicum, de

præ-

præſenti accedere ad ſponſam ante ſolennitatem nuptiarum, quod etiam vocatur matrimonium. Vdetur quod ſic. quia in c. noſtrates. 30. q. 5. eſt prohibitum. Et etiam quia uidetur quod ſit quidam contemptus eccleſiæ. In cõtrarium eſt; quia talis utitur re ſua. Caie. faciet de hoc quæſtionem, & dicit quod non eſt peccatum. Patet, quia in lege naturæ non erat peccatũ, & in iure nõ eſt prohibitum tanquam mortale. Nam in illo c. ut noſtrates. dicitur quod non ſeruare illas conditiones non eſſet mortale, & eſt iam uſus in multis partibus, ergo non eſt peccatum. Idẽ tenet Sylueſt. in uerbo debitum coniugale, parapho. 9. & allegat Innoc. Antonium, & Hoſt. in ca. 1. de ſponſalibus. Imo addit quod ſi timetur aliquod periculum, uel ſi differuntur reuelationes, conſulendum eſſet eis conſummare matrimonium. Et quod hoc ſi ẽt de mente S. Tho patet, quia 4. d. 28. art 23 dicit quod ſi ſponſus per uerba de futuro, petat debitum à ſpõſa, ſi illa credit ꝙ ipſe accedat cũ affectu maritali, non peccat reddẽs debitũ, ergo multo minus ſi ſponſus per verba de præſenti petat: Sic igitur dicẽdam eſt quod nõ eſt peccatũ mortale, imo aliquãdo nõ erit nec ueniale. Notanda ſunt tamen uerba Cõc. Tri. Seſſ.

ante bene dictionẽ eccleſiæ non peccat mortaliter.

24.de reformatione matrimonij. c 1. vbi ſic dicitur Prçterea eadem ſancta Synodus hortatur, ut cõiuges ante benedictionẽ ſacerdotalem in tẽplo ſuſcipienda, in eadem domo non cohabitent, ſtatuitq; benedictionem a proprio Parocho fieri, neq; à quoquã niſi ab ipſo parocho, vel ab Ordinario licẽtiam ad prædictam benedictionem faciendã alij ſacerdoti cõcedi poſſe, &c.

CONCLVSIO.

271 *Timor cadens in uirum conſtantem impedit matrimonium, conſenſus uerò coactus timore cadente in uirum inconſtantem non impedit Cætera vide in textu.*

Conſenſus coactus an ſuficiat ad matrimoniam.

Quæritur, vtrum conſenſus coactus ſufficiat ad matrimonium, V.g. deprehenſus eſt iuuenis cum puella, & cogitur à parentibus puellæ contrahere cum ea, uel mortem ſubire, & ille ex metu conſentit interius (nam ſi non conſentit interius, non eſt dubiũ quin nõ ſit matrimonium, etiam ſi ſine metu proferat uerba) an ſit matrimoniũ. S Tho. 4.d. 29. art.2. & omnes Doct. ponunt di. de duplici metu. Quidam eſt metus cadens in virum conſtãtem, alius cadens in inconſtantem. Conſtans autem uir ab inconſtanti hoc diſtat, quod conſtans nunquam inducitur aliquo timore ad perdendum fa-

mam

mam, ut ſaluet fama res ſuas, quia plus ualet fama quàm res. At inconſtans potius uult perdere famam, quã diuitias, & uult incurrere maius malum, ut euitet minus malum. Item uir conſtãs non mouetur à paruo timore ſed à magno, ut à timore mortis, captiuitatis, ſeruitutis, & non à timore perdendi centũ aureos. Inconſtans uerò uir oppoſito modo mouetur à paruo timore. Hoc ſuppoſito, eſt concluſio. Conſenſus coactus timore cadente in uirum conſtãtem, impedit matrimonium, cõſenſus uerò coactus ex timore non cadente in uirum conſtantem, non impedit matrimonium. Patet c. cum locum. Et c. ueniens. Et ca. conſultationi de ſponſa. Et expreſſe in lege metu. ff. qui metus cauſa. Et c. ſignificauit. de eo qui duxit in matrimonium, quam polluerat per adulterium. Sco. & etiam S. Th. uidẽtur dicere quod hoc eſt de iure naturali, & diuino. Quia in hoc ſacramento requiritur maxima libertas, & metus in emptione, & uenditione & alijs cõtractibus impedit contractus ergo, & etiam hunc. Et Gen. 2. Propter hanc relinquet homo patrem, & matrem, & adhęrebit uxori ſuæ, ipſe adhærebit ſua uoluntate motus, & non ab alio. Idem tenet Gabriel. Palud. dicit quòd hoc

eſt ex inſtitutione eccleſię ſolum, quę poteſt dirimere matrimonia inquantum ſunt contractus quidam, quæ tamen ſecluſa inſtitutione eccleſiæ, eſſent vera matrimonia. Hoc dicit. 4 d. 28 q 1 ar. 3. Idem tenet Maior. 4 diſ. 26. q. 2. Vtrunque eſt probabile. Vocatur autem metus cadens in virum conſtantem, metus motus, cruciatus, vt dr̃ in cap. cum dilectus, de his quæ vi, metusvè cã fiunt; Metus ſtupri in muliere, ſiquis vellet eam opprimere ut contraheret, & ipſa hoc timens cõtrahit, nullum eſt matrimonium Metus vinculorum, & ſeruitutis. De ſeruitute habetur in lege, iſti quidem ff. qui metus cauſa. Et inſtit. ti eo. paraph. 1. 2. & 3. De uinculis habetur in l. nec timorem. ff eo. tit. Et etiã metus eorum malorum quæ iſtis æquiparantur. Sed quęritur, ſi quis contraxerit metu cadente in uirum conſtantem, & poſteà conſummauit copulam, an ſit matrimonium? Dico quod ſi conſentit voluntarie eſt matrimonium. Si vero nõ conſentit, non eſt matrimonium.

CONCLVSIO.

272 *Parentes non poßunt cogere filios ad matrimonium, nec filij tenentur ducere vxores ab libitum eorum parentum.*

Parentes Quęritur, an parentes poßint cogere

re

re filios ſuos ad matrimonium nō expectato eorum conſenſu? Reſp. quod non. Quia matrimonium eſt actio perſonalis, & requirit proprium conſenſum. Poſſunt tamen parentes ante legitimam ętatem filiorū paciſci pro eis, & ſi illi quando uenerint ad legitimam ętatem nō contradixerint, ſponſalia reputantur, quia patres ſunt procuratores eorum. Sed vtrum filij teneantur obedire parentibus in matrimonio, accipiendo quas parentes mādant, uel an peccent mortaliter contrahentes ſine conſenſu parētum? Reſp. quod liberi contrahentes ſine conſenſu parentum (immo etiam ipſis inuitis) non peccāt mortaliter ſecluſo ſcādalo; Quia licet teneātur eis obedire, non tamē in matrimonio, in quo vno ſunt domini ſui. Et ſi aliquæ leges dicant contrarium (come la ley de Toroque manda, quod tales exhęredentur.) Dico quod leges ciuiles non habent vim circa matrimonia, niſi ſint acceptatæ in iure canonico, hæc autem non eſt acceptata, immo nec in foro contentioſo iudicatur ſecūdum eam, non eſt dubium. Vide de hoc Couar. 2. part. de ſponſalibus. c. 3. parapho. 8.

nonpoſſut cogere filios ad matrimonium.

CONCLVSIO.

273 *Error perſonæ, & error conditionis*

per-

perſonæ impedit matrimonium, error vero qualitatis perſonæ non impedit.

Queritur, utrum error perſonæ impediat matrimonium. Reſp. Mag. 4. d. 30. & omnes dicunt quod ſic. Error perſonæ ut in Iacob. Error conditionis perſonæ, ut ſi puto me contrahere cum libera, & contraho cũ ancilla non tenet matrimonium. Error perſonæ impedit de iure naturali, quia tollit conſenſum. Iacob enim non cõſẽſerat in Liam. Error conditionis impedit iure poſitiuo, ut patet in ca. propoſuit, de coniugio ſeruorum. Factũ eſt autem hoc ab eccleſia rationabiliter. Quia contrahens cum ſerua manet quodammodo ſeruus, & filij manent ſerui; nõ eſt autem ęquum quod quiſpiam ſine culpa ſua puniatur tã graui pœna. Alij errores qualitatis, & fortunæ non impediunt matrimoniũ vt ſi putem eam pulchrã & eſt. deformis, diuitem & eſt pauper, ſanam & eſt ægra, bonam & eſt mala &c. Si uerò ſeruus putet ſe contrahere cum libera & ſi illa ſit ancilla, tenet matrimonium, ut dicit S. Th. in additionibus q. 52. art. 1. ad primum.

Error perſonæ, quã do impediat matrimoniũ.

CONCLVSIO.

274 *Vſus matrimonij propter ſolam delectationem eſt peccatum veniale.*

Quæ-

Quęritur, an uſus matrimonij propter ſolam delectationem ſit peccatū. Rèſpondeo ſecundum omnes quod ſic. Quia omnis actus qui non habet bonum obiectum, eſt malus, ſed talis actus non habet bonum obiectū [nam delectatio cum ſit quoddam naturale nullum obiectum bonum dicit,] ergo ille actus non eſt bonus, & ſic ſaltē erit otioſus, & per conſequens uenialis, cùm ſecundum S. Tho. non detur actus indifferens in indiuiduo. Itē talis actus eſt abſus matrimonij, ergo eſt peccatū. Antecedēs patet, quia matrimoniū nō fuit inſtitutū ad illud, ſed ad generandam prolem. Idem eſt de eo, qui comedit propter ſolam delectationem, quia comeſtionis finis nō eſt ille, ſed ſuſtentatio.

Matrimonium vſus propter delectationē eſt peccatum veniale.

Qui comedit propter delectationē.

CONCLVSIO.

275 *Videnda eſt quæſtio.*

Quæritur, vtrum uſus matrimonij propter uitandam tentationem carnis in ſeipſo, ſit peccatum. S. Thom. 4. d. 31. q. 2. art. 2. dicit quod eſt ueniale. Quia non fuit ad hoc inſtitutum, ſed ad bonum fidei, puta ad reddendum debitum, vel ob prolem generādam Et hæc eſt opinio ferè omnium ſanctorum ſuper illud. 1. Corinth. 7. Hoc autem ſecundum indulgentiam dico,

Vſus matrimonij ad uitandam tentationem an ſit peccatum.

dico, quia indulgentia eſt de peccato veniali. Sed forte intelligendus eſt S. Tho. vt ait Palude, quando habet alia remedia ad ſedandum paſſionem, puta orationē, vel ieiunium, &c Si vero non ſit aliud remedium, licitum erit accedere propter illum finem. Idem dicendum eſt de illo qui accedit, propter abundantiam ſeminis, quæ impedit ſanitatem, de quo S. Thom. vbi ſupra ad ultimum, dicit quod eſt ueniale; Albertus autem dicit quòd eſt licitum ſic accedere.

CONCLVSIO.

276 *Abuſus Matrimonij eſt peccatum mortale, vide in Textu.*

Abuſus vxoris. peccatum eſt.

Quæritur, an abuſus vxoris ſit peccatum mortale? Reſpondet S. Tho. ꝙ ſi ſit extra vas fœmineum, eſt mortale, & non eſt dubium de hoc. Si autem ſit intra vas, dubitant doctores an ſi fœmina ſupergrediatur viro ſit mortale? Caietanus ait, quòd ſi ex hoc impeditur generatio, eſt mortale. Et ita dicunt omnes doctores. Albertus Magnus dicit, ꝙ poteſt iſto modo ſequi generatio. Quia matrix nō ſolùm eſt receptiua, ſed & attractiua, & ideo credo quod non eſt mortale. Et idē putat Syluester verbo, debitum coniugale. §. 4. dicit tamen ꝙ tales ſunt grauiter repræhendendi.

CON-

CONCLVSIO.

277 *Actus coniugum non ſunt peccata mortalia, vide in Tex:*

Quęritur, an oſcula, amplexus, & tactus inter virum, & vxorem ſit peccatum? Reſpon. ſecundum & Caieta. & Sylueſtrũ, & omnes alios bene ſentientes, quod omnes prędicti actus quantumcunq; videantur impudici, ſi ultimare ordinantur ad copulam, non ſunt peccata. Et etiam ſi non ordinentur ad congreſſum ipſum, non erunt mortale. dummodo fiant ſine periculo pollutionis extra vas. Si em̃ ſunt cum tali periculo, erunt mortale. Sine illo autem vel erunt veniale, vel nullum peccatum. Aduertant in hoc cõfeſſores ne ſint nimis ſolliciti interrogatione horum, quę inter coniuges fiunt. Nec curent quod confiteātur de his venialibus, melius eſt enim quod ea ſileant. Et admonendi ſunt coniuges quod non tenentur illa confiteri, niſi quando ſunt mortalia. Et inſtruantur quando committũt mortale, & quando non. *Oſcula, & actus coniugatorum non ſunt peccata mortalia.*

CONCLVSIO.

278 *Coniuges tenentur reddere debitum ſub pœna peccati mortalis, & hoc intelligitur ſine detrimento ſalutis, & perſona.*

Quæritur, utrum coniuges teneantur *Coniuges*

tur

tenentur reddere debitum ſub pœna peccati mortalis.

tur reddere debitum ſub pœna peccati mortalis. Reſpondeo, ſecūdum omnes quod ſic. Quia corpus uxoris eſt uiri, & è contra: & ob id iniuriā facit qui negat alteri quod ſuum eſt. Et ſiquidem uir periclitetur de incontinētia, debet uxor reddere ſtatim debitū, quia eſſet periculum in mora. Si autē non ſit hoc periculum, non eſt mortale ſi per aliquod breue tempus differat. Neuter tamen coniugum tenetur reddere debitum cum detrimento ſalutis, uel propriȩ perſonæ. Vnde ſi ſit maritus leproſus, ò con mal de bubas ſi eſt periculum iudicio medicorum, non tenetur reddere. Quia licet ca. 2. de cōiugio leproſo, dicatur ꝙ non poteſt mulier ſana relinquere maritum leproſum, & quod tenetur reddere debitum. tamen intelligendum eſt quando hoc poteſt fieri ſine infectione ipſius uxoris.

CONCLVSIO.

279 *Videnda eſt tota quæſtio.*

Vir accedens ad uxorem menſtruatam, an peccet mortaliter.

Quæritur, utrum quando mulier patitur menſtruum, & ſanguinis fluxum posſit uir petere debitum, & illa teneatur reddere? Videtur quod non. Quia in lege ueteri erat prohibitum, & Hieron. dicit ſuper Eſaiam. 44. quod ſi cōceptio fiat tempore menſtrui, proles naſcitur leproſa, maculoſa, & debi

lis,

lis, quod & approbant naturales, ergo S. Thom. 4.d. 32. p. 2. art. 2. dicit duo. Primò quod in lege ueteri erat mortale, nã erat præceptum in contrarium. Leuit. 18. Secundò dicit quod præceptum illud partim erat cæremoniale, & partim morale, & ideo etiam nunc obligat ex ea parte, qua eſt morale, & ex dãno quòd ſequitur in prole. Pro huius igitur declaratione ponit San. Tho. diſtinctionem. Duplex eſt ſanguinis fluxus in mulieribus Quidam innaturalis, & perpetuus, ſicut erat ille, quem patiebatur mulier quæ tetigit fimbriam Chriſti. Et ſi uxor talem fluxum patiatur, licitum eſt quod reddat, & petat debitum. Quia melius eſt quod ſequatur fœtus defectuoſus quàm quòd nullus ſequatur. Alius eſt fluxus naturalis, qui prouenit in quolibet menſe. Et tunc non debet exigere, quia poſtea manet tempus Si autem uir neſciens illud petat debitum, reſpondeat, ipſa quod non benè ſe habet. Non tamen debet dicere ſe menſtruatam eſſe (ut ait S. Tho.) quia uiri faciliter ægre ferũt illud, & concipiũt horrorem de mulieribus, & ut hoc ſequatur, debẽt poti⁹ hoc tacere mulieres, uel alia uia ſe excuſare, quia debet dare operã, ut inter eos amor creſcat. Tamẽ ſi marit⁹ inſtet, illa non multũ

repu-

repugnet, ſed reddat debitum propter periculum corruptionis in uiro. Et quoniam non eſt certum, quòd ex tali concubitu ſequatur proles infecta, vel ſi ſequatur hoc erit raro, ideò maritus accedens ad vxorem menſtruatam, vel illa petens ab eo debitum, non peccant mortaliter, quicquid dicat Syl. ſed erit peccatum veniale, ut dicit Caietanus in ſumma, & Palud. Et ita tenendum eſt.

CONCLVSIO.

280 *Sponſa ante Benedictionem Eccleſiæ non tenetur reddere debitum.*

Sponſa ante eccleſię benedictionem non tenetur reddere debitū ſponſo petenti.

Quęritur, an ſponſa ante benedictionem eccleſiæ teneatur reddere debitum marito petenti? Reſpon quod infra duos menſes ante benedictionẽ eccleſiæ poſt matrimonium de præſenti non tenetur reddere debitum. Quia dantur illi ad hoc ꝙ ſi voluerit religionem ingredi, intret. Nec etiam poſt illos duos menſes tenetur reddere ante benedictionem eccleſiæ, ſicut nec tenetur marito petenti in eccleſia Quia vtrunq; eſt prohibitum.

CONCLVSIO.

281 *Accedens ad vxorem in diebus feſtiuis, uel in nocte quæ præcedit communionem, licet ſit irreuerentia non tamen eſt peccatum mortale.*

In magnis feſtiuitatibus dicũt ſancti,

ĉti, quod non debent conuenire inui cem, quia oportet vacare diuinis. Si tamen de facto conueniant, licet ſit aliqua irreuerentia, non tamē eſt mortale, & ſancti conſulunt quod melius eſt. Vir autem qui habuit rem cum propria vxore nocte præcedente communionem melius faciet non communicando illo die, ſed differat in alium diem, & idem de uxore. Si autem communicent non erit mortale, ſed ueniale propter irreuerentiam.

re ad vxorem in feſto an liceat.

CONCLVSIO.

282 *Varia eſt opinio.*

In loco autem ſacro non liceat accedere ad propriam, quia pollueretur eccleſia. Tempore tamen belli quando morantur in eccleſia per multum tempus, dicit Caiet. opuſc. 2. quæſtionum. q 14. dubio 4. & Palu. 4. d. 32. qđ non licet ullo modo accedere ad ſuā etiam vxorem. Maio. ait ꝙ illo tunc licet. Et Sylueſter dicit quod ſi timeatur corruptela in uiro, liceret uxori reddere ei debitum. Hoc eſt probabile, & fortè verum. Sed opinio Gaietani eſt ſecurior.

Accedere ad ſuam vxorem in eccleſia tēpore belli an liceat.

CONCLVSIO.

283 *Coniuges in ſenectute licite poſſunt vouere Caſtitatem cætera, vide in Textu.*

Quæritur, vtrum coniuges poſſint vouere continentiam? Reſpon. primò quòd hoc non expedit, ſi ſint in iuuẽtute propter periculum. Secundò dico quod ſi ex mutuo conſenſu hoc fecerint, licitum eſt, & votum tenet. Sed utrum alter ſolus poſſit uouere: dico quod male faciet, quia eſt in iniuriam alterius. Sed quęritur, an ſi fecerit uotum vir, poſſit nihilominus reddere debitum. S. Th. in additionibus ad tertiam partem.q. 53. art. 1. ad 4. dicitur quod tũc tenetur reddere, & licitum eſt exigere, cùm Paulus dicat; Nolite fraudare inuicem. Et non debet uir ponere ſe in tali ſtatu, quòd nõ ſit potens reuelare vxorem ab onere petendi debitum, Caiet. lib. 16. quæſtionum.q.16 dicit quod tale uotum tenet. Et vir non poteſt petere, licèt tamen teneatur reddere. Idem dicit Pal. Sed mihi magis placet opinio. S. Tho. Et ita tenendum eſt

CONCLVSIO.

184 *Varia eſt opinio, ſed cõmunior, quod Papa non poteſt diſpenſare in matrimonio rato, ſed non conſumato. Vide queſtionem.306*

In matrimonio rato nõ conſummato. Quæritur, vtrum Papa poſſit diſpẽſare in matrimonio rato non conſummato. Communis opinio Canoniſtarum eſt, ꝙ poteſt, & quòd ſic diſpenſati

ſati poſſunt tranſire ad ſecundas nuptias ex iuxta, & rationabili cauſa ad petitionem amborum coniugū. Hoc Ioannes Adreas ſuper cap. ex publico. in ſuis nouellis. Et Archidiaco. in c qua propter 28. q. 2. Et Benedictus in c.ex publico. Syluester allegat pro hac opinione ſummam Angelicam, S Antonius. 3.p ti. 1.c.22. uidetur eſſe cum canoniſtis, & dicit ſe legiſſe bullas Martini quinti, & Eugenij iiij. in quibus diſpenſatum eſt circa hoc. Et Caietan quodlibet. 1. quæſt. 13. tenet quod Papa poteſt diſpenſare. Hæc opinio uidetur probabilis, ſed malo tenere cum opinione cōmuni, quod Papa non poteſt diſpēſare. Nam Paulus dicit. 1. Corinth 7 His autem qui matrimonio cōiuncti ſunt, præcipio non ego, ſed dominus, uxorem a uiro non recedere. Et Matth. 19. Quos Deus coniunxit homo non ſeparet. Et cum Chriſtus dixerit ibidem ꝙ nō licet uxorem dimittere, niſi propter fornicationem, iam inueniretur alia exceptio, ſcilicet diſpenſatio Papæ. Teneamus igitur cum tota caterua Theologorum, quod Papa non poteſt diſpenſare in matrimonio rato. Vide Syluestrum uer. Diuortium. §. 1. & 4.

to, an poſſit Papa diſpenſare.

CONCLVSIO.

285 *Impedimenta matrimonij ſunt in duplici differentia, quędam impediunt, ſed non dirimunt contractum, quædam faciunt utrunque effectum. Cętera vide in textu.*

Impedimēta matrimonij duplicia, quædam dirimentia alia impedientia.

Quæritur, de impedimentis matrimonij. Sunt quidem aliqua quæ impediunt matrimonium, tamen ſi fiat factum tenet, ut eſt tempus in quo matrimonium fieri prohibetur, & tamen ſi fiat in diebus prohibitis, factum tenet. Alia ſunt impedimenta quæ impediunt matrimonium faciendum & dirimunt factum, & hęc ſunt ſexdecim in his verſibus contenta;

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus diſparitas, uis, ordo, ligamē, honeſtas
Si ſis affinis, ſi forte coire nequibis.
Hæc facienda uetant connubia facta retractant.

Agamus igitur de his omnibus.

CONCLVSIO.

286 *Impotentia ad concubitum ſi ſit perpetua, et ante matrimonium impedit eū.*

Impotentia perpetua dirimit matrimonium.

Quæritur, an ſi fuerit aliquis impotens ad concubitum, teneat matrimonium cum illo? Reſpondeo, quod duplex eſt impotentia. Quędam perpetua, & hęc tam in uiro, quàm in fœmina irritat matrimonium, ut ſi ſpado contrahat matrimonium non tenet,

net, ut in c.1.de frigidis & maleficiatis. Si autem poſt matrimonium ſuperueniat impedimentum non irritat matrimonium. Nam quod ſemel fuit matrimonium, ſemper erit firmum. Et hoc impedimentum iure naturali irritat matrimonium, ſicut iure naturali prohibentur duæ fœminæ contrahere inuicem. Sed quomodo cognoſcetur an talis impotentia ſit perpetua? Reſp. quod debent eſſe per triennium iuncti, & dare operam rei uxoriæ, & ſi poſt triennium conſtet de impotentia alicuius, debent ſeparari, ut habetur in cap. laudabile in illo titulo. Sed ſi ſtatim poſſit agnoſci quod ſit impotentia perpetua, ſtatim debēt ſeparari. Vide Syluestrum uerb. matrimonium 8, parapho ult.

CO ONCLVSIO.

287 *Vir ante decimumquartum annum, et fœmina ante duodecimum non poſſunt contrahere, in ſeptimo uerò ſponſalia poſſunt fieri.*

Quæritur, de pueris habētibus quidē uſum rationis, an poſſint contrahere ante decimum quartum annum Reſp quod non. Quia eſt determinatio eccleſię quòd pueri ante decimū quartum annum, & puellę ante duodecim non poſſint contrahere, ut pa

Pueri ante decimū quartum annum nō poſſunt cō trahere.

tet in c puberes,& c. continebatur de deſponſ impube. quod fuit determinatum propter rationem Ariſto.dicẽtis, quod ante illam ætatem non ſunt habiles ad generandum. Si tamen ante prædictam ætatem cõtrahant, quanuis non ſit matrimonium, ſunt ſponſalia, ex iuris diſpenſatione,& tenentur poſtea contrahere, ut patet in ca. unico de deſpon.impub lib.6. Si autẽ parum ante legitimam ætatem cõtrahant & conſumment matrimonium, utputa uir in anno. 13. & fœmina in 11. erit uerum matrimonium, ut habetur in c. de illis. 2. de ſponſatione impuberum. Et etiam circa iuris determinationem, patet ꝙ ſit ibi verum matrimonium, quia illa erant ſponſalia, & copula ſuperueniens facit matrimonium. ergo. Et ſi ſint iam habiles ad generandum, etiam ſi non con ſummauerint, erit matrimoniũ, malitia ætatem ſupplẽte, ut etiam ait tex. Sponſalia verò ex iuris diſpoſitione pñt celebrari in ſeptennio,& etiam ſi ſint prope ſeptennium, ut tenet San. Th.4.d.27.& eſt communis opinio, licèt Panorm. teneat contrarium.

Spõſalia circa ſeptennium celebrari poſſint.

CONCLVSIO.

288. *Concluſio non eſt neceſſaria.*

Maleficium, &

Sequitur aliud impedimentum, ſcilicet maleficium, quod aliquando arte

te dęmonis(de quo ait Iob quòd non eſt poteſtas ſuper terram, quæ compa retur ei)inuenitur inter couiuges Poteſt enim maritum reddere frigidum, & facere ne poſſit membrum erigere, & impedire deciſionem ſeminis applicando actiua paſſiuis. Quamuis poſſit eſſe tantus amor inter coniuges,quòd eorum calor prępaleat,& ſuperet ea,quæ dæmon apponit, ut infrigidet. Vnde dicit Albertus magnus quod iſta maleficia maximè contingunt circa ruſticos. *ligamen impedit matrimonium.*

CONCLVSIO.

289 *Maleficium ante matrimonium ſi exiſtat perpetuum impedit eum, etiam quòd ſit contractum.*

Quęritur, ergo an hoc ligamen impediat matrimonium? Reſpondeo, quod ſi hoc contingat poſt matrimonium factum non impediat. Si vero ante matrimonium, tunc ſi eſt perpetuum,impedit, ſi autem ſit temporale,non impediat,ſic habetur in capite ultimo de frigidis Cognoſcetur autẽ hoc maleficium, ſi poſſit cum aliena, & non cum propria. Et debent ſimul habitare per triennium, & ſi non poſſint conuenire, tunc reputabitur maleficium perpetuum.

CONCLVSIO.

290 *Si aliquis in amentia contrahit matrimonium non tenet.*

Amētia & ſuria an impediat matrimonii

Quæritur, an amentia ſeu furia impediat matrimonium? Reſp. ꝙ amentes non poſſunt contrahere, & ſi contrahant matrimonium, non tenet. Quia ad matrimonium requiritur cōſenſus & uſus rationis, quo illi carēt. Item nemo ſe poteſt ad aliquid obligare niſi uoluntarie & libere, iſti autē non habent libertatem arbitrij, ergo, Ad irritandum verò matrimonium, non ſufficit quod amentia præceſſerit, vel ſequitur ipſum matrimoniū, ſed requiritur, ꝙ ſit amens tempore, quo contrahit. Si autem poſt matrimonium contractum uir inciderit in amentiam, non dirimitur matrimonium; & puto probabiliſſimum quod tunc non teneatur vxor reddere debitum marito petenti, quia non liberè petit, niſi timeat corruptelas alias in uiro & quòd quęrat alienas.

CONCLVSIO.

291 *Si aliquis cognoſcit conſanguineam uxoris ſuæ ante matrimonium, uel poſt ſponſalia, ſeparatio debet fieri.*

Crimen inceſtus impedit matrimonium.

Quæritur, de impedimento criminis quod eſt inceſtus, an ſi quis cognouit aliquam, & poſtea contrahit cum ſorore eius, teneat matrimonium.

Reſp.

Reſpō.quod crimen inceſtus dupliciter impediet matrimonium.Vno modo propter affinitatem, quia affinis illius, cum qua contrahit intra quartum gradū: & de hoc dicemus infra. Alio modo habet impedire matrimonium ex hoc ꝙ cognouit conſanguineam eius cum qua contrahit; & de hoc quærimus utrum tale crimen inceſtus impediat matrimonium.Reſp. S.Tho.in additio.q.58. arti 4 quod ſi quiſpiam cognouit conſanguineam uxoris ante matrimonium contractū & etiam poſt ſponſalia, debet matrimonium ſeparari propter affinitatem quam contraxit cū ſua ſponſa cognoſcendo conſaguineam eius. At ſi talis inceſtus ſequatur poſt matrimonium iam contractum & conſummatum,non dirimit illud,ſed in pœnam peccati non poteſt vir petete debitum à propria vxore,& ſi petat,peccat mortaliter,nec uxor tenetur ei reddere debitum. Si tamen uxor petat, tenetur reddere, quia uxor non debet puniri pro peccato viri. Habentur de hoc plura capita, in titulo; Si quis cognouerit conſanguineam uxoris ſuæ. Et 32 q.7. c ſi quis uiduam, & c. qui dormierit,& ca.concubuiſti. Verum eſt, quod ſi quis ignorans eſſe conſanguineam uxoris ſuæ, accederet ad eam,

quod poterit petere debitũ ab uxore, quia illud non fuit peccatũ inceſtus, ſed fornicationis. Hoc dicunt Doct. & Palu 4 d.34 q.1 art.1. Idem etiam dicendum eſt ſi mulier concubuit cũ conſanguineo mariti intra quartum gradum, eadem enim pœna punietur, qua maritus, ſcilicet ꝙ non poterit exigere, & tenebitur reddere debitum.

CONCLVSIO.

292 *Per fornicationem poſſunt ſeparari coniuges. Caſus ecceptuantes vide in Textu.*

Fornicantẽ uxorẽ poteſt dimittere maritus niſi in quibuſdã caſibus.

Quęritur, an cauſa fornicationis poſſit uir uxorem dimittere. Reſpon. quod ſic. Eſt enim expreſſum in Euãgelio Matt. 19. & eſt ſecundum ius naturale, quia oportet quod maritus ſit certus de prole ſua, quod non poteſt certo ſciri, ſi ſit adultera uxor. Item quia matrimonium eſt contractus, & dant ſibi inuicem fidem coniuges, ergo altero frangente, alius remanebit liber. Excipiũtur aliqui caſus ab hac regula. Primus ſi ambo commiſerint adulterium, quia iam eſt ibi recõpenſatio Iſte caſus & alij ſequentes ſunt expreſſi in iure. 32.q.6. per totam. Secundus ſi maritus propriam uxorem proſtituerit pro pecunia, uel alia re. Hic ponitur in cap. diſcretioni. de eo qui cognouit conſanguineam uxoris ſuæ.

ſuæ. Addit Palude, quod idem eſt iudicium, ſi ipſe maritus uiderit & non prohibuerit. Tertius ubi uxor putans ſecum uiro cōgredi, decepta eſt ignoranter, aut contraxit putans eſſe mortuum; Hoc habetur in c. cùm per bellicam, 34 q. 1. & 2. & ibidem c. ī lecto. Quartus ſi fuerit ui oppreſſa, ut habetur in c. propoſito, 32. q. 5. Quintus ſi uir poſtquam reconciliatus eſt uxori, cognouerit eam, tunc non poterit eā relinquere, ut dicitur 32. q. 1. cap 1. & 2. in l crimen. C. de adulterijs. Sextus ſi vxor infidelis ab eo repudiata contraxerit cum aliquo, & poſtea veniant ambo ad fidem, debent iterum conuenire, extra de diuortijs c. gaudemus. §. vlt.

CONCLVSIO.

293 *Vir propter adulterium vxoris, poteſt eam dimittere, licet non ſub præcepto. Cæter a vide in Textu.*

Quæritur, an uir teneatur dimittere uxorem adulteram? Reſp. ꝙ non, ſed poteſt cum ea manere, niſi uxor ſit adeo incorrigibilis, ꝙ ratione ſcandali ne maritus in peccatis eius videatur conſentire, tūc n. tenetur ab ea ſeparari. Hæc uero ſeparatio ab uxore adultera, quo ad thorum quidē poteſt fieri ſine iudicio eccleſiæ, quo ad habitationem uerò non. Ita tenent omnes

Vir quādo tenetur uxorē adulteram dimittere.

doctores.Limitat tamen Syluest. verbo diuor.8. quod illud eſt uerum,quādo adulterium eſt occultum, ſi enim ſit notum, ꝙ adultera illa cum mœcho plures dies habitauerit, tunc ſine licentia eccleſiæ poteſt ab ea ſeparari quo ad habitationem. Patet ex cap.ſignificaſti de diuortijs,ubi eſt caſus expreſſus. Idem tenet Ioan.Andr. in ca. plerunque,de donationibus inter uirum & uxo.

CONCLVSIO.

294 *Sacer ordo, dirimit matrimonium. Vide textum.*

Ordo impedit matrimoniū

Quæritur,an ordo impediat matrimonium. Reſpō. quod ſic, ſed ſolùm de iure poſitiuo. Vnde etiam dicit S. Thom. quod Papa ex rationabili cauſa poteſt diſpenſare. Nec Græci ſacerdotes utentes uxoribus, faciunt contra ius diuinum. Dico igitur,quod ſacerdos,diaconus,& ſubdiaconus,non poſſunt contrahere, quia eſt prohibitum ab eccleſia. Si autem contrahāt, matrimonium eſt ipſo facto nullum. Si uerò poſt matrimoniū ratum quiſpiam ordinetur, non dirimitur matrimonium,ſed tenetur manere cum uxore. ut patet in extrauaganti antiqua,Ioan.22.

CONCLVSIO.

295 *Videnda eſt quæſtio.*

Quæ-

Quæritur, an ſi quis occiderit propriam uxorem, ut contrahat cum concubina matrimonium, ſit ualidum? Reſpon. ꝙ tale matrimonium eſt irritum & nullum ex determinatione eccleſiæ in c. ſuper hoc de eo qui duxit in matrimonium quam polluerat per adulterium. Sed ſi econtrario uxor uirum occiderit, ut contrahat cum adultero, matrimonium tenebit, quia in iure de hoc nihil eſt cantum. Si uerò aliquis dederit fidem concubinæ, quod vxore mortua contrahet cum illa, non poteſt contrahere cum ea. Vide iura in illo titulo, de eo qui uxit, &c. At ſi quiſpiam occiderit vxorem deprehēſam in adulterio, peccat mortaliter ſecundum S.Thō. quamuis iura hoc non puniant. Si uerò talis adultera ſit à iudice damnata ad mortem, poterit maritus eam occidere ſicut lictor, quicquid dicant canoniſtæ Non poteſt tamen maritus ad hoc cogi ſicut lictor.

Occidens uxorem, ut cũ cōtrahat cum concubina, nō poteſt cum ea contrahere.

Occidens uxorē in adulterio deprehenſam, peccat.

CONCLVSIO.

169 *Votum ſolenne impedit matrimoniū, & dirimit contractum, ſimplex uero impedit contrahendum.*

Quæritur, vtrum uotum impediat matrimonium. Reſpo, quod duplex eſt uotum. Quodam eſt ſolenne, alterum uerò ſimplex. Votum ſolenne impedit

Votū ſimplex, & ſolenne impedit.

trimonii, ſed diuer ſimode. dit contrahendum,& dirimit contractum. Votum autem ſimplex impedit contrahendum,ſed nõ dirimit cõtractum. Sunt de hoc multa iura expreſſa in titulo de uoto.Et qui poſt votum ſimplex caſtitatis contraxit, peccat quotieſcunque exigit debitũ, poteſt tamẽ reddere non ſolum quando vxor petierit,ſed ẽt quandocunq; ſibi videbitur honeſtum accedere ad eam, aut quando ſenſerit quod ipſa uult, aut quod eget, aut quod eſt periculũ incontinentiæ,ut dicit S Th. in additionibus q.83 art.1.ad quartum.

CONCLVSIO.

297 *Fidelis cum infideli non poteſt contrahere.*

Fidelis cũ infideli contrahere non poteſt. Quęritur, an cultus diſparitas(hoc eſt infidelitas) impediat matrimoniũ? Reſp.qđ inter infideles ſunt uera matrimonia.Et ita tenent omnes,& non determinatio eccleſiæ in cap. gaudemus,de diuortijs. Secundò dicit San. Th.ꝙ inter infideles non eſt tã perpetuum, & tam indiſſolubile matrimonium, ſicut inter fideles,quia non eſt ſacramentum, ac proinde nec cõfert gratiã,ſed eſt quidã contractus humanus. Si aũt contrahat fidelis cum infideli,matrimoniũ eſt nullũ de iure poſitiuo, quia eſt prohibitum ab eccleſia,ut patet in Conc. Tole.4.ca.61.&

in

in Conc. Agathenſi. Cap. 67

CONCLVSIO.

398 *Inter propinquos tam affines quam conſanguineos uſque ad quartũ gradum, prohibitum eſt matrimonium, in recta vero linea, eſt prohibitum in infinitum, vide* Textum.

Cognatio carnalis in quibus gradibus impediat matrimonium.

Quæritur, an cognatio carnalis impediat matrimonium. Reſp. primò, quod iure naturali prohibiti ſunt parentes contrahere cum liberis. Nam omnes homines, etiam gentiles, damnant tali connubia, nec de hoc quiſpiam dubitat. Et ſunt egregiæ rationes asſignatæ in ſacra ſcriptura. Vide S. Th. & etiam cum alijs deſcendentibus in linea recta, eſt prohibitum, &c. Item in primo gradu tranſuerſali inter fratres & ſorores, probabile eſt qđ eſt contra ius naturale; Prohibiti verò ſunt ab eccleſia quatuor gradus, qui irritant matrimonium, ut patet in ca. non debet, de conſanguinitate & affinitate. Fuerunt antiquitus prohibiti ſeptem gradus, ut patet 35. q. 5. Papa tamen poteſt diſpenſare in gradibus qui non ſunt prohibiti iure naturali, ut ſic pax inter familias, uel ob confederationẽ regnorum, vel ob aliam rationabilem cauſam. In 4. aũt gradu cauſa rationabilis eſt, quòd ipſi contrahentes petant. Diſpenſatio tamen

men in gradibus iure humano prohibitis fieri ſolita cauſa quæſtus nihilominus tenet. De computatione conſanguinitatis uide Syluestrũ & alios. Impedit etiam matrimonium affinitas, uſque ad quartum gradum, ut patet in ca. non debet, de conſanguinitate & affinitate. Et non ſolùm affinitas eſt inter conſaguineos uxoris, ſed et inter conſaguineos ſcorti, & concubinæ meæ. Quamuis (ut credo) hæc ultima affinitas cõtrahatur propter ius humanum, & non ex natura rei, ut prima. Eſt autem regula ad computandũ affinitatem, quod in eodem gradu ſum affinis Petro, in quo uxor eius eſt mihi conſanguinea.

Affinitas uſque ad quartum gradum.

Aliter decreuit Conc. Tr. Seſſ. 24. ca. 3. & in Bulla Pij V. quæ incipit; Ad Romanũ Pontificẽ

CONCLVSIO.

299 *Cauſa publicæ honeſtatis impedit matrimonium in primo gradu, vt habetur in Concilio Triden. Seß. 24. cap. 3.*

De impedimento publicę honeſtatis, cauſato ex ſponſalibus de futuro, dico quod eſt uinculum inuentum ab eccleſia quæ decreuit, quod per hoc, quod ſi aliquis contraxit ſponſalia cũ Maria, non poſsit contrahere cũ conſanguinea eius uſque ad quartum gradũ. Et impedit matrimonium eodem modo ac affinitas, ut patet in c. ex ſpõſalibus de ſponſalibus lib. 6.

Publica honeſtas.

CON-

CONCLVSIO.

300 *Parentes tenentur alere filios ſuſceptos ex concubina, non autem ſuſceptos ex adulterio, uel Moniali bene tamen eſt eos etiam alere.*

Quæritur, an parentes teneantur alere filios illegitimos? Reſpon quod non eſt dubitandum quin tam pater quam mater teneantur alere filios, qui nondum attigerunt uſum rationis. Quia omnes gentes putant damnabile relinquere filios in ętate infantili, in qua non poſſunt ſibi uinctum quærere. Et ſi exponant eos vt ab alijs alantur, videtur certè quod peccent mortaliter. Secundo dico quòd conſiderando prædictos filios poſtquā habent uſum rationis, eſt diſtinguēdū. Nam quidam filij illegitimi ſunt, qui uocantur naturales, ſoluti cum ſoluta, ſuſcepti ex concubina. Alij ſunt ex concubitu damnato, ut ſuſcepti ex adultera, uel moniali, qui uocātur ſpurij. Et in iure determinatur, ꝙ parentes teneantur alere primos filios, qui habentur à concubina tanquam ab uxore Alios vero filios ſpurios nō tenentur parentes alere. Et in pœnam illius damnati coitus prętereuntur in teſtamentis, ut homines ab huiuſmodi concubitu peſſimo arceantur.

Parentes an teneātur alere filios illegitimos.

CON-

CONCLVSIO.

301 *Amicus cui pater reliquit bona ut det filio ſpurio tenetur dare, & ille licitè poteſt accipere.*

Amicus cui pater reliquit bona pro filio ſpurio, tenetur ille ei dare, & ſpurius licitè recipit.

Sed quid de caſu qui ſæpe eſt vſu, ego habeo filiam ſpuriam, quam non poſſum inſtituere hæredẽ, quia leges hoc uetant, uoco amicũ meũ, & conſtituo eũ hęredẽ tali pacto, ꝙ omnia bona det filię meæ, utrũ talis amicus teneatur dare bona illa filiæ? & vtrum filia cum bona conſciẽtia poſſit ea retinere, accipere & poſſidere, poſtquã lege municipali prædicta bona sũt vallata? Reſp. quod omne promiſſum eſt de iure naturali adimplendũ, & ideo talis amicus in foro conſcientiæ tenetur dare ea bona filię meę, ſi Rex illa non conſiſcauerit, illa licitè recipiet, & poſſidebit licitè in foro conſciẽtię non eſt dubium.

CONCLVSIO.

302 *Quomodo cognatio ſpiritualis impediat matrimonium, vide Conci. Trid. Seſſ. 24. Cap. 2*

Cognatio ſpiritualis impedit matrimonium

Quæritur, an cognatio ſpiritualis impediat matrimonium? Cognatio iſta ſpiritualis diffinitur à S. Tho. & alijs, ꝙ ſit propinquitas quædam orta ex hoc ꝙ aliquis confert ſacramentũ, uel tenet aliquem ad ſuſcipiendũ ſacramentũ baptiſmi ſcilicet vel confir

ma-

mationis. Triplex eſt igitur cognatio ſpiritualis. Quædam quæ uocatur paternitas, quæ eſt inter regenerantem, & regeneratum, & capio regenerationem ut ſe extendat ad cõfirmationẽ, nam in propoſito idem eſt iudicium de confirmante, & de baptizante, & talis non poteſt contrahere cum baptizato, uel confirmato. & cũ uxore eius iam ab eo cognita, & cũ filius eorum. Secunda uocatur compaternitas, quę eſt inter patrem ſpiritualem, & patrẽ naturalem, & matrem naturalem. Vide c primum de cognatione legali libro 6. vbi omnia iſta ponuntur.

CONCLVSIO.

303 *Cognatio legalis impedit matrimonium inter adoptantem, & adoptatum filium, inter fratres verò quando filius tranſit in poteſtatem patris.*

Cognatio legalis contrahitur per hoc quod quis adoptat ſibi filium. Et ſunt duæ ſpecies huius cognationis, ſcilicet paternitas, & fraternitas. Paternitas contrahitur inter adoptantẽ & filium adoptiuum, qui quidem nõ poſſunt contrahere. Fraternitas vero contrahitur inter filios naturales adoptantis, & inter adoptatiuum. Et ẽt impedit matrimoniũ ſi filius adoptiuus tranſit in poteſtatem adoptantis, ſed *Cognatio legalis impedit matrimonium.*

ſi non tranſit (quod ſit quando adoptans moritur, uel quando adoptatus emancipatur ab adoptante) tunc poteſt contrahere cum filiabus adoptantis, ut patet in c. ſi qua. de cognatione legali.

CONCLVSIO.

305 *Nec illi ſoli, nec omnes gradus expreſſi in Leuitico impediunt, & dirimunt matrimonium.*

Qui affinitatis gradus impediũt matrimonium contrahendũ uel dirimunt contractum ex uetuſtioribus]. Quæritur, an omnes illi, & ſoli conſanguinitatis, & affinitatis gradus qui Leu. 18. exprimuntur, poſſint impedire matrimonium contrahendum, & dirimere contractum. Reſpondetur negatiue quod nec omnes illi, nec illi ſoli, & ita firma fide tenendum eſt: nam in Conc. Tri. Seſſ. 24. Can. 3. hoc diffinitur his uerbis; Si quis dixerit eos tãtũ conſaguinitatis, & affinitatis gradus, qui in Leuit. exprimuntur, poſſe impedire matrimonium cõtrahendũ & dirimere contractum, anathema ſit.

CONCLVSIO.

305 *Eccleſia habet poteſtatem impedimenta annullare, & alia de nouo facere circa matrimonia.*

An eccleſia poſſit certas leges ſtatuere cir- Quæritur, an in eccleſia catholica ſit authoritas, & poteſtas ad condendum de nouo aliqua legitima impedimenta, quæ impediant matrimonium contrahendum, & dirimant contractum.

ctum. Similiterque habeat poteſtatē deponendi;& annullandi ea impedimenta, quæ olim legitimè impediebant matrimonium contrahendum, & dirimebant contractum. Reſpondetur affirmatiuè, & ita firma fide tenendum eſt, ſic enim diffinitur in illo 3. Can. his uerbis; Si quis dixerit non poſſe eccleſiam in nonnullis illorum Leuitici impedimentis diſpenſare, aut conſtituere ut plures impediant & dirimant, anathema ſit. Item probatur quod eccleſia catholica prædictam habeat poteſtatem. Nam olim cõſanguinitas impediebat, & dirimebat matrimonium, vſque ad ſeptimũ gradum, poſtmodum autem fuit ordinatum & ſtabilitum, ut non impediat niſi uſque ad quartum gradum, ut habes de conſanguinitate, & affinitate, c. quare. Item olim uſque ad Conci. Trid. affinitas ex fornicatione contracta impediebat, & dirimebat matrimonium vſque ad quartum gradũ. At verò nunc poſt Concilium prædictum non impedit, nec dirimit niſi uſque ad ſecundum gradum, ut habes ſesſione proprius allegata. cap. 4. Item cognatio ſpiritualis quę naſcitur ex adminiſtratione ſacramenti baptiſmatis, & ſacramenti confirmationis olim per tres gradus matrimoniũ impe-

ca matrimonium.

impediebat. At iam poſt præallegatũ concilium duntaxat in duobus gradibus matrimonium impedit & dirimit, ut habes in loco nunc præallegato. cap. 2

Item publicæ honeſtatis iuſtitia, quę ex ſponſalibus, de futuro oriebatur, impediebat, & dirimebat matrimonium, etiam ſi eſſent in ualida ſpõſalia, dum tamen inualidatio illa non perueniret ex defectu conſenſus contrahentium. At verò poſt Trid. Conc. cap. 3 loco citato nihil impediunt, ſi ſint inualida; Vndecunque inualidatio fuerit orta.

Itẽ publicæ honeſtatis iuſtitia quæ olim per plures gradus impediebat, & dirimebat matrimonium, iam nũc vt patet in c. illo 3. proximè allegato, nõ excedit primum gradum.

Item clandeſtinus matrimonij cõtractus temporibus ante actis non dirimebat matrimonium ſic contractũ, nunc iam dirimit ipſum, vt ſancitum eſt in eodem Concilio, & Seſ. de reformatione matrimonij c. 1. Habet ergo eccleſia poteſtatẽ, & authoritatem ad condendum de nouo legitima impedimenta, quæ & impediant & dirimãt matrimonium, & ut quæ olim illud legitimè impediebant & dirimebant, iam neutrum faciant.

CON-

CONCLVSIO.

306 *Matrimonium ratum, & conſummatum non poteſt diſsolui quo ad uinculum, ratum verò, & non conſummatum poteſt diſſolui vel per profeſſionem alterius, uel per diſpenſationem ſummi Pontificis. Vide quæſtionem. 284.*

An aliq̃bus cauſis diſſolui poſſit uinculum matrimonij iam aliàs validum.

Quæritur, an ſint aliquę cauſę propter quas matrimonium inter fideles ſemel ualidum & firmum diſſolui quo ad uinculum poſſit. Reſp. ꝙ ſi de matrimonio rato & conſummato ſit ſermo, ſub Deo & Chriſto Ieſu Domino noſtro [ſola morte alterius coniugũ excepta] nulla eſt cauſa, nullaque poteſtas, qua poſsit matrimoniũ quo ad uinculum diſſolui. Hæc ſententia eſt cõmunis, & unanimis, omniũ ſanctorum doctorũ aſſertione probata, quæ liquido conſtat, de illo, Matt. 19. Quos Deus cõiunxit, homo non ſeparet. Eſſetq; hæreticum oppoſitum aſſerere. Dicimus ſecundò, quod ſi de matrimonio rato nõ tamen cõſummato loquamur, una eſt cauſa, qua, quo ad ninculum diſſolui poteſt. Et hæc eſt ſolẽnis profeſſio religionis. Et ita firma fide tenendum eſt. Sic enim uſus totius eccleſiæ catholicę docuit ab antiquo, & inſuper ita diffinitum eſt in Conc. Trid. Seſſ. 24. de matrimonio.

Can.

rum, ſeu quo ad cohabitationem, ad certum vel incertum tempus fieri poſſe decernit, anathema ſit.

CONCLVSIO.

308 *Benedictiones, & cæremoniæ obſeruãdæ ſunt in matrimonij celebratione, quæ iure certis anni temporibus prohibita eſt fieri.*

Nuptiæ certis temporibus celebrari non debent.

Quæritur, an ſolennitas nuptiarũ certis temporibus fieri prohibita licita ſit, ſintq; merito obſeruandæ benedictiones, aliæque cæremoniæ quibus eccleſia in ſolẽnitate nuptiarũ vtitur. Reſp. affirmatiuè, & ita ſecundum fidẽ tenendum eſt, quoniã ſic diffinitur in prædicto Conci. & Seſſ. Can. 11. cuius uerba ſunt; Si quis dixerit prohibitionem ſolennitatis nuptiarum certis anni temporibus, ſuperſtitionẽ eſſet tyrannicam, ab ethnicorum ſuperſtitione profectam, aut benedictiones & alias cærimonias, quibus eccleſia in illis utitur damnauerit. Anathema ſit. Sunt autem cauſæ matrimoniales ad iudices eccleſiaſticos deferendæ, ad quos propriè ſpectant: ſic enim diffinitum eſt in prædicto Concilio, & Seſſ. Cano. 12. his uerbis; Si quis dixerit cauſas matrimoniales non ſpectare ad iudices eccleſiaſticos, Anathema ſit.

CON-

CONCLVSIO.

309 *Profeſſi ſolemniter non poſſunt contrahere matrimonium, & ſi de facto contrahunt, irritum eſt & inane.*

Quæritur, an profesſi ſolenni uoto caſtitatem, & etiam illi, qui in ſacris ordinibus ſunt conſtituti, posſint matrimonium contrahere, quod firmum ſit, & ualidum. Reſpondetur negatiuè, neque enim licitè contrahere poſſunt; & quod contrahant, totum eſt irritum & inane: nam ita diffinitur ubi ſupra Cano.9. his uerbis? Si quis dixerit clericos in ſacris ordinibus conſtitutos, vel regulares, caſtitatem ſolenniter profeſſos; poſſe matrimonium contrahere, contractumque ualidum eſſe, non obſtante lege eccleſiaſtica, uel uoto, & oppoſitum nihil aliud eſſe quàm damnare matrimonium, poſſeque omnes cõtrahere matrimonium, qui non ſentiunt ſe caſtitatis, etiam ſi eam uouerint, habere donum, Anathema ſit. Cùm Deus id rectè petentibus non deneget, nec patiatur nos ſupra id quod poſſumus tentari.

Profeſſi ſolẽniter caſtitatẽ matrimonium cõtrahere, nequiunt.

CONCLVSIO.

310 *Iure prohibitum eſt in eccleſia latina, ne illi qui in ſacris ſunt matrimonio coniungantur.*

trimonii, ſed diuerſimode. dit contrahendum,& dirimit contractum. Votum autem ſimplex impedit contrahendum,ſed nō dirimit cōtractum. Sunt de hoc multa iura expreſſa in titulo de uoto.Et qui poſt votum ſimplex caſtitatis contraxit, peccat quotieſcunque exigit debitū, poteſt tamē reddere non ſolum quando vxor petierit,ſed ēt quandocunq; ſibi videbitur honeſtum accedere ad eam, aut quando ſenſerit quod ipſa uult, aut quod eget, aut quod eſt periculū incontinentiæ,ut dicit S Th. in additionibus q.83.art.1.ad quartum.

CONCLVSIO.

297 *Fidelis cum infideli non poteſt contrahere.*

Fidelis cū infideli contrahere non poteſt. Quæritur, an cultus diſparitas(hoc eſt infidelitas)impediat matrimoniū? Reſp.qđ inter infideles ſunt uera matrimonia.Et ita tenent omnes,& non determinatio eccleſiæ in cap. gaudemus,de diuortijs. Secundò dicit San. Th.ꝙ inter infideles non eſt tā perpetuum, &.tam indiſſolubile matrimonium, ſicut inter fideles,quia non eſt ſacramentum, ac proinde nec cōfert gratiā,ſed eſt quidā contractus humanus. Si aūt contrahat fidelis cum infideli,matrimoniū eſt nullū de iure poſitiuo, quia eſt prohibitum ab eccleſia,ut patet in Conc. Tole.4.ca. 62.& in

in Conc. Agathenſi. Cap.67

CONCLVSIO.

398 *Inter propinquos tam affines quam conſanguineos uſque ad quartũ gradum, prohibitum eſt matrimonium, in recta vero linea, eſt prohibitum in infinitum, vide* Textum.

Quæritur, an cognatio carnalis impediat matrimonium. Reſp. primò, quod iure naturali prohibiti ſunt parentes contrahere cum liberis. Nam omnes homines, etiam gentiles, damnant tali connubia, nec de hoc quiſpiam dubitat. Et ſunt egregiæ rationes aſſignatæ in ſacra ſcriptura. Vide S. Th. & etiam cum alijs deſcendentibus in linea recta, eſt prohibitum, &c. Item in primo gradu tranſuerſali inter fratres & ſorores, probabile eſt qđ eſt contra ius naturale; Prohibiti verò ſunt ab eccleſia quatuor gradus, qui irritant matrimonium, ut patet in ca. non debet, de conſanguinitate & affinitate. Fuerunt antiquitus prohibiti ſeptem gradus, ut patet 35. q. 5. Papa tamen poteſt diſpenſare in gradibus qui non ſunt prohibiti iure naturali, ut ſic pax inter familias, uel ob confederationẽ regnorum, vel ob aliam rationabilem cauſam. In 4. aũt gradu cauſa rationabilis eſt, quòd ipſi contrahentes petant. Diſpenſatio tamen

Cognatio carnalis in quibus gradibus impediat matrimonium.

men in gradibus iure humano prohibitis fieri ſolita cauſa quæſtus nihilominus tenet. De computatione conſanguinitatis uide Syluestrũ & alios.

Impedit etiam matrimonium affinitas, uſque ad quartum gradum, ut patet in ca. non debet, de conſanguinitate & affinitate. Et non ſolùm affinitas eſt inter conſaguineos uxoris, ſed et inter conſaguineos ſcorti, & concubinæ meæ. Quamuis (ut credo) hæc ultima affinitas cõtrahatur propter ius humanum, & non ex natura rei, ut prima. Eſt autem regula ad computandũ affinitatem, quod in eodem gradu ſum affinis Petro, in quo uxor eius eſt mihi conſanguinea.

Affinitas uſque ad quartum gradum.

Aliter decreuit Conc. Tr. Seſſ. 24. ca. 3. & in Bulla Pij V. quæ incipit; Ad Romanũ Pontificẽ

CONCLVSIO.

299 *Cauſa publicæ honeſtatis impedit matrimonium in primo gradu, vt habetur in Concilio Triden. Seß. 24. cap. 3.*

De impedimento publicę honeſtatis, cauſato ex ſponſalibus de futuro, dico quod eſt uinculum inuentum ab eccleſia quæ decreuit, quod per hoc, quod ſi aliquis contraxit ſponſalia cũ Maria, non poſſit contrahere cũ conſanguinea eius uſque ad quartum gradũ. Et impedit matrimonium eodem modo ac affinitas, ut patet in c. ex ſpõſalibus de ſponſalibus lib. 6.

Publica honeſtas.

CON-

CONCLVSIO.

300 *Parentes tenentur alere filios ſuſceptos ex concubina, non autem ſuſceptos ex adulterio, uel Moniali bene tamen eſt eos etiam alere.*

Quæritur,an parentes teneantur alere filios illegitimos? Reſpon quod non eſt dubitandum quin tam pater quam mater teneantur alere filios, qui nondum attigerunt uſum rationis.Quia omnes gentes putant damnabile relinquere filios in ętate infantili, in qua non poſſunt ſibi uinctum quærere.Et ſi exponant eos vt ab alijs alantur, videtur certè quod peccent mortaliter. Secundo dico quòd conſiderando prædictos filios poſtquã habent uſum rationis, eſt diſtinguẽdũ. Nam quidam filij illegitimi ſunt, qui uocantur naturales, ſoluti cum ſoluta,ſuſcepti ex concubina. Alij ſunt ex concubitu damnato, ut ſuſcepti ex adultera,uel moniali, qui uocãtur ſpurij. Et in iure determinatur, ꝙ parentes teneantur alere primos filios, qui habentur à concubina tanquam ab uxore Alios vero filios ſpurios nõ tenentur parentes alere. Et in pœnam illius damnati coitus prętereuntur in teſtamentis, ut homines ab huiuſmodi concubitu peſſimo arceantur.

Parentes an teneãtur alere filios illegitimos.

CON-

CONCLVSIO.

301 *Amicus cui pater reliquit bona ut det filio ſpurio tenetur dare, & ille licitè poteſt accipere.*

Amicus cui pater reliquit bona pro filio ſpurio, tenetur ille ei dare, & ſpurius licitè recipit.

Sed quid de caſu qui ſæpe eſt vſu, ego habeo filiam ſpuriam, quàm non poſſum inſtituere hæredẽ, quia leges hoc uetant, uoco amicũ meũ, & conſtituo eũ hęredẽ tali pacto, ꝙ omnia bona det filię meæ, utrũ talis amicus teneatur dare bona illa filiæ? & vtrum filia cum bona conſciẽtia poſſit ea retinere, accipere & poſſidere, poſtquã lege municipali prædicta bona sũt valata? Reſp. quod omne promiſſum eſt de iure naturali adimplendũ, & ideo talis amicus in foro conſcientiæ tenetur dare ea bona filię meę, ſi Rex illa non confiſcauerit, illa licitè recipiet, & poſſidebit licitè in foro conſciẽtię non eſt dubium.

CONCLVSIO.

302 *Quomodo cognatio ſpiritualis impediat matrimonium, vide Conci. Trid. Seſſ. 24. Cap. 2*

Cognatio ſpiritualis impedit matrimonium

Quæritur, an cognatio ſpiritualis impediat matrimonium? Cognatio iſta ſpiritualis diffinitur à S. Tho. & alijs, ꝙ ſit propinquitas quædam orta ex hoc ꝙ aliquis confert ſacramentũ, uel tenet aliquem ad ſuſcipiendũ ſacramentũ baptiſmi ſcilicet vel confir

ma-

mationis. Triplex eſt igitur cognatio ſpiritualis. Quædam quæ uocatur paternitas, quæ eſt inter regenerantem, & regeneratum, & capio regenerationem ut ſe extendat ad cõfirmationẽ, nam in propoſito idem eſt iudicium de confirmante, & de baptizante, & talis non poteſt contrahere cum baptizato, uel confirmato. & cũ uxore eius iam ab eo cognita, & cũ filius eorum. Secunda uocatur compaternitas, quę eſt inter patrem ſpiritualem, & patrẽ naturalem, & matrem naturalem. Vide c primum de cognatione legali libro 6. vbi omnia iſta ponuntur.

CONCLVSIO.

303 *Cognatio legalis impedit matrimonium inter adoptantem, & adoptatum filium, inter fratres uerò quando filius tranſit in poteſtatem patris.*

Cognatio legalis contrahitur per hoc quod quis adoptat ſibi filium. Et ſunt duæ ſpecies huius cognationis, ſcilicet paternitas, & fraternitas. Paternitas contrahitur inter adoptantẽ & filium adoptiuum, qui quidem nõ poſſunt contrahere. Fraternitas vero contrahitur inter filios naturales adoptantis, & inter adoptatiuum. Et ẽt impedit matrimoniũ ſi filius adoptiuus tranſit in poteſtatem adoptantis, ſed *Cognatio legalis impedit matrimonium.*

ſi non tranſit (quod ſit quando adoptans moritur, uel quando adoptatus emancipatur ab adoptante) tunc poteſt contrahere cum filiabus adoptantis, ut patet in c. ſi qua. de cognatione legali.

CONCLVSIO.

305 *Nec illi ſoli, nec omnes gradus expreſſi in Leuitico impediunt, & dirimunt matrimonium.*

Qui affinitatis gradus impediũt matrimonium contrahendũ uel dirimunt contractum ex uetuſtioribus].

Quæritur, an omnes illi, & ſoli conſanguinitatis, & affinitatis gradus qui Leu. 18. exprimuntur, poſſint impedire matrimonium contrahendum, & dirimere contractum. Reſpondetur negatiue ꝙ nec omnes illi, nec illi ſoli, & ita firma fide tenendum eſt: nam in Conc. Tri. Seſſ. 24. Can. 3. hoc diffinitur his uerbis; Si quis dixerit eos tantũ conſanguinitatis, & affinitatis gradus, qui in Leuit. exprimuntur, poſſe impedire matrimonium cõtrahendũ & dirimere contractum, anathema ſit.

CONCLVSIO.

305 *Eccleſia habet poteſtatem impedimenta annullare, & alia de nouo facere circa matrimonia.*

An eccleſia poſſit certas leges ſtatuere cir-

Quæritur, an in eccleſia catholica ſit authoritas, & poteſtas ad condendum de nouo aliqua legitima impedimenta, quæ impediant matrimonium contrahendum, & dirimant contractum.

ctum. Similiterque habeat poteſtatẽ deponendi,& annullandi ea impedimenta, quæ olim legitimè impediebant matrimonium contrahendum, & dirimebant contractum. Reſpondetur affirmatiuè, & ita firma fide tenendum eſt, ſic enim diffinitur in illo 3. Can. his uerbis; Si quis dixerit non poſſe eccleſiam in nonnullis illorum Leuitici impedimentis diſpenſare, aut conſtituere ut plures impediant & dirimant, anathema ſit. Item probatur quod eccleſia catholica prædictam habeat poteſtatem. Nam olim cõſanguinitas impediebat, & dirimebat matrimonium, vſque ad ſeptimũ gradum, poſtmodum autem fuit ordinatum & ſtabilitum, ut non impediat niſi uſque ad quartum gradum, ut habes de conſanguinitate, & affinitate, c. quare. Item olim uſque ad Conci. Trid. affinitas ex fornicatione contracta impediebat, & dirimebat matrimonium vſque ad quartum gradũ. At verò nunc poſt Concilium prædictum non impedit, nec dirimit niſi uſque ad ſecundum gradum, ut habes ſeſſione proprius allegata. cap. 4. Item cognatio ſpiritualis quę naſcitur ex adminiſtratione ſacramenti baptiſmatis,& ſacramenti confirmationis olim per tres gradus matrimoniũ impe-

ca matrimonium.

impediebat. At iam poſt præallegatũ concilium duntaxat in duobus gradibus matrimonium impedit & dirimit, ut habes in loco nunc præallegato. cap. 2

Item publicæ honeſtatis iuſtitia, quę ex ſponſalibus, de futuro oriebatur, impediebat, & dirimebat matrimonium, etiam ſi eſſent in ualida ſpõſalia, dum tamen inualidatio illa non perueniret ex defectu conſenſus contrahentium. At verò poſt Trid. Conc. cap. 3 loco citato nihil impediunt, ſi ſint inualida: Vndecunque inualidatio fuerit orta.

Itẽ publicæ honeſtatis iuſtitia quæ olim per plures gradus impediebat, & dirimebat matrimonium, iam nũc vt patet in c. illo 3. proximè allegato, nõ excedit primum gradum.

Item clandeſtinus matrimonij cõtractus temporibus ante actis non dirimebat matrimonium ſic contractũ, nunc iam dirimit ipſum, vt ſancitum eſt in eodem Concilio, & Seſ. de reformatione matrimonij c. 1. Habet ergo eccleſia poteſtatẽ, & authoritatem ad condendum de nouo legitima impedimenta, quæ & impediant & dirimãt matrimonium, & ut quæ olim illud legitimè impediebant & dirimebant, iam neutrum faciant.

CON-

CONCLVSIO.

306 *Matrimonium ratum, & conſummatum non poteſt diſſolui quo ad uinculum, ratum verò, & non conſummatum poteſt diſſolui vel per profeſſionem alterius, uel per diſpenſationem ſummi Pontificis. Vide quæſtionem.* 284.

An aliquibus cauſis diſſolui poſſit uinculum matrimonij iam aliàs validum.

Quæritur, an ſint aliquę cauſę propter quas matrimonium inter fideles ſemel ualidum & firmum diſſolui quo ad uinculum poſſit. Reſp. ꝙ ſi de matrimonio rato & conſummato ſit ſermo, ſub Deo & Chriſto Ieſu Domino noſtro [ſola morte alterius coniugũ excepta] nulla eſt cauſa, nullaque poteſtas, quã poſſit matrimoniũ quo ad uinculum diſſolui. Hæc ſententia eſt cõmunis, & unanimis, omniũ ſanctorum doctorũ aſſertione probata, quæ liquido conſtat, de illo, Matt. 19. Quos Deus cõiunxit, homo non ſeparet. Eſſetq; hæreticum oppoſitum aſſerere. Dicimus ſecundò, quod ſi de matrimonio rato nõ tamen cõſummato loquamur, una eſt cauſa, qua, quo ad uinculum diſſolui poteſt. Et hæc eſt ſolẽnis profeſſio religionis. Et ita firma fide tenendum eſt. Sic enim uſus totius eccleſiæ catholicę docuit ab antiquo, & inſuper ita diffinitum eſt in Conc. Trid. Seſſ. 24. de matrimonio.

Can.

can.6.cuius verba ſunt; Si quis dixerit matrimonium ratum non conſummatum per ſolennē religionis profeſſionem alterius coniugum non dirimi, Anathema ſit. Eſt & alia cauſa qua dictum matrimonium quo ad vinculum diſſolui poteſt, diſpenſatio videlicet ſummi Pontificis. Quod quidem non aliter probatur, niſi per hoc quod ſummus Pontifex aliquoties diſpenſauit, & licentiam facultatemq́ue contulit, vt tales coniuges ad ſecundas nuptias tranſirent. Hoc tamen non tantam firmitatem aut probabilitatē habet, quin oppoſitum ſecurius & probabilius dici poſſet, vt habes ſupra q. q.283 Tertiò dicimus quod matrimonij vinculū inter veros coniuges, nec diſſoluitur, nec diſſolui pōt per adulterium alterius coniugum, vnde tali adulterio interueniente, neuter coniugum poteſt aliud matrimonium cōtrahere. Et ita firma fide tenēdum eſt, ſic enim diffinitur in loco ſtatim allegato. Cano.7. cuius verba ſunt; Si quis dixerit eccleſiam errare, cùm docet & docuit iuxta euangelicam & apoſtolicam doctrinam propter adulterium alterius coniugum matrimonij vinculum non poſſe diſſolui & vtrunque vel etiam innocentē qui cauſam adulterio non dedit, non poſſe altero con

iuge

iuge viuente, aliud matrimonium cõtrahere, mœcharique eum, qui dimiſſa adultera aliam duxerit, & eam quæ dimiſſo adulterio alij nupſerit, Anathema ſit.

Quartò dicimus quod nec per hęreſim, nec per moleſtam cohabitationẽ, nec per affectatam abſentiam a coniuge, poteſt inter veros coniuges vinculum diſſolui matrimonij, & ita firma fide tenẽdum eſt. Sic enim diffinitur, vbi ſupra cano. 5. cuius verba ſunt; Si quis dixit propter hæreſim aut moleſtam cohabitationem, aut affectatam abſẽtiam à cõiuge diſſolui poſſe matrimonij vinculum, Anathema ſit. *Quando diuortiũ poteſt fieri.*

CONCLVSIO.

307 *Eccleſia multas habet cauſas ſeparationis coniugum quoad thorum & habitationem.*

Quæritur, an in eccleſia inter verò coniuges poſſet multis de cauſis diuortium, quo ad thorum, ſeu quo ad cohabitationem fieri? Reſpondetur affirmatiuè, quod multas eccleſia catholica habet cauſas propter quas poteſt ſupra dictum facere diuortium. Et ita firma fide tenendum eſt, quoniam ſic diffinitur vbi ſupra cano. 8. vbi ſic habetur; Si quis dixerit eccleſiam errare cùm ob multas cauſas ſeparationes inter coniuges, quo ad tho-

rum,

rum, ſeu quo ad cohabitationem, ad certum vel incertum tempus fieri poſſe decernit, anathema ſit.

CONCLVSIO.

308 *Benedictiones, & cæremoniæ obſeruãdæ ſunt in matrimonij celebratione, quæ iure certis anni temporibus prohibita eſt fieri.*

Nuptiæ certis tẽporibus celebrari non debent.

Quæritur, an ſolennitas nuptiarũ certis temporibus fieri prohibita licita ſit, ſintq; merito obſeruandæ benedictiones, aliæque cęremonię quibus eccleſia in ſolẽnitate nuptiarũ vtitur. Reſp. affirmatiuè, & ita ſecundum fidẽ tenendum eſt, quoniã ſic diffinitur in prædicto Conci. & Seſſ. Can. 11. cuius uerba ſunt; Si quis dixerit prohibitionem ſolennitatis nuptiarum certis anni temporibus, ſuperſtitionẽ eſſe tyrannicam, ab ethnicorum ſuperſtitione profectam, aut benedictiones & alias cærimonias, quibus eccleſia in illis utitur damnauerit. Anathema ſit. Sunt autem cauſæ matrimoniales ad iudices eccleſiaſticos deferendæ, ad quos propriè ſpectant: ſic enim diffinitum eſt in prædicto Concilio, & Seſſ. Cano. 12. his uerbis; Si quis dixerit cauſas matrimoniales non ſpectare ad iudices eccleſiaſticos, Anathema ſit.

CON-

CONCLVSIO.

309 *Profeſſi ſolenniter non poßunt contra here matrimonium, & ſi de facto contrahunt, irritum eſt & inane.*

Quæritur, an profesſi ſolenni uoto caſtitatem, & etiam illi, qui in ſacris ordinibus ſunt conſtituti, posſint matrimonium contrahere, quod firmum ſit, & ualidum. Reſpondetur negatiuè, neque enim licitè contrahere poſſunt; & quod contrahant, totum eſt irritum & inane: nam ita diffinitur ubi ſupra Cano. 9. his uerbis? Si quis dixerit clericos in ſacris ordinibus conſtitutos, vel regulares, caſtitatem ſolenniter profeſſos; poſſe matrimonium contrahere, contractumque ualidum eſſe, non obſtante lege eccleſiaſtica, uel uoto, & oppoſitum nihil aliud eſſe quàm damnare matrimonium, poſſeque omnes cõtrahere matrimonium, qui non ſentiunt ſe caſtitatis, etiam ſi eam uouerint, habere donum, Anathema ſit. Cùm Deus id rectè petentibus non deneget, nec patiatur nos ſupra id quod poſſumus tentari.

Profeſſi ſolẽniter caſtitatẽ matrimonium cõtrahere, nequiunt.

CONCLVSIO.

310 *Iure prohibitum eſt in eccleſia latina, ne illi qui in ſacris ſunt matrimonio coniungantur.*

Quæritur, an rationabiliter eccleſia prohibuerit ſacerdotibus, ne matrimonium contraherent (nec enim huiuſmodi prohibitio eſt de iure diuino, ut dicit D. Th. 22. q. 88. artic. 11. & patet, quia orientali ſacerdoti eſt licita copula carnalis uxoris, quàm habuit priuſque ordinaretur. (Et uidetur quòd non, quia orientales ſacerdotes, ut diximus, ſunt uxorati. Item quia multa ſcandala per arrogationē huius legis uitarentur, quę paſſim cōtingunt, ergo melius eſſet, quod quilibet ſacerdos ſuo arbitrio relinqueretur, ut ille qui uellet continenter uiuere, ita uiueret; & qui uellet uxorem ducere, eam duceret. Præterea legales ſacerdotes uxores habebant. Itē & fortius, quia in primitiua eccleſia non ſolum ſimplices ſacerdotes, ſed etiam epiſcopi erant uxorati, ut patet ex Apoſt. 1. Thi. 3. Oportet epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, unius uxoris uirum. Quæſt. grauiſſima eſt, ad quam reſpondetur magis ex cauſis ſanctiſſimè hanc legem ab eccleſia inductam, hactenus conſeruatam, nec nunquam erit dies vt reſcindatur. Primum patet ubi ſimul ad hoc ultimum reſpondetur argumentum. Nam primitiua eccleſia dum adhuc rudis ex gentibus conſtituebatur, leuiora dedit præcepta,

pta, ne territi fugerent, & ne laqueum videretur inijcere, & plus imponere oneris, quàm poſſet hominum ſuſtinere fragilitas. Ideoque Apoſtoli non præcipiunt cõtinentię cęlibatum, ſed uirginitatem conſulunt, ieiunia non improbant. At ex eorum traditione obſeruari docet Hieronymus tum in epiſtola ad Marcellum, tum in libro de celebratione Paſchæ. Ita tenet, illa adhuc eccleſia dum eccleſiaſticus ordo inſtituitur propter conuerſorum paucitatem admiſſum eſt ſacerdotibus uti matrimonio prius contracto. Roborata uerò eccleſia, hominibuſq; ad potiora prouocatis, addictus eſt eccleſiaſtico ordini cœlibatus, ut non niſi deinceps cœlebs uicturus admittatur ad ordines. Hinc Ambroſius in epiſtola ad Eph. c. 4. ibi. Et ipſe dedit quoſdam quidam Apoſtolos, ſic ait; Poſtquam omnibus locis eccleſiæ sũt conſtitutę, & officia ordinata, aliter compoſita eſt quàm cæperat. Rationẽ autẽ huius mutationis aſſignat Hier. contra Iouinia li. 1. c. 19. Si laicus, inquit, & quicunque fidelis orare nõ poteſt, niſi careat officio coniugali (1. Cor. 7.) ſacerdoti cui ſemper ꝓ populo offerenda ſunt ſacrificia, ſemper orandum eſt. Si ſemper orandum eſt ſemper carendum matrimonio. Nam

in veteri lege qui pro populo hoſtias offerebant, nō ſolùm in domibus ſuis non erant, ſed purificabantur ad tēp⁹ ad uxoribus ſeparat', uinum, & ſicerā non bibebant, quę ſolent libidinem prouocare. Et Ambro. in 1. ad Tim. epiſt. c. 3. ibi diaconi ſint unius uxoris uiri, ſic ait. Veteribus enim idcirco conceſſum eſt Leuitis & ſacerdotibus vxores ad vſum habere, quia multum tempus ocio uacabant à miniſterio, aut ſacernotio; multitudo. n. erat ſacerdotū & magna copia Leuitarū, & vnuſquiſq; certo tempore ſeruiebat diuinis cæremonijs ſ̄m inſtitutum Dauid. Hic. n. 24. claſſes conſtituit ſacerdotū, ut uicib⁹ deſeruirent. Vnde Abia octauā claſſem habuit, cuius uice Zacharias fungebatur ſacerdotio. Luc. j. ſicut contineatur in Paralip. lib i. c. 24 ita vt tēpore quo non illo cōtingebat deſeruire altari, domorū ſuarum agerent curā. At ubi tempus imminebat miniſterij, purificati aliquantis dieb⁹ accedebat ad templum offerre Deo. Nunc aūt 7 diaconos eſſe oportet, aliquātos presbyteros, ut bini ſint p̄ eccleſias, & vnus ī ciuitate epiſcopus, ac per hoc oēs à conuentu fœminę abſtinere debere, quia neceſſe eſt eos quotidie præſto eſſe in eccleſia, nec habere dilationē, ut poſt cōuentū legitimè

purifi

purificētur ſicut ueteres, &c. Hactenus Ambroſius. De gentilium verò ſacerdotum caſtitate audi Hiero. li. 1. contra Iouinia. in fine libri. Antequam, inquit, religio noſtra fulgeret in mundo, vnicubas ſemper habuiſſe īter matronas decus, p illas fortunę muliebri ſacra fieri ſolitū; Nullum ſacerdotiū bigamum, nullum flaminē biamaritū leges. Hierophantes quoque Athenienſium uſq; hodie cicutæ ſorbitione caſtrari, & poſtquam in potificatū fuerint electi, viros eſſe deſinire.

Quod verò nunc nō expediat, poſt prædictā eccleſiæ prohibitionē, vt ſacerdotes ſint coniugati, probatur; Primò, quia matrimonij onera multa ſunt, totumque hominem requirunt, & tenetur Vxoratus vxoris filiorūq; curam habere. 1. Ti. 5. Si quis ſuorum & maximè domeſticorum curam nō habet fidem negauit, & eſt infideli deterior, quomodo ergo ſacerdos miles Chriſti vxoratus & multis filijs circunſeptus poterit ſemper diuino intendere miniſterio? 2. Tim. 2. Nemo militans Deo, implicat ſe negotijs ſecularibus, &c. Præterea ſi hæc reſcinderetur lex, maior eſſet ambitio circà beneficia eccleſiaſtica non ſolum obtinenda, ſed etiam multiplicanda. Nam plura non ſufficerent mul-

tis filijs oneratio, cum tanta nunc ſit pro fil js illegitimis procurandis ambitio. Prętereà tota honeſtas & habitus c'ericorum periret, & uacarent veſtibus pretioſis, vt uxoribus placerent eorumque caſtitas non eſſet maior. Si enim liceret eis uel unam habere, cum ad eam uiſitandum plures deberent accedere, neqnaquam eſſent una contenti. Hinc de beato legimus Auguſtino, fœminarum verò nulla in domo eius manſit, nec etiam germana, nec filię fratris, quæ Deo pariter ſeruiebant: dicebat enim, ꝙ & ſi de eis non poſſet oriri ſuſpicio, tamen de alijs, quę ad eas aduentarent, poſſet oriri. Præterea in eleemoſynis elargiẽdis patres pauperum eſſent multò contractiores, quam nunc ſunt.

Ad illud de ſacerdotibus orientalibus, Reſpondetur quod ex diſpẽſatione eccleſiæ, Græcis ſacerdotibus permiſſum eſt uti matrimonio ante ordines contracto. Sciſmatici enim cum eſſent, uoluit pia mater eccleſia, vel ſic in gremium ſuum eos recipere. Cæterũ poſt ordines ſacros receptos matrimonium cõtrahere nemini permiſſum eſt, vt patet in Canonibus Apoſtolorum. Canone 25. Et in Conci. Neocæſarienſi, Ca. 1. & in c. cũ olim, de clericis coniugatis. Ad aliud verò

argumentū quod plura ſcandala ſacer dotum uitarentur. Reſponderur quod hęc ſcandala non parit cęlibatus, ſed abolitio amoris & timoris Dei, libera concupiſcentia, appetitus effrenis, & interdum pontificum & aliorum pro mouentium uitio, hæc accidunt, qui non doctiores, nō meliores, ſed nobi liores, ditiores, & argutiores in cleri- cos eligunt, & ſimpliciores quoſque (probos tamen & innocentes tanquā non idoneos) repellunt, qui affinibus cognatis & amicis (quaſi terrenæ eſ- ſent militiæ) officia largiuntur, non utilitati conſulentes egentis eccleſiæ, ſed potentum aut amicorum parere uolens iusſioni. Quodque his dete- rius eſt illi donant clericatus gradum quorum fuerunt aliquando obſequijs deliniti, magis perſonæ commodum, quam accipientis perſonam attenden tes. Quibus dicitur Micheæ 3. quę ędificatis Sion in ſanguinibus & Hie ruſalem in iniquitate. Igitur quiſquis ſe non continere iudicauerit, ſe initia re ordinibus non ſinat, ſed utatur ſibi admiſſo fornicationis remedio in ma trimonio. Si autem ſacris ſe initiari fecerit, factum eſt ei illicitum quod prius licuiſſet. Et ſi putans ſe contine re poſſe, ordinatus fuerit, & poſtea car nalis petulantia ſic efferbuerit, ut ſi-

bi ei impoſſibile uideatur continere, oret Deum, & in eo cōfidens dicat cū Apoſtolo; Omnia poſſum in eo qui
Phil 4. me confortat. Audiatq; Chriſtū dicen tem Lucæ 11. Petite & accipietis, quæ rite & inuenietis; pulſate & aperietur uobis: Impoſſibile autem dicunt, non quia gratia Dei aſſiſtente impoſſibile ſit, ſed quia negligentia torpentes, nō conatur ut ſint continentes. Orent ergo huiuſmodi, abſtineant, ieiunent, corpus inediæ ſubijciant, occaſiones libidinem prouocantes fugiant, ad bona opera ſe conferat, & diuino cultu auxilio poterunt continere, quod ſibi prius impoſſibile ſuſpicati fuerant, Dicit enim negligens ſe non poſſe cōtinere, non quia non poteſt, ſed quia non vult. Nam deliciarum affluentiam, epularum & poculorum copiā reſecare iſte non cupit, mulierecularum conſortia & alia concupiſcentiæ incentiua uitare refugit, ocium ſtudio repellere negligit, iuxta Hieronymi Concilium ad Ruſticum monachum; Ama ſtudia ſcripturarum, & carnis uitia non amabis. Itaque pleriſque ſacerdotibus non uirtus continendi, ſed uoluntas deeſt. vellent nan que plerique hominum eſſe boni, ſed non ſunt, non quia eſſe non poſſunt, ſed quia non uolunt, ut ait Auguſti-

nus lib. de peccatorum meritis, c. 17. Nam contra naturam eſt corpus uoluptatibus, ſine uoluptate frui, teſte Hierony. contra Iouinia. lib. 2. c 37. epiſt. 6. Iſtis quoque dicit Chryſo homilia in Pſalmum 50. Non poſſum (ait) me continere, hoc puſillanimitatis eſt & negligentiæ tuæ, quia Dei præcepta contemnere mauis, quam facere.

LAVS DEO, PAX
viuis, Requies
defunctis.

Finis Summæ de ſeptem Eccleſię myſterijs, & ſacramentis, ad laudem Dei omnipotentis.

Hæc materia tractatur in 4. d. 38. & D. Thom. in additionibus ad tertiam partem. q. 17. Claues enim in eccleſia eſſe debent.

CONCLVSIO.

1 *Chriſtus habens poteſtatem iuriſdictionis eccellentiæ, dedit Eccleſiæ poteſtatem clauium in foro interiori, quò ad Sacramentum pœnitentiæ, Ioan. 20 quandò dixit, [Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis &c] In foro autem exteriori quoad excommunicationem, Matt. 18. quando dixit, Quæcunque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata. &c. & hæc ſecunda poteſt conferri non ſacerdotibus, quę dicitur etiam Clauis Regni Cœlorum.*

DICITVR autē clauis poteſtas, quare mouetur obſtaculum intrandi regnum cœlorum. Impedimentum enim totius humanæ naturę ex peccato primi hominis conſequutum, per Paſsionem Chriſti remotum eſt, & ideo poſt Paſſionem uidit Io. Apoc 4 in cœlo oſtiū apertū. Sed alicui adhuc manet clau-

ſum

ſum propter peccatū originale, quod contraxit, & propter actuale quod cõmittit, & propter hoc egemus ſacramentis, & clauibus eccleſiæ, in quib. efficacia pasſionis manet. Quia ex latere dormientis in cruce ſacramenta fluxerunt, quibus eccleſia fabricatur.

Hanc autem clauium poteſtatem Apoſtolis contulit Chriſtus, ut expreſsè determinatur in c. firmiter, de ſumma Trin. & fide cathol. Quando autē fuerit Apoſtolis collata? Armachanus abſurdè errans lib. 11. de quæſtionibus Armenorum, cap. 14. & 15. contra omnium Doctorum ſententiam dicit, ꝙ Matt. 3. cùm Dominus duodecim Apoſtolos elegerit; Sed patet hoc eſſe falſum, quia Mat. 16. pro magno uni promiſit Petro, dicens; Dabo tibi claues regni cœlorum: non ergo antea habebat, aut nihil promiſit itē antequam ipſe eos conſecraſſet, ſacramentumque conſtituiſſet, poteſtatē dediſſet conſecrandi, ac ſi Cæſar conſtitueret regem aliquem ſuper regno non cõſtituto. Dico ergo, quod in cęna [Matth. 26.] contulit totam poteſtatem ordinis. Poteſtatem autem iuriſdictionis in foro interiori Io. 20. Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. Poteſtatem autem iuriſdictionis in

Quando Claues datæ fuerunt Apoſtolis.

foro exteriori. Matt. 18: Quæcunque alligaueritis ſuper terram &c. Nec inconuenit quod Apoſtolis Chriſtus poteſtatem iuriſdictionis excellentię habens) Apoſtolicam poteſtatem conſumatam & perfectam contulerit ante ſacerdotium: Vnde & eccleſia in præſentiarum iuriſdictionem in foro exteriori dat etiam non ſacerdotibus, & poteſtatem ordinis dat ijs, quibus nondum contulit poteſtatem iuriſdictionis.

Et nota quòd illa poteſtas data in foro exteriori Matt. 18: (ibi enim fundāt ſcolaſtici auctoritatem excommunicandi. Et Hierony. ibidem; & Aug. lib. 1. contra aduerſarium legis & prophetarum. c 27.) Aduertendum inquam, quòd hæc poteſtas excommunicandi poteſt dici clauis regni cęlorum, ſi regnum cœlorum capitur pro eccleſia militante. Aug. loco citato, & ſuper Ioan. tract. 50: & habetur 24. q. 1. cap. quodcunque. Si autem regnū cœlorum capiatur pro eccleſia triumphante, poteſt dici clauis indirectè, & ſecundario. Nam quatenus excommunicatio excludit à ſacramētis, quibus regnum cœlorum aperitur, poteſt dici quòd claudit regnum cœlorum; Quatenus verò abſolutio ab excommunicatione admittit ad ſacramenta,

An poteſtas excō municandi dicatur clauis

menta,

menta,ex conſequenti regnum cœlorum aperit.

CONCLVSIO.

2 *Omnes Apoſtoli à Chriſto acceperunt claues Regni cælorum.*

Sed vtrum omnes Apoſtoli habuerunt claues? Et uidetur q; non. Quia Matth. 16. ſoli Petro ſunt promiſſæ. Reſp. cum Caiet. lib. de primatu Romanæ eccleſiæ c.2.& 6 quod ſine dubio omnes Apoſtoli à Chriſto & nõ à Petro ſuſceperunt claues. Patet in ca. firmiter de ſumma Trinitate & fide Catholica, etiam habetur in c. loquitur.24.q.1.& ex Hier.lib.1. contra Iouinianũ. Petro aũt collatæ ſunt claues.Io.21.ibi, Paſce oues meas. Eadẽ enim poteſtas requiritur ad paſcendas oues Chriſti, & ad aperiendũ uel claudendum regnum cœlorum Nam quãdo Chriſtus uiuus erat & præſens, non egebat Vicario, cõſentaneũ eſt ergo ut poſt reſurrectionem eum inſtituerit,& non uidetur vbi nam hoc fecerit.niſi Io. vlt.

CONCLVSIO.

3 *Poteſtas petri in duobus excedit poteſtatem aliorum Apoſtolorum, primo quia ſe extendit ſuper alios Apoſtolos, ſecundò quia eſt ordinaria per uniuerſum orbem.*

Dico

Dico prętereà, quod ſicut peculiariſ ter claues Petro commiſſæ ſunt Matthæi 16. ſic Io. vlt. aliqua peculiaris po teſtas data eſt Petro præter cæteros. poteſtas enim petri in duobus maximè exceſſit poteſtatem aliorum Apo ſtolorum. Primum, quia Petri poteſtas etiam ſe extendit ſupra ipſos Apoſtolos. Nam vt arguit Inn. de maioritate & obedientia c. 6. qui dicit; Paſce oues meas, non diſtinguens inter has oues & alias, alienum a ſuo demonſtrant ouili, qui Petrum Paſtorē non recognoſcunt. Et eodem argumento vtitur Bonifacius octauus in extrauaganti; Vnam ſanctā. Secundò excellebat in hoc, quod poteſtas Petri erat ordinaria in uniuerſum orbem, aliorū uerò Apoſtolorū erat extraordinaria ex priuilegio peculiari. Vnde factum eſt, ut ſucceſſores Petri ſucceſſerint in uniuerſa poteſtate, reſpectu omnium ouium Chriſti; Succeſſores uerò Apoſtolorum non ſucceſſerunt Apoſtolis ī poteſtate extraordinaria. Immo crediderim omnē poteſtatem Epiſcoporum (qui ſunt Apoſtolorum ſucceſſores) à Petro, & ſucceſſoribus Romanis Pōtificibus eſſe deriuatam, ita quod ſucceſſor Petri eſt immediatè Vicarius Chriſti, & à Chriſto accepit poteſtatem, ut diffinitur in Conc.

Flor.

Flor. & in Conc. Conſtant Seſſ.8. Sed ſucceſſores Apoſtolorum nec ſuſcepe runt poteſtatē ab ipſis Apoſtolis, nec à Chriſto immediatè, ſed mediate à Romano Pontifice. Et ſic intelligo decretum Leonis Papæ 16. diſt. cap. ita dominus. Eodem modo dico, claues Petri in duobus differre a clauib. Apoſtolorum. Primò in uniuerſitate, accepit enim ad aperiēdum, nō huic ut illi, ſed omnibus fidelibus, nullo excepto. Secundò quia ſic eas accepit, ut ab eo accipiant omnes quicūque claues habuerint. Nam quòd Apoſtoli nō acceperint à Petro, fuit ex peculiari priuilegio, quo & Paulus gloriabatur poteſtatem Apoſtolicam nō ab hominibus accepiſſe. Et quamuis in cap. firmiter, dicatur Chriſtum contuliſſe clauem Apoſtolis, & eorū ſucceſſoribus, dico quod non eſt eadem ratio de Apoſtolis, & ſucceſſoribus Apoſtolorum. Quia Apoſtoli ex priuilegio, immediate a Chriſto acceperunt poteſtatem ligandi, atque ſoluendi, etiam in totum orbē, quod malè Turrecremata negat. Sed ſucceſſores Apoſtolorum, cum manifeſte ordinentur ab hominibus, poteſtatem ordinis non immediatè à Deo accipiunt, poteſtatem autem iuriſdictionis, accipiunt a Romano Pontifice immediatè.

te. Sed nihilominus Chriſtus confert claues ſucceſſóribus, licèt per medios miniſtros; Quemadmodum idem ipſe eſt, qui tollit peccata mundi, licèt per miniſtros ſacramentorum.

CONCLVSIO.

4 *Per uerba Matt. ca. ult. quando Chriſtus dixit, Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi. Conſtat claues Petro, & cæteris Apoſtolis conceſſas adhuc in eccleſia permanere.*

Sed unde conſtat claues Petro & cęteris Apoſtolis conceſſas, nunc in eccleſia permanere, cum non maneat poteſtas faciendi miracula, quæ Apoſtolis eſt collata, nec baptizãdi in nomine Ieſu Chriſti, quòd Apoſtoli fecerunt? Reſpondeo, conſtat poteſtatem iſtam viuentibus Apoſtolis ad alios eſſe deriuatam patet hoc Act. 20. Attendite uobis & uniuerſo gregi, &c. Et 1. ad Timoth. 4. & ad Titum 1. Secundò dico, ſecũdum fidem Catholicam tenendum eſſe, claues Apoſtolis conceſſas, nunc in eccleſia perſeuerare. Patet ex c firmiter. Et ex Eccleſiæ cõſuetudine, quæ eſt columna & firmamentum ueritatis. Et Matt. vlt. Ecce ego uobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi. Petro enim nõ ſunt datæ claues propter ipſum, ſed propter

pter eccleſiam. Quare perſeuerante eccleſia, poteſtas data Petro debet perſeuerare. Et ſic intelligatis decretum Aug. 24. q. 1. cap. quodcunque. Vnde patet quare dicantur claues eccleſiæ, quia ſcilicet propter eccleſiam Apoſtolis & ſucceſſoribus datæ ſunt. Claues autem eccleſiæ appellari frequentiſsimum eſt, ut apud Auguſtinum libro primo de doctrina Chriſtiana c. 28. refertur.

CONCLVSIO.

5 *Clauis eſt poteſtas ligandi atque ſoluendi qua eccleſiaſticus iudex dignos recipit & indignos excludit; & clauis ordinis eſt idem cum charactere Sacerdotali.*

Clauibus igitur eſt poteſtas ligandi atque ſoluendi, qua eccleſiaſticus iudex dignos recipere, indignos excludere debet à regno, ut dicit Magiſter ſententiarum. 4. diſt. 18. & Gloſſa ex Hierony. Matth. 16. Et comprobatur a Ioan. Papa. 22. in extrauaganti; Quia quorundam de uerb. ſignificat. Et aduerte regnum cœlorũ multipliciter accipi. Primò pro ſacra ſcriptura vt Matt. 21. Auferetur a uobis regnũ Dei, &c. Secundò pro eccleſia militãte, ul Matt. 13. Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcõdito in agro, &c.

Quot modis accipitur regnũ cœlorum.

&c.Et Matt. 25. Simile eſt regnum cœlorum decem virginibus, &c Tertiò vt etiam includat duplicem ſtatum, ſcilicet militarem & triumphantem, vt Matt. 5. Beati qui perſecutionẽ patiuntur propter iuſtitiam,&c.quia ipſorum eſt regnum cœlorum,niſi abũdauerit iuſtitia ueſtra, &c. non intrabitis in regnum cœlorum. Aperire autem regnum cœlorum cõtingit dupliciter, uno modo ex auctoritate, & poteſtate ut Papa, cùm explicat locũ ſcripturę,diffiniendo uerum ſenſum. Item cùm ſacerdos ex officio baptizat. Secundò modo non ex auctoritate, ſed per ſimplex miniſteriũ, laicus qui baptizat in neceſſitate, & uir doctus qui aperit locum oſcurum ſacrarum literarum, aut qui docet qua uia ad regnum cœlorum perueniendum ſit. Dicendum ergo, clauem eſſe poteſtatem aperiendi & claudendi regnũ cęlorum, ſi ſit plenaria poteſtas quomodocunque accipiatur regnum cœlorum;& hanc promiſit Deus Petro, eaque vtitur Pontifex quando diffinit aliquid ſecundum fidem tenendũ,uel diſpenſat in uoto, vel relaxat iuramentũ id enim eſt aperire regnũ cœlorum ex auctoritate & poteſtate. Secundò dico ꝙ præcipuus actus clauium eſt ligare & ſoluere, & ſic per

Regnum Cęlorum dupliciter aperitur.

Prædicator, qui aperit locum ſacrarum literarum.

cum

cum diffinitur, ſicut diffinitur humanus intellectus per diſcurſum, & potentia uiſiua per uiſionem coloris.

Sed quęritur vtrum ſit idem clauis cum charactere? D.Th. 4. d. 18 dicit, quod ſic. Contrarium dicit Scotus d. 19 q. 1. & Marſil. 4 q. 12. articu. 2. Sed diſtinguendum eſt de claue ordinis, & de claue iuriſdictionis. vtraq; enim requiritur ad adaperiendum regnũ cęlorum. Clauis iuriſdictionis non eſt idem cum charactere. Clauis ordinis idem eſt cum charactere ſacerdotali. Character enim eſt poteſtas ſacerdotalis, quæ datur ſacerdoti ad conſecrã dum. Datur etiam eidem ad abſoluendum a peccatis, ita ꝙ inde habet homo poteſtatem abſoluendi, vnde habet quod ſit ſacerdos Eſt ergo una poteſtas, quæ ad duos actus ſe extendit, ſcilicet conſecrandi, & abſoluendi. Quemadmodum eadem potentia eſt, qua ſimplicia intelligimus, & qua diſcurrimus.

An ſit idem clauis cum charactere.

CONCLVSIO.

6 *Confeſſor debet habere clauem ordinis, & iuriſdictionis.*

Quia uerò actus clauium requirit idoneitatem in eo, in quẽ exercetur, quia per clauem recipit iudex eccleſiaſticus dignos, & excludit indignos, ideo indiget iudicio diſcretionis, &

ad.

ad explendum actum oportet, ut habeat iuriſdictionē. Vnde ponitur duplex clauis, ſcientiæ ſcilicet, & iuriſdictionis. Et ſcientia quæ eſt habitus nō eſt clauis, ſed auctoritas ſcientię actū exercentis. Communiter etiam Doctores ponunt clauem ordinis, & clauem iuriſdictionis. Quę diſtinctio neceſſaria eſt ſi poteſtatem excommunicandi, & abſoluendi ab excommunicatione, ad claues dicimus pertinere cum D. Auguſt.

CONCLVSIO.

7 *Poteſtas clauium extendit ſe ad remiſſionem culpę, & circa pœnam ſe habet ſecundum contritionem pœnitentis.*

Poteſtas clauium ſe extendit ad remiſſionem culpæ. Nam licet Deus remittat per ſe culpā, virtute tamē eius, ſacerdos agit inſtrumentaliter, ut inſtrumentum animatum, nam aliàs ad remiſſionem culpæ nō exigeretur uotum recipiendi effectum clauium. Vide Caie. in opuſc. 27. quæſtionum, & quęſt. 12. de effectu abſolutionis. Et Adrianum q. 2. de clauibus. Et Thomam Vualdenſem li. de ſacramentis, ca. 1. vſque ad 149. incluſiuè. Extenditur etiam poteſtas clauium ad remiſſionem pœnæ æternæ; ſi quādo remittitur culpa, & etiam temporalis in eo

qui

qui cum contritione accedit. Nam ſicut applicatur nobis in ſacramento meritum paſſionis Chriſti ad remiſſionem culpæ, ita quoque eius ſatisfactio ad remisſionẽ; pęnę; remittere.n. huiuſmodi pęnã pertinet ad remisſionem peccati. Et quamuis D. Tho. uideatur dicere qđ claues remittũt pœni proportionabiliter ad peccata (vt ſi peccatum eſt paruum, parua pœna remittitur, ſi magnum, multum pœnæ, ſed non tota, quia aliàs fruſtra imponeretur ſatisfactio.) Tu tamen tene claues tantum pœnæ remittere cæteris paribus, cum peccatũ eſt paruum quantum ſi eſſet magnum. Quia ſacramentum ęqualiter ſe habet & diſpoſitio eſt æqualis. Nihilominus habita ratione contritionis, confeſſor debet iniungere ſatisfactionem: quia neſcit an tota pœna remiſſa ſit. Et ꝙ pœnitẽtia non ſit moderanda ſecundum quãtitatem peccati, ſed ſecundum contritionẽ pœnitentis, patet ex Innoc. c. 8. de pœnitentijs & remisſionibus.

Pęnitentia eſt moderanda ſecundum contritionem.

CONCLVSIO.

8 *Varia eſt opinio, ſed communior quod confeſſor poteſt imponere pænitentiam cõſitenti.*

Vtrum aũt posſit ſacerdos ligare ad pœnam. Scot d. 18. & 19. aſſerit nullũ

pœ-

pœnitentem obligari ad acceptandũ pœnitentiam, quam iniũgit ſacerdos. Idem Gabr. d. 16. q 2. Quia ad ſatiſfactionem pro pœna duo ſunt remedia alterum in hac uita, alterũ in purgatorio: ergo pœnitens poterit in ſuo fauori petere. Quia ex miſericordia Dei ſatisfactio præſens acceptatur ꝓ futura pœna. Secundò dicit quod ſi pœnitens acceptet pœnitentiam iniunctam, tenetur illam implere ſub mortali, quod tamen uidetur irrationabile. Nam ſi ſacerdos non poteſt obligare ad mortale, mea acceptatio non inducit peccati mortalis obligationem; non enim uolo implere pœnitentiã iniũctam, niſi eo modo quo ſacerdos obligare poteſt. Propterea Caiet. q 2. ſatisfactione ad 2. tenet contrarium, quod non tenetur acceptare pœnitentiam, nec acceptatam ſub mortali adimplere. D Tho. hic non dicit, an teneatur, ſed quod ſacerdos ligat, nec dicit an ad mortale, uel ueniale. Sed di. 16. in expoſitione textus dicit quod eſt præceptum de ſatisfactione. Et ita tenet Syluester uerbo. Cõfeſſ. 1. §. 2. Et ita tenendum, quod eſt præceptum obligans ad mortale, ſi pœnitentia iniuncta ſit rationabilis. Probatur, quia eſt ſacrilegium uoluntariè relinquere ſacramentum imperfectum. Item in

foro

ſoro contentioſo iudex habet poteſta tem imponendi pœnam pro delicto, quàm reus ſubire tenetur, ergo & iudex eccleſiaſticus in foro conſcientię. Item in c. omnis utriuſque ſexus. de pœnit & remisſio. iniũctam pœnitentiam pro uiribus ſtudeat adimplere. Item ſuadetur ex ca. ult. de maledicis. Vide de hoc ſupra in materia de ſatiſfactione q. 211.

CONCLVSIO.

9 *In quatuor caſibus imponenda ſunt leues pœnitentię.*

Eſt autem ſacerdoti prudentia neceſſaria ad imponendum pœnitentibus pœnitentiam. Si ſciret quantæ pœnæ ſit debitos pœnitens, cùm ſit iudex, tenetur æqualem imponere. Sed in pœnitentiæ iniunctione multa debent penſari, ut habetur in c. 8. de pœnitenti Nihilominus arbitrium ſacerdotis non debet eſſe aut ſeuerum, aut remiſſum, uidentur enim ridiculæ pœnitentiæ huius temporis. Sed in tribus caſibus licèt pœnitentiam leuem iniungere. Primò in articulo mortis & ubicunque pœnitens eſt impotens ad pœnitentiam grauem implendam. Secundò quando indulgentia conceditur pœnitenti ex rationabili cauſa, illa enim habetur loco ſatisſa-

tisfactionis. Secus quando indulgentia eſt indiſcreta, ut habetur ca. 16. de pœnit. Tertiò ſi appareat magna contritio, & peccatum non fuit adeò graue. His adderem etiam, cum pœnitens eſt tam imbecilli animo, ut per grauē pœnitentiam ſcandalizaretur.

CONCLVSIO.

10 *Vide in Sacramento pœnitentiæ, queſtio* 213.

Sed an unus confeſſor posſit mutare pœnitentiam iniunctam ab alio cō feſſore? Reſp. quod ſi pœnitentia fuit irrationabilis, pœnitens non tenetur eam implere, nec habet opus commutatione. Si autem pœnitentia erat rationabilis, ſed ſit dura pœnitenti, non poteſt commutari, niſi a ſuperiori. Quia par in parem nō habet poteſtatem. Et ita intelligo decretum Vrbani Papæ de pœnitentia d. 6. c. ult. placuit ut deinceps nulli ſacerdoti liceat quemlibet cōmiſſum alteri ſacerdoti ad pœnitentiam ſuſcipere ſine eius conſenſu, cui ſe prius commiſit, niſi pro ignorantia illius cui pœnitens cō feſſus eſt. Sed uide de hoc in materia de ſatisfactione quæſt 213.

CONCLVSIO.

11 *Videatur quæſt.*

Sacerdotes legales non habebant claues Quia illius ſacerdotij poteſtas

non

non ſic ſe extendebat ad cœleſtia, ſed ad cęleſtium figuras. Et in hoc præfertur ſacerdotiũ Chriſti, legali ſacerdotio, per hoc quod Chriſtus asſiſtẽs põtifex futurorum bonorum ad tabernaculũ cœleſte introducit, &c. Illi ergo ſacerdotes non habuerunt claues, ſed in eis clauium figura præcesſit. Chriſtus aũt habuit clauem auctoritatis inquantũ Deus, eccellentiæ inquãtũ homo, habuit enim poteſtatẽ aperiendi, & claudẽdi regnũ cęlorum. Soli uerò ſacerdotes ordinati ab Eccleſia habent claues ordinis, & poteſtatẽ abſoluendi à peccatis in foro pœnitẽtiæ. Hæc concluſio habetur in Conc. Florent. Etiam in materia de ordine latius oſtendimus contra hæreticos. Clauem autẽ iuriſdictionis (quæ non directè ſe extendit ad ipſum cœlum, ſed mediante militante eccleſia) non ſacerdotes habere poſſunt, ut Archidiac. de elect. Lege quartum argumentum. D. Thom. in addict. ad tertiam partem quæſtio. 19. artic. 3. unde notã, quod fœminæ nullam poteſtatem ſpiritualem habent. Vnde de legibus, & præceptis earum debet iudicari, id quod de legibus matris familias in domeſtica gubernatione. Nam ſi materia eſt grauis, & præceptum neceſſarium ad conſeruationẽ

Quo pacto dicatur fœminas habere ſpiritualem poteſtatem.

boni communis, obligabit præceptũ Abbatiſſæ ad peccatum mortale. Sin autem materia non eſt grauis, quamuis ipſa velit obligare ad mortale, lex eius & pręceptũ non obligat ad mortale. Verùm eſt, ꝙ cum ex uoto obedientiæ monachæ teneantur ſuæ ſuperiori obedire, forſitan cùm exigeret obedientiam a ſubditis, & in re nõ admodum graui, ſi ſubditæ violant obedientiam, votum ſuum videntur infringere. Sed hoc mihi certũ non eſt. Illud verò primo loco diffinitum, eſt mihi certiſſimum Vnde perperã monachas inſtituũt, qui abſolutè docẽt, præcepta ſuarum ſuperiorum non obligare eas ad peccatum mortalem. Quemadmodum ſi quis doceret, leges principium fœminarũ nullas ad mortale obligare. Sed verùm eſt non habere poteſtatem obligandi in ordine ad finem ſupernaturalem, hoc enim pertinet ad vſum clauium.

CONCLVSIO.

12 *Mala vita ſacerdotum non priuat eos vſu clauium.*

Mali ſacerdotes vſum habent clauium iniquitas. n. miniſtri non tollit liberalitatẽ domini, ſed ſacerdos eſt ſolum miniſter, ergo non poteſt ſua malitia donũ a Deo transmiſſum per eum nobis auferre Præterea ſi hoc eſ-

ſet,

r,cùm nullus poſſit ſcire de alio, an ſit in ſtatu ſalutis, ergo nullus poſſet uti clauibus in abſoluendo, niſi exiſtens in gratia;& nullius ſe ſciret abſolutum,quod eſt inconueniens.Hæreſis fuit Vuicleph condemnata in Conci. Conſtant Seſſ 8. & 15. quod mali ſacerdotes priuantur iuriſdictione, quæ ẽt manifeſto eccleſiæ uſu condẽnatur. Sed contra uidetur id quod habetur.24 q.1.c audiuimus, & 1.q.1 c. etiam corde,ſed loquitur de diuiſo ab eccleſia,ut patet legenti.Eſt etiã argumentum.c.remisſionem. 1. q. 1. & de conſec.d 4.& c.quomodo ex Aug. ſed loquitur de ſanctis,uel bonis catholicis, vel de publicis peccatoribus, qui non tolerantur.

CONCLVSIO.

13 *Schiſmatici, hæretici, excommunicati, degradati vſum clauium non habent. Cætera vide in Textu.Vide quæſt.238.quando agitur de ordine ſacro.*

Schiſmatici, hæretici,excommunicati,degradati, vſum clauium non habent, quia priuãtur ſubditis, in quos poteſtatem, quam habent exerceant. Sicut nec poſſent conſecrare non habente panem,nec baptizare,ſi non habent aquam.Illi ergo qui priuati ſũt, non poſſunt uſum clauium habere,

Sed nota quod in Cõc. Conſt. ſtatutũ eſt, non teneri fideles vitare excommunicatos, niſi ſint nominatim excõmunicati, uel manifeſti percuſſores clericorum. Vnde fit, vt non omnes excommunicati, & ſuſpenſi; priuati ſint iuriſdictione, illi videlicet qui tolerantur,& quos euitare non debent. Tempore autem Diui Tho. nondum id fuerat conſtitutum.Peccant tamen illi adminiſtrantes ſacramenta, quia Conciliũ dicit hanc relaxationem in nullo excommunicatis debere ſuffragari. Hoc tamen intellige cum grano ſalis,peccat.n. ſi eſt in mora petendæ abſolutionis. Item quando licitè poteſt ſe excuſare ab adminiſtratione ſacramẽtorum. At quãdo tenetur adminiſtrare ſacramẽta petenti, nõ peccat adminiſtrando, aliàs eſſe perplexus.

CONCLVSIO.

14 *Diuerſa eſt opinio: vide Textum.*

An in mortis articulo ſupradicti poſſint p̃ſtare abſolutionem.

Sed nunquid in mortis articulo huiuſmodi poterunt abſoluere? D. Tho. hoc in additionibus, 19. q. art. 6. nullum caſum excipit. Sed ſup. quæſ. 8. generaliter dixit in arti. mortis quemlibet ſacerdotem abſoluere poſſe. Sed 3. q. p. 82. art. 7. ad 2. dicit, ꝙ ſolus baptiſmus permittitur eſſe ratus hæreticis,& ſciſmaticis in art neceſſitatis. In nullo autẽ caſu poſſunt conſecra-

re,

re, uel aliud ſacramentum conferre. Et idem hac q.art.5.3.Et eſt communis opinio.Sed Palu.d. 25. q. 1. circa finem tenet, ꝙ in arti.mortis licitum eſt ab hęretico recipere pœnitētiam, quia eſt ſacramentum neceſsitatis ſicut baptiſmus. Idem Syluester uerbo confeſſor. 1. parapho vlt. Et Maio. d. 17.Et Gloſ.de ſponſ.cap.11.Et reuera d: excommunicatis catholicis nō dubito, quin in art.mortis poſsint ſacramentum pœnitentię miniſtrare.Non enim uideo cauſum, quare fideles in articulo mortis præſente ſacerdote catholico priuentur ſacramento neceſſario, ex iure diuino. Nec eſſet minus intolerabile prohibere abſolutionem in articulo mortis, quam reſeruare caſus, præſertim cùm communiter homines habent attritionem. Item licèt recipere baptiſmum, ergo abſolutionem, quia vtrunque eſt in diuino præcepto, & eſt ſacramentum neceſſitatis. Item ca.quod non eſt de reg.iur. dicitur, ꝙ neceſsitas nō habet legem. Et idē mihi probabile eſt de hęretico, à quo periculum non timetur, & qui nō errat in art. ſacramenti pœnitētię, præſertim ſi de iure diuino quilibet ſacerdos habeat auctoritatem in art. mortis. Nō ualet quod afferri ſolet in contrarium de Hermegil. ex 24. q. 1.

cap.ult tum quia ibi loquitur de communione, quæ non eſt ſacramentum neceſsitatis, tum quia id fecit, ne faueret Arriano epiſcopo, quoniam ob id deſtinarat.

CONCLVSIO.

15 *Sacerdos non poteſt abſoluere eos qui ſunt de aliena iuriſdictione, niſi in articulo mortis, in quo caſu poteſtas eius ſe extendit ad omnes.*

Sacerdos autem non poteſt uti claue in quemlibet, ſed in eos tantũ qui ei in ſortem venerint, niſi in neceſsitatis articulo, ubi nemini ſacramenta ſunt deneganda. Hanc opinionem D. Th. probabiliorem facit Martinus. 5. qui in Concilio Conſtantienſi circa finem, inter reliquas interrogationes ponit hanc; Vtrum credat auctoritatem iuriſdictionis Papæ, & epiſcopi eſſe maiorem in ſoluendo, ligandoque auctoritate ſimplicis ſacerdotis, etiã habentis curam animarum. Proprius verò ſacerdos in aliquibus caſibus nõ debet abſoluere ſibi ſubditum, ſed remittere ad ſuperiorem. Primus, quando eſt ſolennis pœnitentia imponenda, quia eius proprius miniſter eſt epiſcopus. Sed iam hæc pœnitentia receſſit ab vſu. Secundus de excommunicatis, quando inferior ſacerdos nõ poteſt abſoluere. Tertius, quando inuenit

In quibus caſibus ſacerdos nõ debet abſoluere ſubditos.

nit irregularitatem contractam, pro cuius diſpenſatione debet ad ſuperiorem remittere. Quartus de incendarijs. Quintus quando eſt conſuetudo in aliquo epiſcopatu, quod enormia crimina ad terrorem ſeruantur epiſcopo. Et nota ſolutionem ad primum in additio.q.20.art.2 in qua dicit, quòd ſacerdos non debet audire confeſsionem mulieris, cum qua peccauerit, ſed debet ad aliũ mittere, nec illa debet ei confiteri, ſed petere licentiã ad alium eundi, uel ad ſuperiorem recurrere, ſi ille licentiam denegaret, tum propter periculum, tum quia eſt minor verecundia, ſi tamen abſolueret, abſoluta eſſet. Et quòd Auguſt. dicit, nullus officio ſacerdotis uti debet niſi immunis ab illis ſit, quæ in alijs iudicat. Dicit tamen D. Th. intelligendum ſecundum congruitatẽ, & non ſecundum neceſsitatẽ ſacramenti. Et hæc de clauibus dicta ſufficiant.

Confeſſor non debet audire fœminam, qua peccauit.

SEQVITVR VLTIMVS de excommunicatione tractatus.

De excomunicatione tractatur in 4. diſt. 18 & à S. Thom. ibi, & in addit. q. 21. Nos breuiter abſoluemus hunc tractatũ quatuor punctis.

Primo dicemus quid ſit excommunicatio, & quę cauſa illius.

Secundo de caſibus, in quibus poteſt homo peccare, ex hoc ſolùm, quòd eſt excommunicatus.

Tertio de eo qui poteſt excommunicare.

Quarto, & vltimo dicemus de excommunicatione minori, quid ſit, quæ cauſę eius & qui poſſit ab ea abſoluere.

De excomunicatione.

CONCLVSIO.

1 *Excommunicatio eſt ſeparatio à communione Eccleſiæ quo ad fructum, & ſuffragia generalia, vel, eſt priuatio à quacunque licita communione fidelium: priuat enim nos tribus communicationibus ab autore poſitis in Textu.*

QVo ad primum, excommunicatio eſt ſeparatio à communione

ne eccleſiæ, quò ad fructũ, & ſuffragia generalia, & hæc eſt diffinitio excommunicationis maioris. Pro cuius intelligentia eſt notandũ, ꝙ excommunicatio nõ eſt peccatũ, nã quodlibet peccatũ (etiam ueniale) eſt maius malum quàm excõmunicatio, ſed eſt pœna, pœna autem eſt priuatio alicuius boni, & ſic excommunicatio eſt priuatio communicationis eccleſiæ, quæ quidẽ eſt quoddam bonum. Secundò nota, quod inter Chriſtianos ſunt quatuor gradus cõmunicationis. Primus eſt communicatio humana, quæ etiã inuenitur inter fideles, ſicut comedere ſimul, colloqui, tractare, & hæc cõmunicatio non eſt propriè fidelium, ſed conuenit eis quatenus ciues, & politici ſunt. Secundus eſt communicatio, quæ cõſiſtit in hoc ꝙ eſt ſimul cõuenire in eccleſia ad orandum, ad recipiendũ ſacramenta, ad electionẽ canonicã actiuam, & paſſiuã, & ad audiẽdum diuina officia. Tertius eſt cõmunicatio bonorum & ſuffragiorũ, quæ ex intẽtione eccleſiæ applicantur, ſeu offeruntur pro omnibus Chriſtianis. Quartus eſt communicare, ſeu habere partẽ in bonis & meritis aliorum fideliũ, quæ titulo charitatis applicantur omnibus exiſtentibus in gratia, ſecũdũ illud Pſ. 18. Particeps ego ſum

Quatuor gradus cõmunicationis.

omnium timentium te, & cuſtodientium mandata tua. His ſuppoſitis, ſit prima propoſitio. Excommunicatio non priuat quarta communicatione. Probatur quia illa cōmunicatio fundatur in charitate: charitatem autem non expellit niſi peccatum, ſed excōmunicatio non eſt peccatum, ut diximus, ergo Secunda propoſitio. Excōmunicatio priuat hominem reliquis tribus communicationibus. Vnde ſolet ab alijs definiri. (& bene) Excommunicatio, eſt priuatio, a quacunque licita communicatione fidelium. Cōſule Caie. quodlibet 2. q. 2. Et no. antiquam conſuetudinem eccleſiæ in excommunicatione, ꝙ gradatim fideles communicatione priuabantur? Et forte tot erant genera excommunicationum, quot genera communionū. Vnde Sylu. tria genera ponit uerbo. Excommunicatio. 1. §. 1. Aliquando enim priuabantur ſola communione euchariſtiæ, quæ antonomaticè, communio dicitur, ut tradit Dyō. de eccl. hierar c 3. & oſtendit Vald. lib. de ſacramētis. c. 95. Et hoc intelligo decretum Ioannis Papæ. 3. q 4. c. Engeltrudam, Aliquando priuabantur Chriſti fideles eccleſiaſtico conuentu ad officia diuina audienda, uel ab oratione communi, quæ omnes poterāt appellari

Alia definitio.

lari minores excommunicationes, & eas uidelicet.5 q 2.c. præſenti. Et 11. q.3.cap. ad menſam. Et in Conc. Niceno. 11. Et Chryſoſt. hom. 17. in Matthæum circa finem. Aliquādo fideles priuabantur omni communione, quaſi præciſi ab eccleſiaſtico corpore, & hanc ueteres appellabant anathema, qua uoce Iudæi extremam deteſtationem ſignificare ſolebant, teſte Hierony. ſuper. 1. c epiſtolæ ad Gal. Nos hac tempeſtate duas tantum excommunicationes nouimus, minorem, qua quis priuatur communione paſſiua ſacramentorum omnium, maiorem, qua etiam priuatur aliis fidelium cōmunicationibus, ut habet de clerico excommunicato, c. vlt.

CONCLVSIO.

2 *Tres auctoritates ſacræ ſcripturæ in quibus fundatur excommunicatio. Vide in Textu.*

Quęritur, ubi habetur in ſacra ſcriptura, quod eccleſia poſſit hac pœna punire? Reſp. ꝙ excōmunicatio fundatur in auctoritate. Pauli. 1. Corin. 5. Iam iudicaui, ut præſens tradere huiuſmodi hominem ſathanæ in interitum carnis. Et re uera intelligitur, quod tulit in eum ſententia excommunicationis, ut S Tho. exponit. Itē fundatur in auctoritate. 1. Ioan. 5. Eſt *Ex quib. ſcripturę locis ſumitur ritus excōmunicandi.*

peccatũ ad mortẽ, non pro illo dico, ut roget quis. Qui quidem locus licèt multipliciter intelligatur, uidetur tamen quod ſenſus legitimus, & literalis ſit ille, de quo dicitur: Si eccleſiam nõ audierit, ſit tibi ut ethnicus & publicanus. Item ad Tit 3. Hæreticum hominẽ poſt primam, & ſecundã monitionem de uita. Quem locum adducit S. Tho. ad hoc propoſitum in 2. d. 43. & quæſtionibus de malo. q. 3. art. 15. 4. & ita uidetur exponere, & fortè illa eſt expoſitio literalis, & Matthæi 18. Si eccleſiam non audierit, ſit tibi tanquam ethnicus, & publicanus.

CONCLVSIO.

3. *Tota quæſtio uidenda eſt.*

Excõicatio quomodo priuatur à receptione ſacramentorum.

Quæritur, quomodo intelligatur quod excommunicatio priuat à receptione ſacramentorum? an ſit ſenſus quod faciat eam illicitam; ita uidelicet quod nõ poteſt excommunicatus ſacramẽtum ſuſcipere ſine hoc quòd peccet, tamẽ ſi de facto ſuſcipiat, verùm ſuſcipiat ſacramentum; Vel an ſit ſenſus, quod nõ põt ſine peccato ſuſcipere, nec ſi de facto ſuſcipiat, tenet ſacramentũ, ita ꝙ ultra hoc quod peccat, ſacramẽtum eſt nullum? Hęc quæſtio eſt vna de utilioribus, & difficilioribus totius huius materię. Et tota difficultas eſt de ſacramento pęnitentiæ,

tię;utrum ſit nullũ per hoc, quod ſumitur ab excõicato. Pro cuius intelligẽtia eſt in primis notandũ, quòd excõicatio non habet ex iure diuino priuare à receptione ſacramentorũ, nec à participatione ſacrificiorum eccleſiæ. Nam de iure diuino nullus eſt excommunicatus, licet ueniat excõmunicandus ab eccleſia, ſecundum eius placitum & limitationẽ. Secundò nota, quod in poteſtate eccleſiæ eſt, facere ꝙ ſacramẽtum pœnitentiæ & ſacramentum matrimonij ſit nullum, vbi ſuſciperetur ab excommunicato, etiã inuincibiliter ignorãte ſe eſſe excommunicatum. Quod tñ nõ poſſet eccleſia facere de alijs ſacramentis imprimentibus characterem, qui habẽt determinatam materiã de iure diuino, quę non poteſt ſubtrahi, nec mutari. Hoc ſuppoſito dico ꝙ de hac re sũt diuerſæ ſententiæ, licet oẽs conueniant in hoc, quod ſi excõmunicatus ſciens vel uincibiliter ignorans ſe eſſe excommunicatum, ſuſcipiat aliquod ſacramẽtum, peccat mortaliter, & eſt ſacrilegus. Si verò accedat bona fide cũ ignorãtia inuincibilis iuris uel facti, excuſatur a mortali, & de hoc nõ eſt dubium. Sed loquẽdo de annullatione, quidam dicunt quod ſi excommunicatus etiã inuincibiliter ignorãs ſe

eſſe excommunicatum, accedat ad ſacramentum pœnitẽtiæ, & abſoluatur, nullum omnino ſacramentum ſuſcipit. Probant, quia excommunicatio tollit iuriſdictionem, ita ꝙ excommunicatus nullius eſt ſubditus, ſed nullus ſacerdos poteſt abſoluere nõ ſubditum, ergo? Patet cõſequentia, quia licet ignorantia excuſat à peccato, tamen non poteſt facere, quod ſit ualidum id, quod eſſet irritum, ſi fieret cũ ſcientia oppoſita. Et hinc eſt quod vſus eccleſiæ habet, quod ante abſolutionem a peccatis pręmittatur abſolutio ab excommunicatione, ne annulletur ſacramentum. Secundò, alij dicunt quod ſi excommunicatus accedat ad ſacramentum pęnitentiæ cum ignorantia inuincibili, quæ excuſet illum a ſacrilegio, uerum ſuſcipit ſacramentum, nec tenetur amplius confiteri de illis peccatis, ſed quærere abſolutionem ab excommunicatione, & interim non miſcere ſe diuinis. Hęc ſẽtentia eſt Caietani in ſumma. verbo: Impedimenta abſolutionis Et Pal. 4. diſt. 18. q 4. Adrian. q. 2. de confesſione. circa finem. Probat, quia licet abſolutio ſacramentalis ſit iure prohibita excommunicato, nullo tamen iure eſt irrita, ſi de facto ſuſcipiatur, nec vſus eccleſiæ habet cõtrarium: & qui

hoc

hoc cogitant, decipiuntur, ergo. Item alia ſacramenta non annullantur per hoc ꝙ ſuſcipiantur ab excommunicato, ergo nec hoc. nam detis unde habeatis contrarium. Item quia aliàs iniuſta eſſet ſententia eccleſiæ, ſi uellet ignorantiam inuincibilem condemnare. Si quis autem excommunicatus per ignorantiam uincibilem, accedat ad ſacramentum pœnitentię, dummodo confiteatur fictionem, verè ſuſcipit ſacramentum. & recedente fictione, conſequitur effectum. Hanc ſolus Caiet. tenet expreſſe. Et probatur, quia pœnæ non ſunt ampliandæ, ſed potius reſtringendę, ut patet de reg. iu. in 6. reg. 15. & 49. Item eodem iure excluditur excommunicatus à participatione ſacramenti matrimonij, & ſacramenti abſolutionis; ſed eccleſia prohibēs excommunicato matrimonium, nō irritat illud, ſed ſi fiat, tenet, ut patet extra de eo, qui duxit eam, quam polluit per adulterium. c. 6. & de matrimonijs contractis contra interdictum eccleſiæ c 2. Vnde ergo diſcrimen in uerbis eiſdem generalibus. Si autem quis celebrauerit ꝓ excommunicato, & applicauerit ei ſacrificium, ſiue inuincibiliter, ſiue uincibiliter ignoret excommunicationē, applicatio facta tenet. Prohibentur

tur

tur enim Chriſtiani cõmunicare non tamen inualidatur communicatio.

CONCLVSIO.

4 *Hic ponuntur quatuor conclusiones declarantes intentionem Autoris quæ videndæ ſunt in Textu.*

Ex. ōicati an poſſint conferre ſacramentum.

Quæritur, utrum annulletur ſacramentum per hoc quod confertur ab axcommunicato. Reſpondetur, & ſit prima propoſitio. Si ſacerdos excommunicatus quacunque excommunicatione, etiam propter notoriam clerici percusſionẽ, tenet conferre quodcunque ſacramentum, excepto ſacramento pœnitentiæ, verum ſacramentum confert, quamuis peccet. Nec de hoc eſt dubium, ſiue faciat ſcienter, ſiue ignoranter, & tam ubi toleratur, quàm ubi non toleratur. Secunda. Loquendo de ſacramento pęnitentiæ ſi ſacerdos ſit excommunicatus non nominatim, aut propter notoriam clerici percusſionem, & tenet abſoluere, verum ſacramentum confert. Ita determinatur in extrauaganti Concilij Conſtant. ante quod, nullus excõmunicatus poterat conferre ſacramentum pœnitentiæ. Et hæc ſecunda propoſitio intelligenda eſt ut prima, videlicet tam ubi talis ſacerdos toleratur ab eccleſia, quàm vbi non toleratur,

tur, & tam ubi crimen, propter quod eſt excommunicatus : eſt ſecretum, quàm ubi eſt publicum. Tertia, ſi ſacerdos ſit excommunicatus nominatim, aut propter notoriam clerici percusſionem, & cùm hoc toleratur ab Eccleſia, verum ſacramentum pœnitentiæ confert, ſi de facto conferat illud. Patet, quia licet iure nihil ſit de hoc cautum, tamen non eſt credendum, quòd eccleſia toleraret eum in publica adminiſtratione ſacramentorum, & cùm hoc vellet ꝙ facta per ipſum eſſent irrita, profectò eſſet intolerabilis error. Quarta, ſi ſacerdos ſit excõmunicatus nominatim, aut propter notoriam clerici percusſionem, & non toleratur ab eccleſia, etiam ſi tenetur abſoluere, nullũ omnino confert ſacramentum. Patet, quia iſta ſeruabatur ante Concilium Conſtant. & ibi relinquitur ita ſeruandum perpetuis temporibus, quo ad iſta duo genera excommunicatorum, ergo. Item quia talis nullam omnino habet iuriſdictionem, ergo.

CONCLVSIO.

5 *Peccata mortalia tantùm debent eſſe cauſa excommunicationis. Vide Textum, & Concil. vide Seſſ. 25. c. 3. de reformatione.*

Quæritur.

Quætitur, de cauſa excommunicationis an ſit peccatum mortale? Quæſtio hæc poteſt dupliciter intelligi. Primò de iure, id eſt utrum non debeat eccleſia excommunicare, niſi propter mortale. Secundò de facto, an ſi excõmunicet propter ueniale, uel aliud factum quod non ſit peccatum, excommunicatio teneat, in primo ſenſu cõmunis opinio eſt, quod nullus poteſt iure excõmunicari, niſi propter mortale. Patet ex uerbis domini Matth. 18. ubi tradita fuit poteſtas excommunicandi; Si peccauerit in te frater tuus &c. Clarum eſt quod de uenialibus nõ requiritur illa diligentia. Item ex Cõcil. Melden. 11. q. 3. c. nemo. Et hoc tenendum eſt pro certo, licèt aliquando uiderim oppoſitum defendi. Secundo dico, ꝙ licet excommunicatio poſſit iure ferri pro quolibet mortali, qa finis ipſius eſt ſolus Chriſtus, ut patet 1. Cor. 5. quem tollit quodlibet mortale, tamẽ non debet ferri niſi pro grauiſsimis criminibus, de quibus aliter non ſperatur ſanitas; Patet, quia eſt ultima medicina eccleſiaſtica, & nocet pluſquam ſi gladijs feriretur, ut ait Auguſtinus. Item, quia excommunicatio non debet ferri quouſque peccator non audiat eccleſiam. Item, quia Paulus non meminit excommunica-

tionis, niſi propter inceſtum, cùm tamen eſſent plura alia crimina. Vnde patet, ꝙ pro temporali damno nō poteſt ferri excommunicatio, niſi ſit nimis graue. Et quidam iudices peſſimè faciunt, & grauiter peccant concedendo excommunicationes pro rebus leuibus, por las vnas, mazanas, &c. Et eſt una de peſſimis conſuetudinibus quorundam miniſtrorum, eccleſiaſtica poteſtate abutentium, quibus omnia iam corrupta ſunt. Et anathematis nomen (quo audito maiores noſtris tremebant) irriſioni noſtris temporibus expoſitum eſt. Et ergo credo, quod iſtæ excommunicationes non obligant, niſi præſumatur eſſe mortale id, pro quo feruntur, non enim de hoc dubito.

CONCLVSIO.

6 *Ante excommunicationem requiritur trina admonitio, licèt non de neceſſitate in aliquibus caſibus, vbi ſufficit una.*

Sed utrum ſtatim quòd homo peccat mortaliter, poſſit excommunicari? Reſp. ꝙ non, quouſque ſit cōtumax & rebellis eccleſiæ. Patet Matt. 18. Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum; Adhibe tecū; Dic eccleſiæ. & ultimo uenit excommunicatio; Sit tibi quaſi ethnicus. Idem conſtat ex Paulo;

lo; Hæreticum hominem poſt primã, & ſecundã admonitionem de uita. Vnde de iure nullus põt excommunicari, niſi præcedat trina admonitio, vt patet in c. ſacroſancta. de ſenten. excommunicatio. Trina tamen admonitio non eſt de eſſentia excommunicationis, vt bene notat Pal. diſt. 18. in 4. & Dur an. ibidem, & Gloſſa in capite prędicto, & in cap. ſtatuimus. Nec hoc eſt contra euangelium; nam in euangelio oſtenditur ordo iuris. non tamen dicitur, quod ille eſt neceſſarius. Verum eſt ꝙ non expedit aliter fieri, quam in euangelio expreſſum eſt. Nihilominus ſi quis ſemel admonitus excommunicaretur pro mortali, excommunicatio eſſet valida. Non dubito tamẽ quin admonitio ſit de eſſentia excommunicationis, ita quod ſi quis excommunicaretur antequam eſſet admonitus, excommunicatio non teneret. Cõtra hoc poteſt fieri vnum argumentũ, quia incurrẽtes excommunicationes, latas in iure. non admonentur prius, vt patet de incẽdiarijs, de percuſſoribus clericorum, &c. qui quidem ipſo facto incurrunt in ſententiam, ergo. Reſpond quod tales iam ſunt admoniti ab eccleſia, & a lege Chriſti prohibent talia crimina, & iſta eſt ſufficiens admonitio.

Quo pacto præcedit admonitio in excomm. a iure.

CON-

CONCLVSIO.

7 *Quatuor præpoſitiones pro iſta materia videantur in Textu.*

Quæritur, utrum excõmunicatio iniuſta ſit valida, vel vtrũ habeat aliquem effectum? Nota quod excõmunicatio, ſicut & quælibet alia ſententia, dupliciter poteſt eſſe iniuſta. Primo, quia ipſo iure eſt nulla, vt ſi aliquis excommunicet non ſubditum, talis cõtinet intolerabilem errorem, & nullum effectum habet, tam in foro exteriori, quàm interiori. Ita dicitur extra, de ſententia excommunica. Per tuas, &c. ſtatuimus in cap. eod. titu. Secundo dicitur excommunicatio iniuſta ex parte iudicis, quia videlicet malè iudicauit, quacunque ex cauſa id fiat ſiue ex odio, ſiue ex defectu probationis, ſiue ex ignorantia, talis tamẽ non eſt ipſo iure irrita. Et de hac eſt noſtra diſputatio modo, vtrum licet? Eſt quęſtio nimis grauis, & de qua ſunt diuerſæ ſententiæ. Caieta. 22. q. 70 articu. 4. 2. tenet expreſſè, quod talis ſentẽtia omnino eſt nulla; ita quod nullũ prorſus habet effectũ, apud Deum nec apud homines. Probat quia excõmunicatio non põt ferri, niſi pro mortali, ſed iſte, vt ſupponimus, non peccauit mortaliter, ergo. Item quia ſententia iniuſta nõ eſt ſen-

An excõmunicatio iniuſta ſit valida.

tentia, nam ſecundum S. Tho. 2. 2 q. 70. art. 4 iudicium iniuſtum, non eſt iudicium & Adri. quodlibet 6. tenet eandem ſententiam. Tenetur Ricard. 18. q. 5 art. 3 Alex 4 p q 82. membro ultimo Sylu. uerbo excommunicatio. 2. Parapho. 2. & 3. Palu. d. 19. q. 1. artic. 3. & Durand. d. 18 q. 4. Gratia. 11. q 2. c. qui iuſtus, & uidetur eſſe ſententia S. Tho. q 21. addit. artic 4. omnes iſti dicunt, ꝙ excommunicatio iniuſta ex parte cauſæ ſi non ſit iure irrita, eſt ualida. Horum ſententia uidetur fundari in c. per tuas. de ſententia excomm. parapho. Verùm inanis, ubi dicitur, quòd iniuſtè excommunicatus debet recurrere ad ſuperiorem, & petere ab ſolutionē ab excommunicatione iniuſta, ne eccleſiæ ſententiam contemnere uideatur, & ex hoc amplius ligetur. Reuera uidetur mihi, quod omnes iſti Doctores loquuntur breuius quàm oporteat, ideo dicam uobis qđ ſentio. Et ſit prima propoſitio. Iniuſtè excommunicatus non priuatur ſuffragijs eccleſiæ communibus. Hāc tenent omnes doctores, etiam illi, qui aſſerunt ſententiam iniuſtam ligare. Signanter Ricardus art. 7. q. 2 & Palud q. 1. art. 1. & Alex. ubi ſupra membro primo ſolus. Dur. eam negat. Sed rationes Caietani, & Adria. ſufficienter

ter eam probant, eccleſia .n. non approbat iniquam voluntatem, & ſententiam iudicis quantū ad hoc, cùm ſit damnum innocentis, ſine aliqua vtilitate publica. Secunda propoſitio, talis ſententia, quæ non eſt ipſo iure irrita, quantum ad hoc ualida eſt, q̄d ſic excommunicatus non ſolum propter ſcandalum, ſed abſolutè tenetur vitare omnem communionem, & vitari Has duas propoſitiones tenet B. Gregor. homi. 26. tractans Illud Ioã. 20. Quorum remiſeritis peccata, &c. Patet hæc 2. ex multis iuris capitibus, & ex Vrbano Papa I I. q. 3. ca. quibuſdam Quia ſi ſemel daretur facultas, cuilibet diſcernendi, an cauſa ſit iuſta, vel non, eſſet magna confuſio, & ſchiſma, ideò eccleſia iuſtiſſimè pręcipit, vt talis remedia quærat iuris, & interim ſententiam timeat, & ei pareat. Tertia ꝓpoſitio, ſi talis participaret in diuinis, vel alij eidem communicarent publicè, eaſdem pęnas incurrent coram eccleſia, ac ſi ſententia iuſta eſſet. Si enim non eſt delata appellatio ad ſuperiorem, & conuincor de communicatione cõtra præceptum eccleſiæ, iudex profectò iuſtè me condemnauit, tanquam irregularem. Hæc Innocentius extra, de ſent. excommun. c. 40. & Greg. in homilia citata. Quarto

ta propoſitio, licet ex vi præcepti eccleſiaſtici etiam in ſecreto ille non teneatur euitare, & euitari, quia præceptum eccleſiæ æqualiter obligat excõmunicatũ in publico, & in ſecreto ex epicheia tamẽ, ſiue ex licentia præſũpta, aut ratihabitatione põt communicare ſine ſcandalo Quia in alijs pręceptis ſanè interpretamur intentionem eccleſiæ, cùm non eſt veriſimile ipſa uelle obligare. Hic autẽ nullo pacto, eſt ueriſimile eccleſiam ad abſtinendũ obligare uoluiſſe. Nec enim vult alicui Innocẽti inferre, damnũ, niſi propter bonum publicum. Priuare autem in publico, neceſſáriũ, eſt ad publicã vtilitatem, in ſecreto autem priuare non eſt neceſſarium. Hanc puto eſſe mentem & Caiet. & S. Tho.

CONCLVSIO.

8 *Per plures propoſitiones reſpondetur, quæ videnda ſunt in Textu.*

An excõi catio ignorata liget.

Quęritur, utrum excommunicatio ignorata liget? Ad hoc ſit prima propoſitio. Si ignorantia inuincibilis ſit facti & iuris, id eſt, ſi ſit talis quæ excuſet à tota culpa mortali, excuſat ẽt a canone, non incurritur excommunicatio In hoc omnes conueniunt, nec poteſt negari. Quia excommunicatio non poteſt ferri niſi pro mortali, ſed

iſte

iſte non peccauit mortaliter, ut ſuppo nimus, ergo. Patet hęc de conſtitutio. ca. 2. rem quæ culpa caret in damnum vocari non conuenit. Secunda, ſi quis peccat mortaliter, & excõmunicatio non ſit formaliter lata pro illo facto, non incurrit ſentẽtiam canonis, ideſt ſi aliquis ſciat ſe peccare mortaliter, & ignoret inuicibiliter id, pro quo lata eſt excõmunicatio, nõ eſt excõmunicatus. uer. gra. occido Petrum, & ſcio me peccare illum occidẽdo, ignoro tamen inuicibiliter illum eſſe clericum non incurro excõicationem. Patet q̃a excõicatio non eſt lata contra percuſſorem hominis, ſed clerici, vt expreſſe habetur cap. ſi vero. extra de ſentẽtia excommunicatio. Tertia, ſi factum, a quo lata eſt excõicatio, ſit alias licitũ vel non cõdemnatũ iure diuino, ignorantia canonis excuſat à pœna: ver. g. ſi Papa nunc ſub pęna excommunicationis præciperet, ne quis veſtiretur ſerico, & ego ignorarẽ canonem iſtum, nõ incurrerem excommunicationẽ, quia non pecco mortaliter, cũ ignorem inuincibiliter. Prbatur ex capit. propoſuiſti. 82. diſtinctio. Quarta in omnibus ſtatutis latis ab ordinarijs citra Papam ignorantia iuris, ſi ſit inuincibilis, excuſat à ſentẽtia canonis etiam ſi faciam mortale, pro quo eſt

formaliter lata excommunicatio, uerbi grat. Epiſcopus fert ſententiã excõmunicationis in concubinarios, ego ignoro illã, non incurro eam, eſto ſim concubinarius. Et hoc generaliter eſt verum in omnibus quorumcunq; prę latorum inferiorum, citra Papam. Et etiam in religionibus patet, quia ita habetur extra de ſententia excommunicationis lib. 6. cap. vt animarum periculis vbi hoc ipſum expreſsè continetur. Et in his quatuor propoſitionibus omnes cõueniunt doctores nemine diſcrepante. Sed tota difficultas eſt de ſententijs iuris latis a Papa, quibus eſt annexa excommunicatio V. g lata eſt in iure excommunicatio contra incendiarios, eſt dubium, an cadẽs in factum & ignorans inuincibiliter ius incurrat excommunicationem? De hoc ſunt diuerſæ ſententię inter doc. Adria. q. 3. de clauib. Sco. d. 16. q. 98. Maio. d. 18. q 2. & Glo. in cap. a nobis de ſentẽtia excommunicationis, & in c. vnanimarum. Ioan. And. ibi, Bar in l cũctos populos de ſumma Trin. omnes iſti tenent partem affirmatiuam, videlicet quod ignorantia iuris non excuſat à pœna, ſeu excommunicatione. Probant ex prædicto cap. ut animarum in quo Papa in fauorem animarum inſtituit, quod non incurrat ex-

communicationem, qui ſciēs factū, ignorat ius, ſed præcipit id obſeruari in ſtatutis ordinariorum inferiorum, nullam prorſus faciēs mentionem de ſtatutis Papæ, ergo cum ſolum exceperit ſummus pōtifex ordinariorū ſententias, ſit, ut ſententia iuris communis in ſua ui perſeueret. Itē quia ignorantia iuris, cui eſt annexa irregularitas, nō excuſat a tali pœna, ut habetur in c. cū illorum de ſententia excōmunicationis, ergo nec ignorantia iuris, cuius eſt annexa excōmunicato, excuſabit ab ea. Hęc eſt horum ſententia, & quidem uidetur, quod ſit tutior, pręſertim quia fauet vſus eccleſię, quæ communiter irretitos his laqueis remittit ad ſuperiores per confeſſores, eſto pœnitentes laborent inuincibili ignorantia. Oppoſitam ſententiam tenet Syluest. verb. excommunicatio, 2. § 3. & excommunicatio ult. § 3. & verbo, Ignorantia. 1, § 8 & Summa Angel. Et uidetur eſſe Caiet. & Anto. Qui omnes tenent, quòd ignorantia inuincibilis iuris excuſat ab excommunicatione. Probatur, excommunicatio non poteſt ferri, niſi pro contumacia, ut patet ex euang. ſed qui ignorat inuincibiliter non eſt contumax, ergo. Item ſi aliquis ſciat ſubſtātiam mali actus, & ignoret inuincibiliter a-

liquam circunſtantiam eius, nõ impu tatur ei ad malitiam talis circũſtãtia: ergo. Ad argumenta vtriuſque opinionis poteſt faciliter reſpõderi. Et quamuis ſapientisſimus magiſter Victoria in neutram partem apertè declinet, tamen primam ſententiam reputat tutiorem. Et ideo tenendum eſt quod ſi fiat id, pro quo lata eſt formaliter, excommunicatio incurritur, eſto inuincibiliter ignoretur ius. Nec valet ſolutio Sylueſtri, quia etiam pontifex eſt ordinarius, & quod eius ſentẽtię etiã excipiuntur in illo cap. ut animarum periculis, quia eſt contra communem vſum loquẽdi. Nam in ritu de officio iudicis ordinarijs iuriſperiti communiter diſtinguunt ordinarium a ſummo Pontifice.

CONCLVSIO.

6 *Nullus incurrit excommunicationem etiam quod credat de facto incurrere, niſi ipſa ſit lata a iure, vel ab homine.*

Qui credit incurrere excommunicationem quæ non eſt, an ſit excommunicatus.

Quæritur, an incurrat ſententiam excommunicationis, qui facit, aut omittit aliquid inuincibiliter credẽs ſe incurrere excommunicationẽ propter illud. V.g. furatus ſum decem aureos in eccleſia, & credo inuincibiliter quòd ob illud crimen ſit poſita excommunicatio, cum tamen nõ ſit, eſt dubium

dubium, an incurram. Et uidetur quod ſic, quia qui facit actum alias bonum, ſi cogitat eſſe malũ, peccat propter illam conſcientiam ergo. Reſpondeo, quod in tali caſu pecco mortaliter, & incurro tantam culpam, & pœnã quã tam incurriſſem, ſi de facto fuiſſet impoſita excõicatio pro illo opere, ſicut ego cogito, quia conſcientia eſt quæ damnat, vel abſoluit. Secundo dico quod talis quandiu habet illã conſcientiã, debet ſe in omnibus habere. ac ſi vere eſſet excommunicatus: nam alias peccabit propter conſcientiam, quam habet. Tertio dico, quòd talis de facto nullam excõmunicationem incurrit. Probatur quia ipſe non potuit ſupra ſe ferre talem ſentẽtiam, nec alius tulit, ergo. Item quia ſi ille cogitaſſet eodem modo quod propter illud opus incurrebat mortem temporalẽ, nõ incurriſſet illam propter ſolam ſuã imaginationem, ergo. Ad argumẽtum in contrarium dico, quod nõ eſt idem iudicium de culpa & de pœna, nam culpa pendet ex vniuſcuiuſq; volũtate. pœna autẽ nõ niſi a iure vel a iudice.

CONCLVSIO.

10 *Videnda eſt tota queſtio.* *An liceat cõicare cum excõmunicato*

Iam verò de ſecundo principaliter quæritur, vtrum liceat communicare cum excõmunicato. Hic ſunt breuiter

ter tria definienda. Primũ in quibus, ſit licitum communicare cum excommunicato, & in quibus non. Secundum an incurrat aliquam cenſuram qui participat cum excommunicato in prohibitis. Tertium an ſit ſemper mortale peccatum participare cũ excommunicatis in prohibitis. Quo ad primum, ſit prima propoſito, poſt concil. Cõſta duo genera excommunicatorum tenemur vitare, ſ. excommunicatos nominatim, & excommunicatos propter notoriã clerici percusſionem cum his [inquam] eſt prohibitũ participare in his, quæ in hoc carmine cõtinentur. *Os, orare, vale, communio menſæ negatur.* Hoc tamen intelligendum eſt, quando tales excommunicati non tolerantur in miniſterio eccleſię: Nam ſi tolerantur per communẽ errorem, iam diximus ſupra quod ſacramẽta ab eis collata ſunt ualida, ac proinde non tenemur vitare eos, etiã in iſtis. Hoc patet ex iure, & ex p̃dicto Concil. Secunda, cùm omnibus excõmunicatis, quocũq; modo ſunt excõmunicati, eſt licitũ participare in his quæ hoc carmine cõtinẽtur. *Vtile, lex, humile, res ignorantia, neceſſe.* Vide in Sũma Caiet. declarationem horũ verborũ. Tertia, excõicatos non nominatim, nec propter notoriam clerici percusſio-

ceſsionem, nullus tenetur vitare poſt Concilium Conſtan. etiam in contentis in primo verſu Vnde poſſumus cũ eis colloqui, diuina officia audire, inducere eos ad miniſtrandum ſacramẽta. ſi eis ex officio vel ex cõmiſsione hoc incũbat, quia ſic ordinauit Cõcilium in fauorẽ animarum. Hęc eſt aliquorum non omnium. Nam Syl-ueſt. Caiet. & Adria. tenent oppoſitũ quo ad participationem ſacramentorum tam actiuam quam paſsiuã; aiũt enim eos peccare ĩ tali adminiſtratione ſacramẽtorum, ac proinde nõ licere fidelibus eos inducere ad eam. Forſitan Cõciliũ nõ ordinauit, niſi quod facta per tales eſſent valida, quia hoc maximè expediebat animabus. Quo ad ſecundum de quantitate pœnę, ſit prima propoſitio. Qui participat in prohibitis cum excommunicatis, de quibus loquitur prima propoſitio, incurrit ſententiam excõmunicationis maioris in duob. caſibus. Primo quã do participatur crimine, pro quo fuit lata excommunicatio. Secũdo quãdo excõmunicatio fertur ſub hac forma. excommunicemus Petrum, & omnes participantes, & cum illo cõmunicãtes. Extra hos duos caſus ſolũ incurritur excõmunicatio minor, & de hoc non eſt dubitandum. Secunda ꝑpoſi-

tio participare cum excõmunicatis, de quibus in prima propoſitione, eſt peccatum mortale, ſolum in tribus caſibus, ſcilicet ſi participet in diuinis, vel in crimine, vel in cõtemptu eccleſiæ, ſeu clauiũ. In omnibus alijs ſolum erit veniale participare cum eis. Hæc omnia habentur ex determinatione Concil. Conſtan. vt Adria. Antonin. Caiet. Sylue. & vſus eccleſiæ teſtatur. Hoc dico, quia illa determinatio non exat apud nos, hec in prędicto Cõc ex defectu impreſſorũ. Sed multi teſtantur ſe vidiſſe illã. Et papa Euge. in quibuſdam ordinationib⁹ reuocauit omnia facta in Cocilio Baſilieñſi, vbi fuit ordinatũ, ꝙ omnes excõicati vitarentur, quod erat contra determinationẽ Concilij Conſtãt. Nota hic quòd quilibet fidelis tenetur iure diuino vitare excõicatum [quocũque modò ſit excõicatus] in duobus caſibus, præter eos, quõs recenſuimus. Primus, quãdo eius cõſeruatio eſt mihi nociua, quia moueat nocendo in fide, vel circa bonos mores. Secundus, quando ex mea cõuerſatione ipſe ſumit fauorem, para autoriza ſu doctrina falſa o error, ꝓpter quod eſt excommunicat⁹. Extra hos duos caſus non eſt de iure diuino vitare excommunicatum, ſed ſolum de iure poſitiuo.

CON-

CONCLVSIO.

IV *Excommunicati à ſuo epiſcopo tenentur vitare, ac vitari ab hominibus etiam alterius iuriſdictionis.*

Quæritur, vtrum excommunicatũ ab epiſcopo Salmantino, uel Burgenſi, &c. teneatur vitare qui ſunt de alio epiſcopatu, ſuppoſito quod ſciant illum eſſe excommunicatum? Videtur quod non, quia ſupra Burgenſes nullam poteſtatem habet epiſcopus Salmãtinus: quomodo ergo poterit illos obligare ad non participandum cum ſuo excommunicato? Scotus 4. diſt. 19. q. 5. reſpondet [& bene] quod omnes qui ſunt in eccleſia Dei, tenentur vitare eum, in quocũque loco exiſtat excommunicatus. Sed tamen non bene reſpondet ad argumentum in contrarium. nam dicit quod Epiſcopus non habet de iure diuino poteſtatem excomunicandi, nam ſic; non poſſet obligare non ſubiectos ad nõ participandum cum ſuo excõmunicato; ſed Papæ, à qua habet, quod poſſit priuare omnibus ſuffragijs, & communicationibus licitis. Sed dico quod epiſcopus de iure diuino habet poteſtatem excõmunicandi ſubditos ex officio, & ordinaria & propria poteſtate. Et quic-

An excõicatus, ab vno epiſcopo, teneatur vitari ab his, qui ſunt alterius epiſcopatus.

Quæritur, an obligatio ad non participandum cum excommunicatis ſit tanta, quod obliget ad obſeruantiam, etiam cum periculo mortis? V. g. Tyrannus vel alius excommunicatus minatur mihi mortem, niſi communicē cum illo, vel dicam ei Miſſam, an teneatur mori potius quàm id facere? Eſt quæſtio grauis, & diſputatur in prima ſecundæ q. 69. art. 4. Sunt diuerſæ opiniones; quidam dicunt, quod lex humana ex natura ſua & de per ſe nō pōt obligare ad ſui obſeruantiam cū periculo mortis, & ſi aliquando obligat, eſt de per ſe accidens, quia ſcilicet adiungitur bono communi, vel fidei vel religionis. Probant, quia debet eſſe iuſta, ſi Papa obligaret me ad nunquam comedēdum carnes, dominico diè, certè eſſet lex impia, ergo. Caietanus prima ſecundæ loco citato, tenet oppoſitum. Dicit enim ꝙ Papa & Rex poſſunt condere legem, quæ ex ſua natura & de per ſe obliget ad ſui obſeruantiam, cū periculo mortis. Dicit ſecūdo, quod ſi aliqua lex nō obligat iſto modo, eſt ſolum ex benignitate legiſlatoris, qui uoluit obligare cū tali periculo, nō autem ex ui legis. In ſumma autem ſua dicit multa reſpondens ad quæſt.

An obligatio, ad non participādum obligerēt, uſque ad mortem

Primo ait quod in humanis nō eſt

mortale communicare cum excõmunicatis in prohibitis, & q; ab excommunicatione propter tale metum excuſatur. Secundo dicit, quod in diuinis etiam, ſecluſo cõtemptu eccleſiæ, nullo modo licet communicare cum excommunicatis, etiam ob uitandam mortem. Quia talis participatio eſt mortalis, quæ nullo metu excuſatur, vt dicitur in cap. ſacramentis. extra de ſententia excommunicatio. Certe iſta ſententia eſt nimis grauis & odioſa. Vnde dico, q metus mortis excuſat a mortali & ab excommunicatione ꝓpter participationem in diuinis cum excommunicatis incurrendam, ſecluſo contemptu Eccleſiæ. Probo, quia non eſt veriſimile, quod Eccleſia intẽdat obligare ab obſeruantiam ſuarum legum cum detrimento ſalutis propriæ. Cùm ergo excommunicatio ſit pœna eccleſiaſtica, & de iure poſitiuo nõ eſt dicẽdũ quod obliget cũ periculo mortis Et ſic ad ca. ſacramẽtis, dico q illa decretalis eſt intelligẽda, qñ in contemptum eccleſiæ minatur mors. Vel quando committitur peccatum mortale, interueniente morte Vel qñ participat in crimine crimino ſo cum excommunicato, vt ait S. Tho quod lib to 12. art. 9 & Syluester. verbo metus, parapho 7. & Duran. diſt. 18. q. 5.

CON-

CONCLVSIO.

13 *Excommunicatus occultè poteſt, & debet ſe habere in publico ac ſi non eſſet excommunicatus, qui vero eſt publicè excommunicatus ſecretè, & publicè debet vitare omnes fideles.*

Quæritur, utrum ipſemet excommunicatus teneatur uitare fideles: & loquor de omnibus excõ catis quocũque modo. Reſpõdeo, & ſit prima propoſitio, excõicatus, cuius excõicatio eſt occulta, non tenetur ratione excõmunicationis abſtinere in publico cõſortium aliorum, & communionem, etiam in diuinis, ſed poteſt & debet ſe in omnibus ita habere, ac ſi non eſſet excommunicatus. *An excõicatus ſpõte teneatur uitare cõſortia fidelium.*

Hæc eſt concluſio Syſueſtri uerbo excõmunicatio § 5. Probatur, nullus tenetur ſe infamare, imo oẽs tenentur iure diuino, & naturali ad tuẽdam famam maximè propriam (curam habe de bono nomine) ergo Itẽ, quia quilibet tenetur nõ ſcandalizare alios, ſed ſi excõmunicatus ſecretè, fugeret aliorũ cõſortia. ſcãdalizaretur illi neſcientes cauſam, ergo nõ debet fugere. Secunda, publicè excommunicatus tenetur uitare alios fideles tam in publico, quàm in ſecreto, de hoc non eſt dubium. De quantitate pœnę excommunicati publicè, ſi cõmunicet cum alijs

De pœna excommunicati participantis cū alijs. in diuinis, & ꝓhibitis, idē eſt iudiciū ac de peccato participantiū cū eo, nō peccat ille magis quā illi, excepto qđ fideles poſt Conc. Conſtantieſe habēt facultatem inducendi excommunicatos non nominatim, nec propter notoriā clerici percuſſionē ad aliqua, in quibus ſi ſe intromitterent excommunicati non rogati, grauiter, peccarent.

CONCLVSIO.

14 *Vnus excommunicatus tenetur uitare alium excōmunicatū, tanquā fidelem.*

An excōmunicatus debeat uitare alium excommunicatum. Sed vtrū unus excōicatus teneatur vitare aliū excōmunicatum. Videtur ꝙ nō, quia olim leproſi, qui hos excōmunicatos figurabant, poterāt inuicē colloqui & cōuerſari, ergo. Itē quia excōmunicati, nō ſunt iā de corpore miſtico eccleſię à quo ſeparat excōicatio ergo? Reſp. quod ſine dubio tenendū eſt quod ita ē prohibitū excōicato participare cū alijs excommunicatis, ſicut cū alijs fidelibus, & ęquè peccat cōmunicādo cū illis, ac cū iſtis. Et oēs excōicati, ſi ad inuicē cōmunicāt, s, incurrūt excommunicationem minorē. Patet, quia alias excōicati eſſēt melioris cōdōnis ut ſic, quā nō excōicati, qui quidē priuantur illa cōuerſatione: itē, quia, adhuc ſunt membra eccleſiæ per fidē. Secundo dico, quod excōmunicati ob hoc ſolùm quod ſunt ex

com-

communicati,non ſunt exempti à legibus & præceptis ſuorũ prælatorũ,& Papæ. Quia nõ ſunt omnino extra ecclẽſiã, ſicut ethnici, nec ſunt totaliter abſciſſi,& iõ tenẽtur ſuperioribus parere,& ſecꝰ facientes peccant,& incurrũt alias excõmunicationes & pœnas.

Dico ultimo, ꝙ titulo excõicationis maioris prohibetur non ſolùm licita cõuerſatio cũ excõmunicato, ſed ẽt illicita. Vnde mulier ſubijcẽs ſe excõicato grauiꝰ peccat, quã ſi peccaret cũ nõ excõicato. Itaq; prẹter malitiã quã hẽt illud peccatũ ex ſuo genere habet aliquã rationem circunſtantiæ excõmunicationis. Hoc patet, quia in prohibitione cõmunicationis, includitur prohibitio illicitæ cõicationis, a fortiori,& non dubites de hoc. *Titulo excõmunicationis probetur etiã illicita cõuerſatio.*

CONCLVSIO.

15 *Publicè excommunicatus eſt ſuſpenſus ab officio, & beneficio eccleſiaſtico, nec poteſt dare licentiam alteri audiẽdi confeſſionem. occultè uero non eſt ſuſpenſus ab officio, & non poteſt licitè abſolu. re, benè tamen poteſt alteri committere. Cætera uide in Text.*

Dico denique, nõ ſacerdotes poſſe excõmunicare, dũmodo, iuriſdictionẽ habeant in foro contentioſo, ut Archidiaconi, Legati,& Electi. Sed eſt graue dubium, an occultè excommu- *An occultè excommunicatus poſſit excõmunica-*

nica-

aicatus,poſſit excommunicare,ita q̄d talis ſententia ualeat?Palu. 4. d. 18. q. 2.reſpondet,quod ſic,probat ex ca.ad probandum,de ſententia & re iudicata. Et ex l.Barbarius, ff.de re iudicata. Et habetur 3. q 7. c. 1.& 8 q. 4 c.nonne. Idem tenet Gratianus 3.p.q. 7. in fine. Contrarium Syluester uerbo excommunicatio. 2. parapħ. 1. Nam Alexander.24.q.1.c audiuimus, dicit; excō:catum excōicare non poſſe, nec n deijcere pōt quenquam iam proſtratus. Idem patet in c. aduerſus de immunitate eccleſiarum,& ibi Gloſſa; Et in c.exceptionem de exceptionibus.

Ad hoc reſpondetur, publicè excōmunicatum ſuſpenſum eſſe ab offi-cio, & beneficio eccleſiaſtico de iure communi,eccleſiaſtico tamen; nam a ciuili non eſt ſuſpenſus, ita quod ſententiæ non ualeant, niſi cum per annum perſeueret in excommunicatione,ut habetur extra de hęreticis, c.cōmunicatus,parapho credentes.Suſpēſus quoque eſt à beneficio ſuſcipiendo,ita quod nō poſſit accipere,nec retinere ſi accipit,patet de clerico excōmunicato ca poſtulaſt s. A fructibus etiam percipiendis beneficij,quod habuit ante excommunicationem, ipſo iure ſuſpenditur; de appellatio.ca.paſtoralis. parapho verum quia. Sed

non

non priuatur beneficijs habitis ante excommunicationem eo ipſo, priuandi tamen ſunt expoliandi ſi diu in excommunicatione permaneat, ut patet de ætate & qualitate. c. cum bonæ memoriæ. Et de hęreticis c. excommunicamus, parapho credentes. Quęro an ab officio ſunt ſuſpenſi? Patet 24. q. 1. c audiuimus. Et de exceſſibus prę-latorum cap. ult. Et omnes iuriſperiti atque Theologi ita ſentiunt. Occultè autem excommunicatus non eſt ſuſpenſus ab officio. Nam publici officij geſta ab excommunicato occulto valent, nec ſunt irrita, quandiu toleratur ab eccleſia. Et hæc eſt opinio cōmunis Ricard. 4 diſtict. 18 articul. 7. quæſt 1. Caietanus in ſumma. uerbo, abſolutio. Innocent. cap. ueritatis de dolo & contuma Panormita. ibid. Sylueſt. verbo excommunicatio. 3 parapho 10. 11 & 23. Nam ſi actus occultè excommunicati irritarentur, poſtea cùm detegeretur excommunicatio, multi de ſuo ſtatu dubitarent. Item patet ex Conci. Conſtant. in quo ad euitanda ſcandala & multa pericula, ſolum, priuamur à cōmunicatione excommunicatorum, qui ſunt ſpecialiter nominati, uel percuſſores clericorum: & tamen ſi eſſent irrita q̃ facerent, teneremur abſtinere.

Item in c ex pia de excepti o lib 6. Itē ſententia lata ab excōmunicato occulte, tenet quantum ad exteriora, & non ſolum ratione ſcandali 8 q 4 c nonne, Credo tamen quod per talē ſententiā non priuatur excōmunicatus ſuffragijs cōmunibus. Quia ex parte ferētis erat nulla, ſed ualida ratione præcepti eccleſiaſtici, & propter utilitatē cōmunē. Confirmatur, quia Conciliū Conſt. uoluit illam indulgētiam eſſe, non in releuationē excommunicati, ſed populi Chriſtiani, ergo cū priuare ſuffragijs pertineat ad auctoritatē ipſius excōmunicāti, non debet releuari ſuffragijs inquam, id eſt, bonis interioribus, quæ Deus præbet mēbris ſuę eccleſiæ. Nam bene priuat eū orationibus publicis, miſſa, officio diuino. An aūt publicè excōicatus poſſit dare facultatē audiendi confeſsionem, Pal 4. diſt 23. q. 2. tenet quod ſic. Ego credo quod non, quia eſt ſuſpenſus. Occultè autem excommunicatus licitè poteſt alteri committere, ipſe uero licite abſoluere non poteſt.

CONCLVSIO.

16 *Excommunicatio minor excludit tantum à paſſiua participatione ſacramentorum, & ex conſequenti à paſſiua electione Canonica, incurritur in duobus caſibus, primo partici-*

pan-

pando cum publicè excommunicatu, ſicut & ſo propter manũ uiolentã in clericum iniectam, eſt peccatum mortale, nec tranſit in tertiam perſonam.

Quo ad quartum & ultimum de excommunicatione minori, dicimus primò, quod excommunicatio minor eſt cenſura eccleſiaſtica, qua homo excluditur à paſſiua tãtum participatione ſacramentorum, & ex conſequenti a paſſiua electione canonica. Quia ſic diſponit ius, extra de clerico excommunicato. Et hæc excommunicatio poſt Concilium Conſtant. in duobus tantum caſibus incurritur. Primus ſi participatio interuenit cum nominatim excommunicatis publicè. Secundus ſi cum excommunicatis propter manum uiolentam in clericum notoriam (extra caſus a iure præmiſſos) & peccat mortaliter, peccato ſacrilegij excommunicatus minore excommunicatione, ſi ſe ingerit paſſiuè participationi cuiuſque ſacramenti. Quia exclusus ab eccleſia, indignus accedit, ſicut excommunicatus maiore, ingerẽs ſe diuinis, Participantes autem cum excommunicato minore, nullã ex participatione incurrunt cẽſuram. Quia excommunicatio minor non tranſit in tertiam perſonam.

Ex cõmunicatio minor quid.

CON-

CONCLVSIO.

17 *Abſolutio ab excommunicatione minori ſuperiorem ſpectat.*

Quis pōt abſoluere ab excōicatione minori.

Sed utrum quilibet ſacerdos poſſit abſoluere ab excommunicatione minori? Reſpondeo quod non, ſecundū Caietanum, uerbo abſolutio, & verbo excommunicatio minor, circa finem. Et Syluester uerbo abſolutio 3, in parapho 2. Et eſt communis opinio. Probat Caie. quia quæcunque excommunicatio eſt vinculum fori cōtentioſi, ergo exigitur in abſoluente poteſtas iuriſdictionis in eodem foro, at ſimplex ſacerdos nō eſt iudex, nec habet niſi poteſtatem ordinis; ergo. Confirmatur ex ca. nuper de ſententia excōmunicationis. Oportet ergo recurrere ad miniſtrum eccleſię habentem aliàs poteſtatem iuriſdictionis. Et poſſet Diaconus, immò ſimplex clericus habens iuriſdictionē, abſoluere a minore excommunicatione, multo magis quàm a maiore; Quoniam utriuſque abſolutio non ſpectat ad poteſtatē ordinis, ſed iuriſdictionis. Et ita ꝓ materia excōmunicationis ſufficiant.

LAVS DEO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

INDEX QVAESTIONVM & articulorum.

IN HAC SVMMA contentorum.

QVÆSTIO PRIMA, de Sacramentis in communi, & de Baptiſmo.

QVid ſit ſacramentum 1.
Vtrum differant ſacramenta nouæ legis, à ſacramentis ueteris legis. 2
Sacramenta nouæ legis quod ſint. 3
Sacramenta ſeptem nouæ legis, a quo fuerint inſtituta. 4
Sacramenta ſeptem an omnia ſint verè & propriè ſacramenta. 5
Sacramenta ſeptem nouę legis, an contineãt gratiam. 6
Sacramentorum ſufficientia oſtenditur. 7
Baptiſmus quando fuerit inſtitutus. 8
Quando Chriſtus fuit baptizatus in Iordane 9

Vtrum

Vtrum obligatio baptiſmi, & aliorum ſacramentorum nouæ legis in ceteris ſtatim poſt Chriſtum paſſum: & quando legalia ceſſauerunt.
Promulgatio Euangelij quando fuit facta ſufficienter 11
Baptiſmi materia quæ ſit 12
Baptiſmi forma quæ ſit
Baptiſmi formam, quæ mutatio impediat 14
Baptiſmus in nomine Chriſti an ſit validus 15
Baptiſmus in nomine Trinitatis an ſit validus 16
Baptizans an propriam perſonam exprimere debeat, & baptizare vnum, vtrum duo ſimul poſſint 17
Baptizanda perſona, utrum debeat exprimi 18
Vtrum ſit neceſſarium, quod puer baptizandus mergatur in aqua 19
Baptiſmus, utrum remittat omnia peccata etiam actualia, & utrum baptiſmus remittat etiam pœnam 20
Vtrum in baptiſmo detur gratia 21
Vtrum baptiſmus in omnibus conferat æqualem effectum 22
Vtrum peccator in actuali peccato ſit baptizandus, & utrum recedente fictione incipiat ualere baptiſmus 23
Vtrum ſint plura baptiſmata 24
Vtrum pueri ſint baptizandi 25

Vtrum

Vtrum furioſi, & amentes ſint baptizandi 26
Vtrum pueri infidelium inuitis parentibus ſint baptizandi 27
Vtrum mali miniſtri conferant vera ſacramenta 28
Vtrum miniſtrans ſacramenta in mortali, peccent mortaliter 29
Vtrum liceat recipere ſacramenta à malis miniſtris, et vtrum liceat recipere baptiſmum ab excommunicatis 30
Vtrum puer intra uterum poſſit baptizari 31
Quid faciendum de muliere damnata ad mortem 32
Qua ætate ſunt pueri baptizandi 33
Vtrum ad baptiſmum requiratur intentio baptizantis 34
Vtrum baptiſmus poſſit iterari 35
Vtrum puero ſecretè baptizati, ſint repetendæ ſolennes benedictiones eccleſ. 36
Vtrum in baptiſmo puer faciat votum 37
Vtrum in baptiſmo debeant concurrere ſimul materia, & forma 38

QVÆSTIO SECVNDA, de confirmatione.

VTrum confirmatio ſit a Chriſto inſtituta 32
Quæ ſit materia confirmationis 40

Vtrum

Vtrum balſamum ſit de neceſſitate confirmationis. 40
Vtrum chriſma debeat eſſe conſecratum 41.
An chriſma debeat ab Epiſcopo conſecrari. 42
Quæ ſit forma conſecrationis. 43
An confirmatio imprimat charaĉterem. 44.
An poſſit aliquis non baptizatus confirmari. 45
An confirmatio conferat gratiam. 46
An omnes debeat confirmari. 47
In qua ætate ſit conferendum hoc ſacramētum confirmationis. 48
An ſolus Epiſcopus poſſit hoc ſacramentum conferre. 49
Quis ſit ritus ſacramenti confirmationis. 50

QVÆSTIO TERTIA, de Euchariſtia.

VTrum Euchariſtia ſit ſacramentum. 51
Vtrum ſit de neceſſitate ſalutis. 52
Vtrum ſint aliquę figuræ huius ſacramenti. 53
Vtrum materia euchariſtiæ ſit panis, & vinum. 54
Vtrum panis conſecrandus debeat eſſe azymus. 55

Vtrum requiratur certa, & determinata quantitas panis 56
Vtrùm oporteat materiam conſecrationis eſſe præſentem 57
Vtrum vinum ſit materia huius ſacramenti 58
Vtrum in aceto poſſit conſecrari, & utrum in muſto poſſit conſecrari 59
Vtrum aqua ſit miſcenda cum vino 60.
Vtrum in euchariſtia maneat ſubſtantia panis 61
Vtrum omnia accidentia panis, & vini maneant 62
Vtrum hæc conuerſio ſit inſtantanea, uel ſucceſſiua 63
Vtrũ Chriſtus ſit totus in tota hoſtia, & totus in qualibet parte 64
Vtrum continentia, & exiſtentia corporis & ſanguinis Chriſti, & totius Chriſti ſub ſpeciebus panis & uini ſit uera & realis 65
Vtrum realis exiſtentia, & continẽtia totius Chriſti, & partium eius in ſacramento euchariſtiæ, duret duntaxat pro tempore quo ſacramẽtum eſt in vſu &c. 66
Vtrum ſacramento Euchariſtia Chriſtus ſit adorandus adoratione latriæ non ſolum interno cultu, ſed etiam externo 67

Euchariſtia quomodo in ſacrario reſeruari liceat,& ad infirmos deferri oſtenditur 68
Vtrum Chriſtus moueatur in Euchariſtia 69
Vtrum Chriſtus posſit videri in hoſtia conſecrata 70
Quid faciendum quando in hoſtia apparet puer,vel alia forma quæuis 71
An accidentia in hoc ſacramento habeant aliquod ſubiectum 72
An aliquot non conſecratum posſit miſceri vino conſecrato 73
Quæ ſit forma conſecrandi panis 74
Quid demonſtretur per ly hoc 75
Qui ſint effectus euchariſtię 76
Vtrum per hoc ſacramentum remittatur mortale peccatum 77
Vtrum perquiratur confesſio ante euchariſtiæ ſumptionem 78
Vtrum aliquando liceat ſumere ſine præuia confesſio 79
Vtrum euchariſtia ſit danda peccatori perſeueranti in peccato 80
Vtrum nocturna pollutio impediat ſumptionem euchariſtiæ 81
Vtrum ſumens euchariſtiam debeat eſſe ieiunus 82
Vtrum in necesſitate liceat cōſecrare poſt prandium 83
vtrū euchariſtia posſit dari nō habēs

vſum rationis. 84
vtrum liceat quotidie cõmunicare 85
vtrum ſit preceptnm de euchariſtiæ ſumptione. 86
vtrum ſit neceſſarium ſumere euchariſtiam ſub vtraque ſpecie 87
vtrum miniſter euchariſtię ſit ſacerdos 88
vtrum communicare laicos pertineat ad ſacerdotes ſolos 89
An malus ſacerdos posſit cõſecrare 90
An miſſa mali ſacerdotis tantũ proſit ac miſſa boni 91
An hęretici, ſchiſmatici, & excommunicati posſit conſecrare 92
An liceat audire miſſam, aut recipere euchariſtiam ab hæreticis, ſchiſmaticis & excommunicatis 93
An liceat ſacerdoti abſtinere omnino a celebratione 94
Quod ſit opportunũ tempus ad celebrandum 95
An liceat pluries in die celebrare 96
Quo tempore miſſa ſit celebranda 97
In quo loco ſit celebrandum 98
Quomodo eccleſia violatur, & reconciliari debeat 99
Quando incepit miſſa celebratio 100

Quomodo ſit occurendam defectibus in Miſſa contingentibus 101
Miſſa an ſit ſacrificium 102
Chriſtus quod in vltima cęna ſeipſum ſub ſpeciebus panis, & vini, Deo patri pro nobis obtulerit, oſtenditur. 103

QVÆSTIO QVARTA, De Pœnitentia.

An pœnitentia ſit ſacramentum. 104
Qua ſit materia pænitentiæ 105
Qua ſit forma 106
An pœnitentia ſit ſufficiens remedium contra peccata 107
An pœnitentia ſit neceſſaria poſt peccatum 108
An per pęnitentiam pœna debita peccatis remittantur 109
Quomodo remittãtur peccata venialia 110
An peccata remiſſa ſemel, redeant per ſequens peccatum mortale 111
An per pœnitentiam reſtituantur gratię perditæ, & uirtutis 112
Per omnia bona opera reſtituitur aliquid de gratia perdita 113
Quid ſit contritio 114
Vtrum ſufficiat ſolũ dolere de pręteri tis,

tis,vel an requiratur propoſitũ cauendi futura 115
Vtrum contritio debeat eſſe diſtincta de ſingulis peccatis 116
Vtrum quicunque dolor licet paruus, ſufficiat ad remiſſionem peccatorũ 117
Vtrum de minori peccato ſit habẽda minor contritio 118
Vtrum contritio debeat procedere ex dilectione Dei ſuper omnia 119
Vtrum omnis qui habet contritionẽ, conſequatur gratiam infallibiliter 120
Vtrum attritio poſſit fieri contritio 121
Vtrum tota uita præſens ſit tẽpus contritionis, & quando tenetur homo conteri 122
Vtrum, poſt hanc uitam ſit locus pœnitentiæ 123
Vtrum peccata venialia remittantur poſt hanc vitam. 124
Vtrum remittantur per contritionem tota pœna debita peccatis 125
Vtrum confeſſio ſit de neceſſitate ſalutis. 126
Vtrum confeſſio ſit tam neceſſaria ſicut baptiſmus 127
Vtrum confeſſio ſit de iure naturali 128

Vtrum teneamur confiteri peccata venialia 129
Vtrum poſſit aliquis confiteri peccatum quod non habet,& itẽ de ſcrupuloſis 130
An qui confitetur veniale quod non fecit,peccet mortaliter 131
De tempore quo obligat præceptum confeſſionis 132
Vtrum aliquando teneamur ſtatim confiteri 133
Vtrum teneamur confiteri in articulo mortis 134
Vtrum ante euchariſtiam teneamur confiteri 135
Vtrum ad recipienda alia ſacramenta teneamur confiteri 136
Vtrum ad adminiſtranda ſacramenta teneamur confiteri 137
Vtrum teneamur confiteri ſemel in anno 138
Vtrum obliuioſus teneatur ſcribere peccata ad confitendum 139
In qua ætate tenetur homo confiteri peccata ſua 140
Vtrum Papa poſſit diſpenſare in præcepto confeſſionis 141
Vtrum ſit neceſſarium confiteri ſacerdoti 142
Vtrum venialia poſſint confiteri laico 143

Y Vtrum

Vtrũ mortalia poſſint duo cõfiteri. 144
An ſacerdotes in peccato mortali exiſtentes poteſtatem habeant abſoluendi. 145
Vtrum confeſſio ſit facienda proprio ſacerdoti.
Quis ſit proprius ſacerdos 146
Vtrũ in abſentia proprij ſacerdotis liceat confiteri alteri
Vtrum petens a proprio ſacerdote licentiam, & non obtinens, poſſit confiteri cuicunque voluerit. 147
Cum non expediat proprio ſacerdoti confiteri, quid faciendum
Vtrum qui in Paſcha communicauit ſine confeſſione præuia, teneatur iterum confiteri illomet anno 148
Qui ex cauſa non communicauit in Paſcha, an teneatur poſteà communicare 149
An ex cõmiſſione proprij ſacerdotis liceat alteri confiteri. 150
Vtrũ potẽs eligere confeſſorẽ, poſſit eligere ſacerdotũ non expoſitũ. 151
Vtrũ proprius ſacerdos poſſit audire ſibi ſubditũ in alio epiſcopatu 152
Vtrũ non ſacerdos vel excõicatus habens curã animarũ, poſſit concedere facultatẽ eligẽdi confeſſorẽ 153

Vtrum ratihabitio det facultatem abſoluendi 154
Quis ſit proprius ſacerdos particulari um perſonarum 155
Itinerarium,& peregrinorum quis ſit proprius confeſſor 156
vtrum in articulo mortis quilibet poſſit abſolui a quolibet ſacerdote 57
Vtrum confesſio informis ſit valida. 158
Vtrum ſacerdos debeat abſoluere cũ quem ſcit imperfecte dolere 159
Vtrum confesſio debeat eſſe integra. 160
vtrum confesſio non integra ex negligẽtia examinationis, ſint ualida 161
Vtrum requiratur maxima diligentia ad examinandam conſcientiam, & vtrũ confeſſor debeat eum audire qui non fecit examinationem 162
vtrum habẽs peccata reſeruata posſit integre confiteri,& vtrum inferior aliquando posſit abſoluere a reſeruatis 163
vtrum per confesſionem informẽ ſatisfiat præcepto eccleſiæ 164
vtrum in neceſsitate confesſio dimidiata ſit valida. 165
vtrum uirtute abſolutionis remittantur peccata oblita. 166
vtrũ confesſionib. generalibus de peccatis,

catis alias confeſſis, licet dimidiare confeſſionem 167
Vtrum ex defectu ſatisfactionis ſit iteranda confeſſio 168
Vtrum confeſſio facta ſacerdoti ignoranti ſit ualida 169
Vtrum confeſſio in qua ſacerdos nõ aduertit ad peccata, ſit valida 170
Vtrum liceat confiteri peccata ſemel iam confeſſa 171
Vtrum confeſſio per nuncium teneat 172
De confeſſione per interpretem 173
De confeſſione per ſcripturam 174
Vtrum teneamur confiteri circunſtantias per quæ reuelatur cõſors in crimine 175
Quæ circunſtantiæ ſint neceſſariò cõfitendæ 176
De circunſtantijs aggrauantibus 177
Vtrum confeſſor poſſit abſoluere pœnitentem contra propriam opinionem 178
Vtrum neceſſariò ſit confitendus numerus peccatorum 179
Vtrum ſi quis confiteatur ſe peccaſſe decies, vel duodecies, & non recordetur tunc niſi decem, & poſtea recordatur diſtinctè alterius peccati, teneatur illud confiteri in particulariter 180

Vtrum modus ſecrete confitendi ſoli ſacerdoti, ſit alienus ab inſtitutione, & mandato Chriſti 181
Vtrum abſolutio ſacramentalis ſacerdotis ſit actus verè, & realiter iudicialis, hoc eſt verè, & realiter pręſtans, & efficiēs realem abſolutionē vel nō ſed duntaxat declarat pœnitentem iam eſſe abſolutum 182
Vtrum ſacerdos poſsit ſacramētaliter abſoluere pœnitentem, cuius confeſsionem non audiuit. 183
Vtrúm ſigillum confeſsionis ſit neceſſarium 184
Quid faciet confeſſor cum interrogatur de peccato confeſſo ſibi. 185
Quomodo reparabitur defectus fact' in confeſsione 186
Vtrum ſacerdos teneatur ſilere peccatum publicum ſibi confeſſum 187
Vtrū de licentia pęnitentis liceat confeſſori reuelare peccatum 188
Vtrum alia quæ ſciuntur in confeſsione præter peccata cadant ſub ſigillo confeſsionis 189
Vtrum in communi liceat reuelare peccata audita in confeſsione 190
Vtrum ſecreta quæ extra confeſsionē cōmittuntur, ſub ſigillo confeſsionis, ſicut ſecreta confeſsionis, ſilenda ſint 191

Vtrum

Vtrum confesſio ſit a Chriſto inſtituta 192
Conc. de confesſione ante quadrageſ. 193
An teneatur confeſſor interrogare pęnitentem 194
Vtrum circunſtantia loci ſit neceſſariò confitenda 195
Vtrum circunſtantia tẽporis etiã 196
Vtrum liceat habere duos cõfeſſores, vnum pro magnis, alterum pro leuibus 197
Vtrum ei qui credit ſe iterum peccaturum ſit neganda abſolutio 198
Vtrum poſt confesſionem maneat reatus ad pęnam 199
Quid ſit ſatisfactio 200
Vtrum posſit aliquis ſatisfacere pro peccatis 201
Vtrum vnus homo posſit pro alio ſatisfacere 202
Vtrũ posſit homo ſatisfacere pro vno peccato & non pro alio 203
Vtrum ſatisfactio debeat fieri per opera pęnalia 204
Vtrum posſit ſatisfactio per opera, alias debita 205
An implens pęnitentiam injunctã a confeſſore, dum audit miſſam de præcepto ſatisfaciat 206
An is cui iniungitur quod ieiunet, ſatisfa

ctat ieiunando in die præcepto ab eccleſia 207
Vtrum homo per ſeipſum debeat pœnitentiam iniunctam implere 208
Vtrum flagella inflicta a Deo, ſint ſatisfactoria pro peccatis 209
Vtrũ opera pœnalia ſatisfactoria ſint tria, ieiunium, eleemoſina, oratio 210
Vtrum confeſſor posſit obligare pœnitentem, & vtrum pœnitens teneatur adimplere pœnitentiam iniunctam 211
Vtrũ posſit confeſſor imponere quãcunque pœnitentiam. 212
Vtrum ſecundus confeſſor posſit cõmutare, vel tollere pœnitentiam iniunctam a primo confeſſore 213

QVÆSTIO QVINTA,
De extrema vnctione.

VTrum Extrema vnctio ſit ſacramentum 214
Vtrum ſit a Chriſto inſtituta 215
De effectu eius 216
Vtrum ſit unum ſacramentum an plura 217
vtrum oleo ſit materia eius 218
Vtrum oleum debeat eſſe conſecratum 219

Quæ ſit forma huius ſacramenti 292
An ſit de neceſsitate ſalutis 271
Vtrum omnis ſacerdos ſit miniſter extremæ unctionis 222
Vtrum ſanis debeat conferri 223
Vtrum omnes infirmi ſint vngendi 224
In quibus partibus debeant vngi infirmi. 225
Vtrum extrema vnctio ſit ſacramentum iterabile 226

QVÆSTIO SEXTA, De Ordine.

Vtrum ſeptem ordines ſint ex inſtitutione diuina 227
Vtrum ordo ſit ſacramentum 228
Vtrum in nouo teſtamento ſit ſacerdotium viſibile & externum, & ſi eſt aliqua realis, & uera poteſtas cõſecrandi verum corpus, & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & peccata remittendi, & retinendi, 229
Vtrum per ſacram ordinationẽ detur Spiritus ſanctus, & imprimatur charecter indelebilis, ita vt nullo pacto poſsit fieri laicus, qui ſemel prius fuit ſacerdos 230
De materia eius 231

An

An ſit neceſſarius contractus materia 232
Vtrum ordo imprimat characterem 233
An in ſuſpiciendis ordinibus ſit ordo prioritatis 234
An ſuſcipiens ordines in mortali, pecce cet mortaliter, & an exercẽs officia ordinis in peccato, peccet mortaliter 235
Vtrum ſolus epiſcopus poſſit ordines conferre 236
Vtrum Papa poſſit committere ſacerdoti ſimplici collationem maiorũ ordinum 237
Vtrum hæretici poſſint ordines conferre 238
Vtrum fœmina poſſit ordinari, & pueri an poſſint ordinari 239
Quæ ætas, & qualitates & merita requirantur, ut licitè atque legitimè ordinentur 240
Vtrum homicida, & mutilatorpoſſint ordinari de irregularitatibus 141
Vtrum prima tonſura ſit conueniens 242
An in eccleſia catho. eſt hierarchia diuina ordinatione inſtituta 243

QVÆ-

QVÆSTIO SEPTIMA de Matrimonio.

Vtrum matrimonium ſit ſacramentum 244
Vtrum liceat fidelibus plures habere vxores 245
Vtrum ſtatus coniugalis ſit anteponẽdus ſtatui virginitatis, vel cęlibatus 246
Vtrum poſsit fieri per procuratores 247
De materia matrimonij 248
An confeſſus ſit de eſſentia matrimonij 249
Vtrum cõſenſus ſufficiat ad matrimonium 250
Quid faciet coniux quando habet coniecturas quod alter non conſenſit in matrimonium 251
Quod faciet mulier quando is qui cũ ea contraxit ſecretè, poſtea contrahit cum alia publicè 252
An requiratur quod conſenſus interior exprimatur verbis 253
Vtrum ad matrimonium ſufficiat cõſenſus, & verba de futuro 254
Vtrum contrahens per verba de præſenti ſine conſenſu interiori, verè contraxerit, & ad ꝙ teneatur 255
Vtrũ poſt matrimoniũ liceat tranſire

ad

ad religionem 256
Poſt matrimonium ratum, & non cõſummatum altero religionem profitente,alter poteſt tranſire ad ſecũdas nuptias,& vtrum poſt matrimoniũ ratum non conſummatum liceat intrare religionem. 257
Vtrum ſponſo vi matrimonium conſummante,ſponſa poſsit ingredi religionem 258
Ante conſummationem matrimonij licet intrare religionem ĩ qua ſit votum ſolenne 256
Quæ vocentur ſponſalia 260
Vtrũ ſponſalia contracta inter illegitimas pſonas,Papa diſpẽſante ſint rata,& vtrũ ſponſalia conditionata,adueniente conditione ſint valida 261
Vtrum conditio impoſsibilis appoſita matrimonio vitiet illud 262
Quid ſi apponatur aliæ cõditiones 263
De Bigamis 264
Vtrũ bigamiæ irregularitas, tollatur per baptiſmum 265
Vtrum copulæ ſuperueniens ſponſalibus faciat matrimonium 266
vtrum cum quis acceſsit poſt ſponſalia de futuro,ad ſponſam,nõ animo conſummandi matrimonium, & poſtea contrahit cum alia matrimoniũ ſit validum 267
Vtrum

Vtrum qui acceſsit ad ſponſam de futuro animo libidinoſo tantum, teneatur illam ducere 268
Vtrum matrimonium clandeſtinum ſit matrimonium. 269
vtrum accedere ad ſponſam ante benedictionem eccleſiæ ſit peccatum mortale 270
Vtrum conſenſus metu coactus ſufficiat ad matrimonium 271
Vtrum parentes poſsint cogere filios ad matrimonium ſine eorum conſenſu 272
verum error perſonæ impediat Matrimonium 273
An vſus Matrim̃ propter ſolam delectationem ſit peccatum 274
An vſus Matrim. propter vitandam tentationem ſit peccatum 275
An abuſus vxoris ſit peccatum mortale. 276
An oſcula & ſimilia inter cõiuges ſit peccatum 277
Vtrum coniuges teneant redere debitum ſub pœna peccati mortali 278
Si mulier patitur fluxum ſanguinis, vel meſtrua, an teneatur reddere debitum. 279
Vtrum ſponſa teneatur reddere debitum marito petenti ante be. 280
An ſit mortale cõiuges cõuenire ĩ ma-
gnis

gnis feſtiuitatibus 281
An liceat in loco ſacro.. 282
Vtrum coniuges poſſint vouere caſtitate 283
Vtrum Papa poſſit diſpẽſare in matrimonio rato, ſed non cõſumato 284
Quę ſint ĩpedimenta matrimonij 285
An teneat matri ſi quis eſt impotens ad concubitum. 286
An pueri ante quatuordecim annum poſſint contrahere 287
De impedimento maleficij. 288
An hoc ligamen impediat 289
Vtrum amentia impediat matrimonium 290
De crimine inceſtus 291
Quando vir poteſt dimittere vxorem fornicariam 292
Vtrum vir, teneatur dimittere vxorẽ adulterant 293
An ordo impediat matrimonium 294
Si quis occiderit propriam vxorem, vt contrahat cum concubina matrimonium ſit validum. 195
Vtrũ ratũ impediat matrimoniũ 296
Vtrum cultus diſparitas impediat matrimonium 297
Vtrũ cognatio carnalis impediat matrimonium 298
De ĩpedimẽto publicę honeſtatis 299
An parentes tenẽtur alere filios illegitimos

timos
Solutio cuiuſdam caſus 401
Vtrum cognatio ſpiritualis impediat matrimonium 302
Vtrum cognatio legalis impediat 303
Vtrum omnes illi, & ſoli, cõſanguinitatis, & affinitatis gradûs qui Leuiti co. 18 exprimuntur, poſsint impedire matrimonium contrahendum, & dirimere contractum 304
Vtrũ in eccleſia catholica ſit authoritas & poteſtas ad condendũ de nouo aliqua impedimenta legitima quæ impediant matrimoniũ contrahendum, & dirimant contractum. Et an habeat poteſtatẽ deponẽdi & annullandi ea impedimenta, quæ olim impediebant matrimonium contrahẽdum, & dirimebant contractũ 305
Vtrum ſint aliquæ cauſę propter quas matrimonium inter fideles ſemel validum, & firmum diſſolui quo ad vinculum poſsit 306
Vtrum eccleſia inter ueros coniuges poſsit multis de cauſis diuortiũ quo ad totum, ſeu quo ad cohabitationẽ facere 307
Vtrũ ſolennitas nuptiarum certis tẽporib. fieri ꝓhibita, licita ſit, &c. 308
Vtrum profeſsi ſolenni voto caſtitatẽ & etiam qui in ſacris ordinibus ſunt

cõſtituti, posſint matrimoniũ cõtra here, quod firmũ ſit & validum 310
Vtrum rationabiliter eccleſia prohibuerit ſacerdotibus, ne matrimoniũ contraherent 310

QVÆSTIO OCTAVA, De Clauibus.

Clauibus quid ſit
Claues quando fuerint datæ Apoſtolis } 1
Vtrum poteſtas excommunicãdi dicatur clauis
Vtrum omnes apoſtoli a Chriſto immediatè receperint claues 2
Vtrũ poteſtas Petri fuerit maior quam aliorum Apoſtolorum
Vtrum epiſcoporũ poteſtas ſit im mediate a Chriſto } 3
Vtrum claues Apoſtolorum adhuc in eccleſia permaneant 4
Clauis diffinitio
Regnum cœlorum multipliciter capitur in ſacris literis
Vtrum prædicator regnum cęlorum aperiat
Vtrũ clauis & character, ſint idem } 5
Clauis duplex, ſcientię ſcilicet, & iuriſdictionis
Vtrum claues culpam, & pęnam remittant.

tant 7
Vtrum ſacerdos poſſit ligare ad pœnam 8
Qualem ſatisfactionis pęnitentiam confeſſor imponet 9
Vtrum vnus confeſſor poſſit pœnitẽtiam ab alio impoſitam mutare 10
Vtrum legales ſacerdotes claues habuerint
Chriſtus clauem habuit
Sacerdotes habẽt clauẽ ord.
Fœminæ nullã poteſtatẽ ſpiritualem habent
Vtrũ Abbatiſſæ, & Prioriſſæ pcepta poſſint imponere. 11
Vtrum mali ſacerdotes clauiũ uſum habeant 12
Vtrum hæretici, ſciſmatici, excõicati degradati clauiũ uſum habeant 13
Vtrum hmõi pdicti in mortis articulo poſſint abſoluere.
Vtrum excõicati in artic. mortis poſſit cõfeſſionẽ audire 14
Vtrum ſacerdos in quemlibet vti claue poſſit
In quinque caſibus non dẽt proprius ſacerdos ſibi ſubditum abſoluere.
Vtrum ſi ſacerdos abſoluat fęminam cum qua peccauit abſolutio teneat. 15

QVÆ

QVÆSTIO NONA
De Excommunicatione.

EXcommunicatio quid ſit. 1
Vtrum Eccleſia poſſit pœna excommunicationis punire, & vnde habetur ex ſac. ſcrip. 2
Vtrum excommunicatio a receptione ſacramentorum priuet. 3
Vtrum ſacramentum annulletur, per hoc, quod conferat excõicatus. 4
Vtrum cauſa excommunicationis ſit peccatum mortale 5
Vtrũ ſtatim quod homo peccet mortaliter excommunicari poſſit 6
Vtrum excõicatio iniuſta, ſit valida, vel aliquem habeat effectum 7
Vtrũ excõmunicatio ignorata liget 8
Vtrum incurrat ſententiam excõicationis, qui inuincibiliter credẽs ſe incurrere, aliquid faciat 9
Vtrum liceat cum excommunicato communicare. 10
Vtrum excommunicatum ab uno epiſcopo, teneantur vitare, qui de alio epiſcopatu ſunt. 11
Vtrum obligatio ad non participandum cum excommunicatis tãta ſit quod ad ſui obſeruantiam obliget cum periculo mortis 12
Vtrũ excõmunicatus teneatur fideles
vitare

vitare 13
Vtrum vnus excommunicatus, alium excommunicatum vitare teneatur 14
Vtrũ cũ excõmunicato excõcatione maiori prohibe: tur licita vel illicita cõuerſatio 14
Vtrum occultè excommunicatus occultè poſſit excommunicari, ita quod talis ſententia valeat 15
Quid ſit excommunicatio minor, & in quibus caſibus incurratur 16
Vtrum quilibet ſacerdos obſoluete ab excõmunicatione minori poſſit 17

Finis Tabulæ.

CVM LICENTIA
Sanctiſſimæ Inquiſitionis.

8.55.A.28²

INSTITVTIONES CHRISTIANÆ PIETATIS,

Siue abbreuiatus Catechiſmus Petri Caniſij Theologi Societatis IESV.



BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

VENETIIS,

Apud Iacobum Cornettũ.

M D LXXXVIII.

SVMMA EORVM,

Quæ in hoc paruo Cathechiſmo tractantur.

CHriſtianus à Chriſto dicitur, quia eius vitam imitari, & doctrinam obſeruare debet, & quũ opus fuerit palam profiteri, & prædicare, ipſa verò doctrina duobus capitibus continetur, ſapientiæ, videlicet, & iuſtitiæ: omnia autem quæ ſub iſtis continentur, debet ſcire, & obſeruare Chriſtianis. Prior virtutes Theologicas continet fidem, ſpem, & charitatem. Poſterior declinatione à malo, & boni operatione abſoluitur: & ex iſtis duobus capitibus omnia alia eliciuntur. Fides continetur in ſymbolo Apoſtolorum, Spes in oratione Dominica, Charitas verò Dei dilectionem, ac ꝓximi continet, propter quam, hæc ēt tractantur: Decalogus Chriſtianorũ officia, & argumēta; inſuper de eccle- *Aug. li 2 Retr. ca. 63.*

 ſia,

ſia, deq; eius præcipuis pręceptis, & traditionibus, denique de ſeptē ſacramētis, utpote ſapientiæ, & iuſtitiæ neceſſarijs, & hæc de ſapiētia, Iuſtitia (ut diximus) habens duo mēbra, primo tractat de peccato, qđ prima ſui diuiſione duplex ē, originale, & actuale, quod poſtremū ēt duplex mortale. ſ & veniale, poſtea demōſtratur quib. vijs, ad peccati conſumationē peruenitur, & per quæ media ea uitemus, & perpetrata purgabimus: particulariter verò quatuor genera peccatorum tractātur, videlicet. De ſeptē peccatis capitalibus, ſiue mortalibus, De nouē ſpeciebus peccatorū aliorū hominū ad nos ex parte pertinētiū. De ſex ſpeciebus peccatorū in Spiritū ſanctum & de quatuor peccatis in cœlū clamātibus. Deniq; de peccatis venialibus, & q̄uo oīa expientur. Sub ſecūdo mēbro iuſtitiæ, hęc tractantur: Primum quē fructum pariūt opera Chriſtianæ iuſtitię, ut propoſito fine, facilius procuratur uia mandatorū Dei. Poſtea de tribus generibus bonorum, oratione, ieiunio, & eleemoſyna. De ſeptem corporalibus operibus miſericordię, & de ſeptē ſpiritualibus. De quatuor virtutibus Cardinalibus, de ſeptē donis ſpūs ſācti, eiuſdēq; duodecim fructus (Apoſtoli teſtimonio) enumerantur,

tur,& poſtea quędã opa carnis eodẽte ſte manifeſtãtur, vt oppoſita iuxta ſe poſita clarius eluceſcãt. De octo beatitudinibus, & qa cõſiliorũ obſeruatio facilitat pcepta, de tribus pcipuis cõſilijs Euangelicis pauca dñr. Poſtremo agitur đ quatuor hominũ nouisſimis.

De fide. Cap. 1.

Fides igitur primum traditur in doctrina chriſtiana, ſine qua Deũ inuenire, & inuocare, Deo ſeruire, & placere nemo poteſt, ipſa quippe lumen eſt animæ, oſtium vitę, & fundamentum ſalutis æternę: diffinitur verò ſic; Fides eſt Dei donum, & lumen, quo illuſtratus homo firmiter aſſentitur, atque adhæret his, quæ vt credantur, ſunt diuinitus reuelata, & ab Eccleſia nobis propoſita, ut Deum eſſe trinum, & unum: totum Chriſtũ in Euchariſtia contineri, & alia huiuſmodi, quæ non humani ſenſus capta comprehendi, ſed fide duntaxat percipi poſſunt. Summa credendorum continetur in Apoſtolico Symbolo, habẽs duodecim articulos. Qui omnes eo ſpectat vt verum Dei, diuinarumque rerum cognitionem ad ſalutem apprimè neceſſariam: ſuccinctè comprehenſam hẽamus vbi primũ & pcipuũ locũ hẽt cognitio, & cõfesſio Sãctiſſ. Tr. ne ullo mõ dubitetur, Deũ

Definit.

De ſymbolo Apoſtolico.

quo nihil maius, aut ſapientius, aut melius excogitari poteſt, in eſſentia quidem, ſeu natura vnũ, & ſimplicẽ, in perſonis verò tribus eſſe diſtinctũ: vt alius Pater, alius Filius, alius Spiritus ſanctus ante omnia credatur. Pater eſt, qui ſuum ab æterno generat filium fontẽ, & opificem rerũ. Filius ab æterno ex Patris ſubſtãtia genitus mundi redẽptor, & ſaluator eſt. Spiritus ſanctus, qui & paracletus, ideſt cõſolator Eccleſiæ, & Chriſti fideliũ eſt adminiſtrator Hi tres ſunt vnus, verus, ęternus, immenſus, & incomprehenſibilis Deus. Pulchrè igitur huic ſanctisſimæ ſimul, & indiuiduæ Trinitati tres partis ſymboli correſpondetur, prima de creatione, ſecunda de Redemptione, tertia verò de ſanctificatione. Verba primi articuli ſunt hæc; *Credo in Deum patrem omnipotentem Creatorem cæli, & terræ*, ideſt firmiter aſſentior primam (ordine ſcilicet) in Deitate perſonam eſſe patrem potẽtia, & maieſtate ſummum, cum ex nihilo viſibilia, & inuiſibilia creauerit; & ſumma cum bonitate, & ſapientia gubernet: cuius nutui, cęleſtia, terreſtria, & infera patent. *Et in Ieſum Chriſtum*, Saluatorem mundi, vnctum, ſiue plenum ſpiritu ſancto. *Filium eius*, a patre ab æterno genitum,

Artic. 1.

Art. 2.

tum *Vni um*, ac per omnia patri ſimilem, & conſubſtantialem. *Dominum noſtrum*, & omnium credentium, quos ipſe ex Satanę ſeruitute liberauit, impijs quoq; dominatur quos trudet in inferno. *Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto*, quando in vtero virginis carnem aſſumpſit, vt verbum caro, Deus homo, & Maria mater & virgo eſſet. *Paſſus ſub Pontio Pilato*, cum. ſ. docendi, & miracula perpetrandi finem feciſſet *Crucifixus, mortuus, & ſepultus*; vt erga nos charitatem ſuam maximam demõſtraret. Signatio vero crucis, ſex effectus in nobis operatur. *Art. 3.* *Art. 4.*

Primum recordamur ſummi beneficij in cruce peracti.

Secundum, Spem noſtrę ſalutis (vt decet) in cruce ponimus.

Tertium, Hoc ſigno ſeparamur ab infidelibus.

Quartum, Incitamus ad patientiam.

Quintum, Arma ſumimus contra Satanam.

Sextum, Auſpicatius noſtra exordimur. *Deſcendit ad inferos*, ſecundum animam, vt mortis, & Satanæ deuictorem, & patrum liberatorem ſe oſtenderet. *Tertia die reſurrexit à mortuis*, triumphator ſecundum corpus, exemplum noſtræ redemptionis exi- *Art 5.*

ſtens. *Aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis*, abſoluto humanæ redẽptionis operę, vt ſecundum humanam naturam ſuper omnia exaltaretur, & in dextera patris parem exerceret poteſtatem; quò fideles qui ſunt membra eius aſcendent.

Art. 7. *Inde venturus eſt iudicare viuos, & mortuos.* Extremo iudicij die, in quo unicuique reddet ſecũdum merita; & ipſe Chriſtus mediator, & redemptor eſt cui fidamus, legiſlator, cuius iuſſis obtemperemus, uirtutem exẽplar quod imitemur, ac iuſtus iudex redditurus præmium, uel ſupplicium ſecundum merita.

Artic. 8. *Credo in Spiritum ſanctum*, tertia hæc eſt in Deitate perſona a patre filioque procedens, ac vtrique cõſubſtantialis Hic ſpiritus corda fidelium illuſtrat, purificat, ſanctificat, & in omni ſanctitate confirmat, adiuuat infirmitatem noſtram, & pro ut vult, dona diſtribuit.

Artic. 9. *Sanctam Eccleſiam Catholicam.* viſibilem, ſcilicet congregationem fidelium, ſymbolicẽ, ſiue coniunctim ſub Chriſto, & eius Vicario uiuentem, ita ut qui extra fuerint, ſaluari nequeant: ſancta eſt, quia nunquam deeſt ei Spiritus ſanctus: catholica, ideſt uniuerſalis, quia omnes fideles totius orbis ſub ſe continet. *Sanctorum communionem*

nem, eſt in ipſa Eccleſia, quia ipſi fide
les ſemper ſolliciti ſunt ſeruare uni-
tatem fidei, in vinculo pacis; eſt enim *Epheſ. 4.*
inter illos vnitas fidei, doctrina con
ſentiens, & conformis uſus ſacramē
torum. Et hæc eccleſia duplex eſt,
triumphans in cœlis, & militans in
terris, ſub qua etiam comprehen-
duntur exiſtentes in purgatorio, &
ex ea omnes in fideles excluduntur;
non enim habebit Deum pro patre,
qui uoluerit habere Eccleſiam pro
matre. *Remiſſionem peccatorum*, ſine *Art. 10.*
qua nemo iuſtus, & ſaluus eſſe pote-
rit; dicente Apoſtolo; *Omnes peccaue- Ad Ro. 3*
runt, & egent gloria Dei: Theſaurus i-
ſte à Ieſu Chriſto ſua morte, & ſangui
ne comparatus eſt, & hominibus
derelictus. cuius tantum pœniten-
tes ſunt participes, quia hoc ſpe-
ctat poteſtas clauium, ligandi, ſci-
licet atque ſoluendi. *Carnis reſur-* Art 11.
rectionem, quæ in nouiſſimo die bo-
nis, & malis contingent, tunc e-
nim Ieſu Chriſto exiſtente iudi-
ce, omnes præmia, uel pœnas ſe-
cundum merita recipient. Tali ve-
rò credulitate, vir bonus etiam in
maximis ærumnis ſeipſum conſola-
tur, quia vita præcens caduca, &
mortalis eſt, futura verò ſempi-
terna, & immortalis. *Vitam æter-* Art. 12.

 nam

nam. quam adipiſcentur qui in iuſtitia, & ſanctitate vixerint. Hic vero fructus, & finis eſt fidei, ſpei, patientiæ, atque chriſtianæ exercitationis. propter quam aſſequendam nulla humana res dura, vel aſpera putanda eſt, quippe quę omnibus affluet delicijs. Adijcitur *Amen* Clauſula vltima chriſtianæ confesſionis. Et licet articuli fidei ante omnia pertineant ad fidem credendorum, tamen quęcunque ſcriptura diuina (auctoritate Eccleſię proponit etiam credenda ſunt, ſimiliter quæcunque ex ipſis hauriuntur, ac etiam quęcunque, & quomodocunque Eccleſia (dictante Spiritu ſancto) pro tempore proponit, atque diſponit.

De Spe. *Cap.* 2.

PArum eſſet Deo, Deique verbis credere, niſi chriſtianus Dei bonitate pcepta; Spem inde conciprat, ac fiduciam conſequendæ gratiæ in præſenti, & in futuro vitam æternam adepturum. Spes igitur eſt virtus diuinitus infuſa, per quam certa cum fiducia noſtræ ſalutis, & æternæ vitæ bona expectantur. Hæc ſpes asſidua oratione paratur, fouetur autem, & exercetur continuame

meditatione bonitatis, & beneficiorum Dei; Demum conſcientiæ puritas eſt adiungenda, Dicente Dauid; *Spera in domino, & fac bonitatem.* *Sap.36*
Ante omnia ſperanda ſunt bona Regni Cœleſtis, poſtea quæcunque mortalibus ſunt vtilia: quæ omnė præcipuę in oratione Dominica continentur. In ipſa igitur ſeptem ſunt petitiones, ad quas omnium orationes referri poſſunt, & debent. *Pater noſter,* adoptione per Ieſum Chriſtum. *Qui es in cælis,* ubi ſuperbeatisſimè regnas. *Sanctificetur nomen tuum,* vt omnes vbiq; terrarum cognoſcant omni potentiã, & maieſtatem tuam, quòd tunc quidem fit quando per bona opera Deo ſeruitur. *Adueniat Regnum tuum,* tùm in vniuerſo mundo regnes, per bona opera omnium fidelium, tum etiam nos regnemus cito tecum in Cœlo. *Fiat voluntas tua ſicut in Cęlo, & in terra,* vt ſ. ſicut in beata illa patria promptè, & expeditè ab Angelis, & Sanctis omnibus tibi ſeruitur, ita fiat ab hominibus qui ſunt natura, & moribus peruerſi. *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie;* Quia tu Deus es autor, & fons omnium bonorum animæ, & corporis, rogamus vt ſubminiſtres neceſſaria nobis. *Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitori-*

De oratione Dom.
1. petitio
2
3
4
5

Mat.9 *bus noſtris*, Quia tu Deus ſolus potes
condonare peccata, & additur clauſu
la propter quam ſolent dimitti pecca
Mat.6 ta, Chriſto dicente; Si dimiſeritis ho-
minibus peccata eorũ, dimittet & uo-
bis Pater ueſter cœleſtis delicta veſtra.
6 *Et ne nos inducas in tentationem.* Satanæ
ſ. carnis, & mundi, & ſi permittis ten-
tari, non patiaris nos ſubeſſe tentatio
7 nibus. *Sed libera nos à malo*, cum ſimus
undiq; vallati periculis, tu ſalua no-
ſtrum corpus, & animam; quia omni-
potens es. *Amen.* Formula hæc oran-
di, & poſtulat bona, & petit a malis li-
berari. Tres primæ petitiones ſpectãt
ad æterna, quatuor verò poſteriores
ad temporalia, quę propter æterna, &
ipſa debent peti.

De Charitate. Cap. 3.

CHaritas omnium uirtu-
tum princeps, & mater
eſt; modum finemq; ne
ſcit. Non deſerit moriẽ-
tes, quia & poſt hanc vi
tam in charitate firmabantur electi.
Sine ipſa, fides, & ſpes chriſtiano in-
eſſe poſſunt, ſed ad bene, beateque vi
uendum non ſufficiunt. Charitas i-
Def. gitur eſt virtus diuinitus infuſa, qua
ſyncerè diligitur Deus propter ſe,
& proximus propter Deum. Deus

qui ſolus poteſt explere animos noſtros eſt ſummum æternumq; bonum igitur per ſe amandus, proximus autem quia ſimilitudinem, & imaginē gerit omnipotentis Dei. Vnde conſtat duo eſſe præcipua charitatis præcepta, quorum primum in diligendo Deum ante omnia, & ſuper omnia, ex tota anima, & mente, & ex totā virtute conſtituitur. Secundum verò in diligendo primum ſicut noſipſos poſitum eſt, & ex iſtis duobus præceptis tota lex pendet, & prophetæ. Charitas in exhibitione operis oſtenditur. Iſta diffuſius partitur in decem præcepta ueteris legis, quorum priora tria ſpectant ad Deum optimum Maximum; ſeptē verò poſteriora ad proximum, & ita recenſentur. *Ego ſum Dominus Deus tuus; Non habebis Deos alienos coram me, non facies tibi ſculptile vt adores illud*, exorditur Deus Decalogum a notitia ſui, & ab inſinuatione maieſtatis ſuæ, ut propoſita maieſtate legislatoris promptiores ſint homines ad ſeruanda mandata. Neque præcipit ſolum, ſed ſubminiſtrans auxilium, benedictionem promittit, & tribuit, prohibet autem in hoc.

Mat. 22

Primum præceptū

Primò præcepto idolatriā, obſeruationes ſuperſtitioſas, vsū etiā artis ma

gicæ, & diuinatoriæ; ac ne ulla creatura quantumuis eccellens, pro Deo habeatur. Nec propter hoc ſanctorum adoratio prohibetur, ſed ipſi ut templa Dei, & Sācti ſpiritus vaſa propter Deum adorandi ſunt, & inuocandi. Nos verò Chriſtiani, ſculptilia Ethnicorum more minimè adoramus, ſed Deum, & ſanctos per imagines repræſentatos.

Nam Deus, eſt quòd imago docet, ſed nō Deus eſt ipſa.
Hac videas, ſed mente colas, quòd cernis in ipſa.

Secundum præceptum. *Non aſſumes Dei tui in vanum*, Prohibet diuini nominis abuſum, & irreuerentiam, quę committitur a periuris, & blaſphemis, requirit autem reuerentiam in Diuinis, iuramenta, & uota ſeruando, & verbum Dei reuerenter tractari.

Tertium præceptum. *Memento vt diem Sabbathi ſanctifices*. Poſtulat vt feſtiuos dies in pijs, & ſanctis operib. tranſigamus, quòd quidem fit, ſi à prophanis, & mœchanicis operibus uacādo, orationibus inſtantes erimus. & hæc tria, præcepta primæ tabulæ dicūtur, & nos inſtituunt, vt verum cultū Deo pręſtemus. interiorem. ſ. & exterio-

riorem, corde, ore, & opere. priuatim, & publicè.

Quartum præceptum. *Honora patrem tuum, & matrem tuam, ut ſis longæuus ſuper terram, quam Dominus Deus tuus dedit tibi.* Docentur filij, & ſubditi de obſequio parentum, & ſuperiorum ex corde, uidelicet; Debemus enim eis reuerētiam, & obſeruātiam, opem itidem, & obedientiam: nec licet quauis occaſiones, aut cauſſa eos offendere, aut contriſtare.

Quintum præceptum. *Non occides:* Non ſolum prohibet omnem proximis læſionem corporalem, ſed rancorem, iram & odium contra eum; & Chriſti exemplo remittere offenſas & benefacere etiam inimicis.

Sextum præceptum. *Non mæchaberis.* Prohibet omnem illicitum concubitum, & impuram libidinem, etiā mentalem, ac proinde præſcindi vult occaſiones omnes.

Septimum præceptum. *Non furtum facies.* Prohibet omnem illicitam contractationem rei alienæ, requirit autem in bonis fortunæ ſemper proximi utilitatem cuſtodiri.

Octauum præceptum. *Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium.* Prohibet omne mendacium, & omne abuſum lingue cōtra

pro

proximum ſiue in iudicio, ſiue extra, item mouemur vt illius defenſionem pro loco,& tempore ſuſcipiamus. Nonum, & decimum præceptum. *Non concupiſces vxorem proximi tui. Non domum, non agrum, non ſeruum, non ancillam, non bouem, non aſinum, & vniuerſa quæ illius ſunt*. Vetant iſta duo præcepta, vxoris, & rei alienæ concupiſcentiam, vt ne uoluntate quidem ea appetamus. Vtrunque verò pręceptum cordis ſinceritatem, & beneuolentiam erga omnes integram requirit. Hęc omnia, vt diximus, Dei ac proximi charitatē reſpiciunt, vnde Chri-

Ma. 7. ſtus præcipit, dicens; *Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, eandem vos facite illis: hæc eſt enim Lex, & prophetæ*. Officia vero, & argumenta fraternæ charitatis propoſuit Paulus 1. Cor. cap. 13. dicens; *Charitas patiens eſt, benigna eſt, charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum: non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati. omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet, Charitas nunquam excidit, ſiue prophetiæ euacuabuntur, ſiue linguæ ceſſabunt, ſiue ſcientia deſtruetur*. Et poſtremò dicit charitatem eſſe maiorem fide, & ſpe; quia ipſa

Officia, et argumenta fraternæ charitatis.

ipſa mediante, bona opera facimus. Iſta omnia perſuadent vt proximum in Chriſto diligamus, nã vt idem ait: *Qui diligit proximum, legem impleuit.* Chriſtus autem 13 Io. inquit. *In hoc cognoſcent omnes quod diſcipuli mei eritis, ſi charitatem habueritis adinuicem.* Rom. 13.
Sed animaduertendum eſt, vltra decalogum, etiam quicunque à ſuperioribus, & ſacris Concilijs præcipiuntur eſſe obſeruanda, præcipiente Paulo cuſtodire præcepta Apoſtolorum & ſeniorum. Immo Chriſtus dixit loquendo ſuperioribus; *Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit.* Act. 15. Luc. 10.
Sed quia quicquid a fidelibus agitur, niſi Eccleſiæ autoritate, ex benedictione firmetur, non eſt meritorium: ideo de ipſa dicendum eſt.

ECcleſia, ſiue congregatio fidel:ũ, duplex eſt, ut in 1. cap. diximus, & ſic d.ffinitur: Eccleſia eſt uniuerſitas omnium Chriſti fidelium, profitens eius fidem & doctrinam. Caput eius Chriſtus eſt, qui ſuũ Vicariũ reliquit in terra.& ideo ab ipſa Eccleſia excluduntur, qui aut fidem non habẽt, aut caput & paſtorem non recognoſcunt. Ipſam Eccleſiam eximijs dotibus, promiſſionibus, & beneficiis Deus illuſtrat, nihil clarius habet in terra, ipſã ſemper ornat, conſeruat, defendit, & vindicat. In ea filij Dei fouentur, docentur, & exercentur: inſuper columna, & firmamentum eſt ueritatis, quã interpretatur, & cuſtodit. fundata eſt ſupra firmam petram, ut de eius ſtabilitate nunquam dubitemus. Ciuitas eſt ſupra montem poſita, ut omnibus ſit perſpicua. Amica, ſoror, & vnica ſponſa Chriſti eſt; pro qua redimenda, mundanda, ſanctificanda, congreganda, ſibique adiungenda laborauit, & ſupplicia multa pertulit. Spiritum ſanctum ei reliquit, ut pro tempore ſuggerat quęcunque neceſſaria, & ue-

ta ſunt. Paſtores verò legitimè in Eccleſia conſtituti dummodo a veritate non deuient, ſunt interpretes Sancti Spiritus voluntatis, ita ut in concilijs dicere posſint; *Viſum eſt ſpiritui ſancto, & nobis*: Spiritualis verò poteſtas quatuor principales prębet vtilitates, quarum prima eſt, quòd ipſi paſtores vigilant, & ſolliciti ſunt pro ſibi creditis. *Act 15.* *De quatuor vtilitaibus ſpiritualis poteſtatis.*

Secunda, debent eſſe veluti forma ipſi paſtores, & exemplum quod ipſi ſubditi imitentur.

Tertia, prouident ipſis de agendis, ne circumferantur omni vento doctrinę, propter nequitiam hominum. *Epheſ. 4.*

Quarta ſuos fideles ad ſpiritualem perfectionem debent adducere. Præpoſiti enim & doctores, lupos debent arcere zizaniam extirpare, oues defendere, & ſanam doctrinam confirmare: Subditi uerò non altè, ſed ſobriè debent ſapere, & ſemper ſeruare vnitatem fidei in vinculo pacis. Oues enim ſiue ſubditi ipſi, debent lupos fugere, nec alienos, ſed ſuos ſequi paſtores. Et ſi aliquando Deus pmittit per malos miniſtros ſuas oues paſci, doceri, ac conſeruari, hoc ex occulto, & iuſto iudicio euenit: ſcit enim ſummus ille vniuerſorum. Pater ex malis bona colligere, & tunc ex Chriſti præ *Epheſ. 4.* *Mat. 23.*

cepto

cepto, non opera eorum mala, ſed optima uerba ſpectanda ſunt. Quicquid autem in eccleſia pręcipitur, hoc duplici modo fit, aut enim eſt per ſcripturam, aut per uocem quæ propriè traditionibus nomē. imponit & neceſſariò ipſæ veniūt obſeruādę. quia Christiani non ſolum literis, ſeu ſcripturis diuinis obligantur, ſed verbis prælatorum, de quibus generatim Paulus aiebat, *De cętero fratres quęcunque ſunt vera, quæcunque ſunt ſancta, pudica, iuſta, amabilia, bonæ famæ, ſi qua virtus, ſi qua laus diſcipinę, hæc cogitate quę didiciſtis, & accepiſtis, audiſtis, & uiaiſtis in me hac agite, & Deus Pacis erit vobiſcum.* Datæ ſunt traditiones ne vnuſquiſque cogitaret pro libitu. Omnia poſſe mutare, quia ſequi debemus ducem ſpiritum in uinculo pacis, & in lege charitatis: & ſimus iuſtitiæ ſerui obedientiæ filij, humilitatis cultores, cuſtodes pacis, & patiētię, atque amatores crucis. Verum iudicio eccleſię ueniunt iudicandæ traditiones, obſeruandæ, uel repudiandæ, quia bonarū traditionum obſeruatione fideles ab hæreticis ſeparantur. Quod autem fit per ſcripturam, propriè præcepti nomen indidit, & hæc ſunt omnia quę à ſummis pōtificibus, ſacris Concilijs, & alijs ſuperiorib. ordinata ſunt. pręcipua

De tradition.

Phil. 4.

Ephe. 4.

De præceptis eccl.

cipua verò eccleſiæ præcepta alij numerant quinque ſic; Obſeruare dies feſtiuos. Iſtis diebus auſcultare Miſſam: Obſeruare ieiunia. Saltē ſemel in anno confiteri peccata. Euchariſtiam ſingulis annis tempore paſchatis accipere. Aliqui vero dicunt eſſe decem, adiūgentes iſta alia quinque: Soluere decimas. Quibuſdam diebus non comedere carnem. Ieiunantes a certis cibis abſtineant. Celebratio nuptiarum quibuſdam temporibus anni non debet fieri. Coniugale debitū peti non debet certis diebus, & temporibus. Et iſta omnia ſunt fidei, humilitatis, & obedientiæ chriſtianę ſalutaria exercitia, honeſtam diſciplinā & cōcordiam popularem promouēt, Symbola religionis exiſtunt, & iudicia interioris pietatis. In quinque verò præcipuè eccleſiæ autoritas eſt neceſſaria.

In quib. precipuè neceſſaria eſt eccleſię autoritas.

Primò ad diſcernendum ſcripturas canonicas ab adulterinis.

Secundò ad veros ſenſus eliciēdos.

Tertiò, ut in grauioribus quæſtionibus, & controuerſijs de fide ipſa eccleſia tanquam iudex adſit, & eius legitima autoritas interponatur.

Quartò, ut pro ratione temporum locorum, & perſonarū leges cōdat, & canones

canones conſtituat.

Quinto, ut peruicaces corrigi, comprimi, & excommunicari poſſint. Verum quum Eccleſia ſit columna, & firmamentum ueritatis, debemus ei reuerentiam, & obdientiam.

De Sacramentis. Cap. 4.

SACRAMENTA Eccleſiæ, ueluti inſtrumenta ad capeſcenda, bona cœleſtia, ſunt diuinitus inſtituta; & Chriſtiani per ea firmantur in fide, incitantur ad ſpem, & promouentur ad charitatem accipiendam, exercendam, augendam, conſeruandam, ac etiam reparandam: ideo de iſti fideles ſunt informandi; Vſus enim & cognitio ſacramentorum, faciunt nos legitimè exerceri, conſeruari, atque promoueri in diuino cultu accepta gratia, & meritis Ieſu Chriſti. Homo enim ea potiſſimum cauſa creatus, redêptus, & deſtinatus eſt, vt Deum purè, & integrè colat, quod tunc ſit quando præcipuum, & ſummum obſequium præſtat creatori Deo, quòd quidem eſt exerceri in diuino cultu. Et duplex eſt interior, & exterior; priori modo per illectum, & affectum Deo coniungimur, & fide, ſpe, atque charitate perficitur;

citur: poſteriori uerò per quædam viſibilia ſigna, & ritus priorem declaramus: ſicut enim homo conſtat ex anima, & corpore, ſic Deus uult ab eo utroque modo recognoſci, quòd maximè, & ſaluberrimè fit per uſum ſacramentorum, tali quippe modo uiſum eſt diuinæ ſapientiæ mortalium ſe imbecillitati accommodare. Anima enim, licet immortalis ſit, quia tamen quandiu manet in corpore, quaſi in carcere poſita eſt; ad capeſcenda diuina utitur miniſterio exteriorem ſenſuum. Septem igitur ſunt ſacramenta nouæ legis à Chriſto inſtituta, neceſſaria quidem ad ſautem, quia ſiue ipſis, aut aliquo ipſorum nemo ſaluari poteſt, cuius definitio talis eſt. Sacramẽtum eſt inuincibilis gratię, uiſibilis forma, ut eius ſimilitudinem gerat, & cauſa exiſtat; & ſicut in ſacramento baptiſmi exterior ablutio, quæ ſordes corporis lauat, eſt efficax ſymbolum interioris ablutionis, quod. ſ. anima purificetur; ſic res alię uiſibiles, & externæ, ut olei, panis, uinique ſpecies, quarum uſus in Sacramentis eſt neceſſarius aptè conſtituuntur ad ſignificandum, & ad conferendum hominibus diuinam gratiam, ac animæ ſalutem: modo ad hæc non indignè accedatur. Et licet ab indignis miniſtris

Defi. Sacram.

ſtris

ſtris ſacramenta exerceantur, nullo tamē modo à ſacris illis myſterijs ſe abſentat diuina maieſtas. Per Baptiſmum ergo regeneramur, & renouamus; per confirmationem augemur, & roboramur, per Euchariſtiam nutrimur, & reficimur; per pœnitentiam ſanamur, & reſtituimur in vita ſpirituali; per extremam unctionē armamur, & nutrimur; per ordinem ſacrum aptamur, & promouemur in diuino cultui; & per matrimonium cōſecratur, & augetur populus fidelis vnūquodque ſacramentum conſtat verbo, & elemento: primum quaſi forma eſt; ſecundum quaſi materia Ad dignam verò ſuſceptionem, & idoneā collationē ſacramētorū multa alia requirūtur, videlicet; Miniſter idoneus, recta intentio in miniſtro, fides in ſuſcipiēte, & alia multa inſtituta ſunt à Chriſto multis de cauſis;

Primo, ut ſint præſtantisſima remedia contra peccata.

Secundò, vt habeamus certa, efficaciaq; ſigna diuinæ erga nos gratię, & voluntatis; quia ſunt veluti inſtrumenta per quæ placet Deo ſalutem noſtram efficicius operari.

Tertio, vt ſint veluti Symbola, & externę notæ Chriſtianę profesſionis, quibus Dei, eccleſięque filij mutuo ſe agno-

agnoſcant Miniſtri verò ſunt diſpẽſa‑
tores miſteriorũ Dei, qui ſacris miſte‑
rijs ex profesſio præſunt; nihil vero no‑
cet mala vita miniſtrorum (Aug. teſte)
qua ſacramẽta, vel omnino non ſint;
vel minus ſancta ſint. Vtimur ſacra‑
mentis quibuſdã cęremonijs, primum
vt ſignis, teſtimonijs ac exercitijs ſint
cultus interioris: ſecundum, vt ſit inci‑
tamẽta religionis: tertiũ, vt decenti or‑
dine, & honeſtè cultus diuinus exer‑
ceatur. Sũt.n illæ venerandę, & obſer‑
uandæ commendatione antiquitatis,
quippe quæ plenè ſunt grauitate, di‑
gnitate, ac fœcunditate myſteriorũ, &
incipiendo à Baptiſmo dicimus, ſacra‑
mentũ eſſe conſiſtens in exteriori ab‑
lutione corpis, & legitima uerborũ ꝓ‑
latione, ad remittenda peccata, & eſt
ita neceſſarium, vt nemo posſit ſalua‑
ri ſine illo, dicẽte Domino, Io 3. *Niſi
quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu Sã‑
cto, nõ poteſt introire in Regnum Dei.* Qui
quidem baptiſmus triplex eſt, flumi‑
nis, flaminis, & ſanguinis, primus fit
ꝑ aquam; ſecundus per internã inſpi‑
rationẽ, & voluntatem, deficiente cõ‑
moditate baptizandi; tertius fuit in
multis martiribus, qui morientes ꝓ
Chriſti nomine, in ſuo ſanguine bap‑
tizati ſunt. Quando Chriſtus in Ior‑
dane baptizatus eſt, tunc inſtituit

*Contra li‑
teras Pe‑
tiliani li.
2. cap. 47*

*De bapt.
eiuſque
defin.*

hoc ſacramentum, in quo tria præcipuè conſideranda ueniunt; Materia, verba, & effectus, ideſt conſiderat de aqua, ut ſit ſimplex, elementalis. & pura. Secundus conſiderat de uerbis, quę ſũt forma Baptiſmi, vid. *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij & Spiritus Sancti.* Tertius conſiderat, quòd omnia peccata in Baptiſmo remittuntur, ut uetus homo aboleatur, & noua fiat in Chriſto creatura. Remanet autem in baptizatis fomes peccati, ſiue concupiſcentia ad agonem relicta, ut hac occaſione vigilantius Dei gratia quæratur, virtutes ſtudioſius exerceantur fortiusque certando, majorem ſibi acquirant gloriam. Propterea debent ipſi christiani aſſiduam animi gratitudinem Deo, & ſæpius myſterium huius ſacramenti rememorare, ſponſionem. ſ. & profeſſionem in Baptiſmo editam. Cogitent igitur chriſtiani per Baptiſmum ex iræ filijs, & Satanæ ſeruis, Dei filios, Chriſti membra, & cohęredes, viuaque templa Spiritus Sancti effectos eſſe, renuntiauerunt Diabolo, & operibus eius, mundo luxurię & omnibus uoluptatibus. Denique ſciendum, hoc ſacramentum, confirmationem, & ſacrum ordinem imprimere characterẽ, ideſt ĩdelebile quoddam ſignum in anima, & per cõſequẽs

non

non eſſe iterabilia.

Confirmatio eſt ſecundum ſacramentum in ordine, & ſic definitur, ꝙ ſcilicet ſit ſacramentum conſiſtens in ſignatione frontis baptizati, ab Epiſcopo facta, cum unctione ſacri chriſmatis, & certa uerborum forma, ad audacter confitendum nomen Domini Ieſu Chriſti. Vbi tria ueniunt conſideranda: primum materia, quæ ex oleo, & balſamo mixta ab Epiſcopo conſecrata eſt: ſecundum, forma uerborum quæ talis eſt; *Conſigno te ſigno Crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Tertium, miniſter idoneus, qui epiſcopus eſt, exemplo Apoſtolorum Fuit. inſtitutum a Chriſto, ut communiter tenetur, quando Matth. 10. impoſuit manus ſuper pueros, dicens; *Talium eſſe Regnum Cælorum.* Hunc ritum Apoſtoli tradiderunt, & ſicut vnctio externa linit corpus, ſic Spiritus ſanctus linit animam, augendo gratiam. Conſignantur in fronte, quę pudoris eſt ſedes, ut conſtanter, & intrepidè nomen Domini confiteantur, impingitur alapa, ut chriſtianam militiã inuicta patientia exercendam, & ornandam eſſe, perpetua memoria omnes retineant.

De cõfir. eiuſq; definii.

Euchariſtia eſt tertium in ordine

De Eucha. eiuſque def. ſacramentum, præcipuum vero quoad dignitatem, & ſic definitur, quod ſcilicet ſit ſacramentum corporis, & ſanguinis Ieſu Chriſti contentū ſub ſpeciebus panis, & vini, virtute verborum a ſacerdote prolatorum. Nomen Euchariſtiæ bonam gratiam, ſeu gratiarum actionem ſignificat, quia pręcipuum, & maximum Dei donum, ipſumq; omnis gratiæ fontem, & auctorem continet, ſummorūq; bonorum nos admonet, pro quibus gratiarum actionem, laudem, & gloriam Deo debemus, quia ſumimus illam ęternam maieſtatem, ipſiq; incorporamur. In ipſa Euchariſtia tria præcipue continentur, primum ſpecies viſibiles, quę oculis apparēt panis videlicet, & vini ſecundum veritas corporis, & ſāguinis Ieſu Chriſti, quā fides nō ſenſus, aut ratio comprehēdit: tertium, virtutes ſpiritualis gratiæ, quę tam magnæ atq; multiplices ſunt, vt nequeat lingua humana explicare. Eſt.n. ſacrum conuiuium, in quo Chriſtus ſumitur, recolitur memoria paſsionis ei⁹, mēs impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur Sanctus Bernardus; *In Sum. de Cœna Domini.* duo ait præcipue operatur in nobis Euchariſtia, ſenſum enim minuit in minimis, & in grauioribus peccatis tollit omninò conſenſum & idē alibi

dicit.

dicit; Hoc corpus Christi ægris ē medicina, peregrinãtibus via, debiles cõfortat, ualentes delectat, languẽtes ſanat: per hoc.n. homo manſuetus efficitur ad correptionẽ, patientior ad laborem, ardentior ad amorẽ, ſagacior ad cautelã, promptior ad obedientiã, & magis deuotus circa ſpiritualia. Si quis veſtrum non tam ſæpe mõ, non tam acerbos ſentit iracundiæ motus, inuidiæ, luxuriæ, aut cæterarũ hmõi Satanæ ſagittarum, aut punctionum; gratias agat corporis, & ſanguini domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniã virt⁹ ſacramenti operatur in eo, & gaudeat ꝙ peſsimum vulnus accedat ad ſanitatem. Vt autem hi fructus acquirantur, & permaneant in nobis, quanta poſſumus humilitate, & reuerẽtia, amore, & mũditia, participanda sũt ſacra iſta myſteria, aliter damnationẽ potius quam ſalutẽ acquirimũs. De hoc ſacramento quinque potiſsimũ ſunt ſcienda, primum de ueritate Eucharistiæ, vt certo credamus ſub ſpeciebus panis, & uini, verũ IeſuChriſti carnem, ac verum ſanguinẽ exhiberi, miniſterio quidem ſacerdotis, virtute aũt ac potẽtia Dñi noſtri Ieſu Xpi, quæ omnia nec sẽſibus patẽt, nec corruptioni, uel tranſmutationi sũt obnoxia, quia ipſe Chriſtus inuiſibilis,

Quinque potiſsimũ ſciẽda de Euchar.

impasſibilis, & immortalis eſt; ſumma ac diuina reſplendens gloria, quã ſolis oculis fidei in hac uita licet intueri. Secundum de tranſubſtantiatione, ubi duo animaduertenda, ac apertè profitenda ſunt, alterum, ſacerdotem legitimè ordinatum eſſe oportere, alterum uero tantam eſſe vim in verbis illis arcanis, & conſecratorijs, quibus idem ſacerdos Chriſti vice, panem, & uinum in altari conſecrat; ut panem quidem in corpus, vinũ autem in ſanguinẽ Domini ſubitò trãſmutentur, quod a ſacris Theologis, ſynodis, & orthodoxis patrib. trãſubſtantiatio nominatur, ſola fide metienda: ſunt autem quatuor tã in Hoſtia, quàm in Calice: in Hoſtia eſt caro Chriſti uirtute uerborum, ſanguis ex quadam neceſſaria concomitãtia, eius anima ex concomitantia mediata, & Diuinitas ex concomitantia remota. Sic in Calice eſt ſanguis Chriſti uirtute uerborum, caro eius ex quadam neceſſaria concomitantia, anima ex concomitantia mediata, & Diuinitas ex concomitantia remota. Tertium de adoratione, quia hoc ſanctiſſimum ſacramentum, cum ꝓfunda humilitate, ex toto corde adorãdũ eſt: continet enim in ſe ſummam illã tremendam, æternam, ac omnipotentem

tem maieſtatem, cuius nutu tota ſimul machina cœleſtis, ac terreſtris mouetur. Quartum de inſtitutione: quia duplici ex cauſa hoc ſacrificium Chriſtus inſtituit, primò vt a fidelib. tanquam ſalutiferum cibum animæ ſumeretur: ſecundo, vt noui teſtamẽti ſacrificium offeratur in perẽnẽ memoriam paſsionis Ieſu Chriſti, in gratiarum actionẽ, atq;, vt credentibus proſit, ad mala depellẽda, & bona impetranda in præſenti, & in futura vita. Hoc ſanctiſsimum ſacrificium nõ ſolum viuis, ſed etiam defunctis ad remiſsionem peccatorũ prodeſt. Fuit inſtitutũ quando Chriſtus in vltima cœna protulit verba conſecrationis, ſicut ex ſcriptura diuina, & traditione Apoſtolorum ſancti Patres aſſeuerãt. Inſuper incruenta, & efficax oblatio eſt, repræſentans Dñi paſsionem, & cruentum ſacrificium in cruce peractum, & pro nobis oblatũ, præterea ſanat infirmitates, purgat iniquitates & debilibus auxilium ſubminiſtrat, Chriſtus igitur duplici modo eſt nobis ſacrificium, cruentum. ſ. & incruẽtum. Quintum, de ſumptione, vnde ſciendum eſt ſacerdotibus ſacrificantibus vtraſq; ſpecies deberi, hoſtiam, ſ. & Calicem: ſine quibus neq; ritè cõſecrare, neq; offerre Euchariſtiam poſ-

ſunt. Laici verò, & omnes non ſacrifi cantes, ſolum hoſtiam debent percipere, & hoc Spiritu ſancto dictate, Ecclesia determinauit. Chriſtus. n. q dixit; *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem in me manet, & ego in illo*; affirmauit etiam, & dixit; *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* Pœnitentia, in ordine eſt quartum ſacramentum, & definitur, quòd ſcilicet ſit ſacramentum, quo mediante ſacerdos abſolutionem præbet confitenti peccata. Habet tres partes, Contritionem, Confeſſionem, & Satisfactionē. Hoc ſacramentum fuit inſtitutum à Chriſto quando Apoſtolis dixit; *Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, quorum retinueritis, retenta ſunt.* Qui poſt Baptiſmū per peccata inimici Dei efficiuntur, hoc ſacramento reconciliantur, & ideo à Theologis ſecunda tabula poſt naufragium vocatur, per pœnitentiam enim peccata condonantur, & ſaluantur homines Diximus très habere partes; primum cordis contritionem, quæ eſt animi dolor de peccatis propter Deum offenſum cū propoſito vitæ melius commutandæ. Hæc contritio excitatur, ſi quis peccatorū ſuorū fœditatem, magnitudinem, ac multitudinem ſedulò intuearur; ſi de ſum-

Ioan.6.

De pœnitent. einſque def.

Ioan.20.

ſumma bonitate offenſa, de Dei gratia, cæterisq; donis amiſsis ſollicitè cogitet, ſi mortis incertæ ineuitabilem neceſsitatem, futuri iudicij horrendã ſeueritatem, ac paratas peccatoribus pœnas ſempiternas expendat, atque pertimeſcat: ſecundum oris confeſsionem, quę eſt integra declaratio peccatorum facta coram legitimo ſacerdote, ad obtinendam eorum ueniam, a Deo per abſolutionem ſacerdotis, & ſit examinata conſcientia corã ſacerdote de criminibus omnibus: ut ſacerdos tanquam ſpiritualis medicus cognita enormitate, uel leuitate peccati, ſciat remedia, & abſolutionem præſtare, cui rei ſummus conſenſus patrum, teſtimonium perhibet, & debet confeſsio habere decem & ſeptem cõditiones in iſtis uerſibus contentas.

Sit ſimplex, humilis, confeſſio, pura fidelis,
Vera, frequens, nuda, diſcreta, libens, verecunda,
Integra, ſecreta, lacrimabilis, accelerata,
Fortis, & accuſans, & ſit parere parata.

Tertia pars pœnitentiæ eſt operis ſatisfactio, quæ eſt uolũtaria cõpenſatio bonorũ operũ pro peccatis perpetratis ad æqualitatẽ iuſtitiæ: & licet

à Chriſto generaliter pro omnibus in cruce peracta ſit: debet tamen ab uno quoque peccatore ſedulò peragi, maximè illa quæ à confeſſore iniungitur compenſandi cauſa, ſaltem ex parte, peccata quę fecit. Satisfactioni operam dabant Dauid Niniuitæ, & alij multi, quos in oratione, cinere, & cilicio, gemitu, luctu, ieiunijs, alijsq; afflictionibus pœnituiſſe conſtat: vnde ſummus cōſenſus patrum ſatisfactionem perſuadet, ac etiā peragi pro defunctis, & in purgatorio exiſtentibus hortatur. Pœnitentia igitur Euangelicę prædicationis, exordium eſt, Angelorum gaudium, arcta uia in terris, & anguſta porta quæ ducit ad uitā ęternam. Hæc lapſos erigit, ſaucios curat imbecilles roborat, mortuos viuificat & perditos reſtituit ſanitati, omnia p peccata vitiata, pœnitentia redintegrat. Hac pœnitentia ueteris uitæ odium, noſtriq; contemptum & omnē ſubmisſionem teſtamur. Hac ipſa duce lugentes conſolationem, afflicti curationem, & humiles exaltationē reportant. Hac Dæmones, & uitiorum peſtes ſuperamus, meritas pœnas auertimus, Dei placamus iram, acquirimus gratiam, & gloriam æternam cōparamus.

2. Re. 12 *Ioann. 3.* *Mat. 7.* *De extre*

Extrema unctio eſt in ordine quin

tum ſacramentum, quia iſta quinque omnibus debentur Chriſtianis, & ſic definitur, quòd ſ. ſit ſacramentū, quo ſacerdos ungit infirmos cum oleo cõſecrato, ad ſalutem animę, & corporis cum certa uerborum forma; quę iſta eſt; *Per iſtam unctionem; & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Deus quicquid deliquiſti per uiſum, uel auditum;* mutando nomen in unaquaque unctione: & inunguntur organa quinque ſenſuum, & pedes, & renes. Fuit hoc ſacramentum inſtitutum a Chriſto, ut habetur per traditionem Eccleſiæ, quæ in his quæ ſpectant ad fidem non poteſt errare. Remittuntur per hoc peccata, & ſi expediens fuerit, infirmo ualet etiam ad ſalutem corporis. Clara ſunt enim uerba Iacobi Apoſtoli 5. cap. dicentis; *Infirmatur quis in uobis? inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & ſi in peccatis fuerit, remittentur ei.* Miniſter idoneus eſt ſolus ſacerdos, qui tantum in grauioribus, & periculoſis infirmitatibus hoc ſacramentum miniſtrare debet: conſolationem enim, fiduciam, atque robur confert, quibus in ſupremo illo agone uiriliter, cum doloribus, & Dæmonibus con-

In unctione, einſq; definit.

Vide ſummam ſacramẽtorum, in quæſtione 216

fli&atur.

De ordine ſacro, eiuſque defin. Sacer ordo eſt in ſacramentorum ſerie ſextum ſacramentum, imprimens characterem particularem in vnoquoque ordine, & ideo non poteſt iterari. Talis eſt eius definitio.

Sacer ordo eſt ſignaculũ quoddam Eccleſiæ, per quod ſpiritualis poteſtas tribuitur ordinatio, qui quidem duplicem habet poteſtatem, una reſpicit corpus Chriſti uerum, & altera reſpicit corpus Chriſti myſticum, ideſt Eccleſiã: unde quælibet pars ordinis exercet officium ſuum. Verum quũ ſacer ordo diuidatur in maiores, & minores (qui sũt quatuor, & illi tres) ad Hoſtiarium pertinet dignos ad Eccleſiam admittere, & indignos eijcere: ad Lectorem Prophetias in Miſſa, & Lectiones in matutino legere; ad Exorciſtam Dæmones adiurare, & eſ fugare a corporibus: ad Acolitum, materiam ex qua corpus Chriſti, & ſanguis efficitur, ad Altare portare: qui omnes dicũtur minores. Maiores verò, & propriè ſacri ſunt ſubdiaconatus, ad quem pertinet Hoſtiam, & Calicem in altari præparare, & Epiſtolas in Miſſa legere: Diaconatus ad quem pertinet Hoſtias ordinare, ac porrigere ſacerdoti, Euangelium legere, &

antiquitus ſanguinem populo diſpenſare. Sacerdotium, cuius eſt corpus, & ſanguinem Chriſti conſecrare, ſibi & alijs impertiri, & confesſiones audire. Epiſcopi maiores ſacerdotes dici poſſunt, quia gerunt vices Apoſtolorum. Simplices autem Sacerdotes, ſeptuagintaduorum Diſcipulorũ, & omnes iſti, ſacrificia, & dona offerunt deo, atque in curanda Dominica meſſe tanquam operarij exiſtere debent. Et quanquam quoad ordinis ſacramentum, ac ſacrificij auctoritatem diſcrimen inter Epiſcopos, & ſacerdotes non ſit, tamen ſunt illi multo excellentiores, ſi Eccleſiæ gubernandæ, ſi paſcendarum animarum ius, tum baptizatos confirmandi, & clericos ordinandi poteſtatem conſideremus; de quibus omnibus maximum teſtimonium perhibent, & ſanctisſimi patres, & canones Apoſtolorum, qui omnes perſuadent honorare ſacerdotes. & dummodo perſiſtant in obedientia Sanctæ Matris Eccleſiæ, etiam ſi malè vixerint, ſunt honorandi, eorumque præcepta ſeruanda, dicente Domino Mattheo 23. *Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi, omnia ergo quæcunque dixerint vobis, ſeruate, & facite, Secundum autem eorum*

opera nolite facere, hoc tamen animaduertendum eſt, quòd rectè præcipiant quę ſunt ſecundum Deum. Hi omnes ordinati miniſtri conſtituti ſunt inter Deum Deique populum, vt ſubditi non circunferantur omni vento doctrinę in nequitia hominum; in aſtutia Satanæ, ad circumuentionem erroris tanquam paruuli fluctuantes.

Ad Eph. 4.

De Matrimo.

Matrimonium ultimum ſacramentũ, licet fuerit in vſu in veteri teſtamẽto, tamen ad conſeruandam ſpeciem, & ad augendum populum Dei tunc erat. Factum fuit ſacramẽtum à Chriſto, quando Matt. 10. dixit; *Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet*, & ſic definitur.

Definit

Matrimonium eſt viri, & mulieris legitima coniunctio indiuiduã vitæ conſuetudinem retinens. Eſt ſacramentum quatenus ipſa cõiunctio eſt ſacrum, & congruum ſignum diuinitus inſtitutum quo Chriſti ſponſi, & eccleſiæ ſponſæ ſanctiſſima, firmiſſimaq; coniũctio deſignatur. Mutuus conſenſus intercedere debet, & euitari gradus conſanguinitatis, vel affinitatis, matrimonium prohibentes vel dirimentes. Et ſi ritè auſpicatur, gratiam præſtat coniugibus, quia perficit amorem, & indiſſolubilem vnitatem confirmat, vt ſint, & permaneãt in carne vna atque mutuam inter ſe fidem,

pacem,

pacem, dilectionem, & conſenſionem maximam ſemper conſeruent. Atque ita in eis efficitur quod Apoſtolus docet ad Hebræos 13. *Honorabile connubium in omnibus & thorus immaculatus.* Matrimonium nulla ex cauſa diſſolui poteſt, cùm ſint duo in carne vna, etſi igitur nulla ſperatur proles, & quælibet uitæ incommoda, duriſſimique caſus intercedent, tamen contractum ſemel matrimoniū adeo ualet, adeoque ratum, & firmum eſt, ſi præſertim ſit conſummatum, ut in tota vita indiſſolubile permaneat. Ante conſummationem altero ingrediēte. Religionem, poſtquam profeſsionem emiſerit, qui remanet in ſeculo poteſt iterū matrimonium contrahere. Quando autem aliquę eueniunt cauſæ ſeparationis, non uinculum diſſoluitur, ſed thori, & cohabitationis communitas impeditur, maximè tamen hoc fit ob adulterium alicuius coniugis. Prohibetur inſuper omnis polygamia, ne. ſ. vni uiro plures nubant, aut vna fęmina pluribus detur in matrimonium. Interdictum eſt matrimonium Religioſis, ſacratis virginibus, & vouentibus perpetuam caſtitatem. Sancta verò mater eccleſia neminem cogit ad cœlibatum, exigit autem à promittentibus, & caſtigat contrafacientes. Du-

LI plex

plex autẽ error per verba Apoſtoli dã natur, q̃n enim dicit primæ ad Cor. 1 *Qui matrimonio iungit virginem ſuam, bene facit, qui uero non iungit, melius facit, & Paulo poſt; Bonum eſt homini mulierem non tangere.* Damnat Iouinianum Hęreticum & eius ſequaces, qui ſic extollunt matrimoniũ, vt ęquent, aut anteponant cęlibatui, ſeu virginitati, damnat etiam omnes qui contendunt cęlibatum, & continentiam ab hominibus chriſtianis nõ poſſe p̃ſtari, ideoq; hanc voluntatem aut non ſuſcipiendam, aut nõ poſſe ſanctè promitti, cuius peruerſæ imaginationis Luterus fuit, qui cum ſequacibus nõintellexit quanta eſt vbertas euangelicę gratiæ, quæ per Chriſti meritum tot ſæculis data ẽ, & quotidie ſubminiſtratur credentibus, petentibus, quærentibus, & pulſantibus. Iugum n. Domini, & continẽtiæ via eſt ſuauis, commoda, & ſalutaris ijs qui experiuntur, diuinis auxilijs, non ſuis viribus confiſi, dicente Paulo; *Fidelis Deus qui non patietur nos tentari ſupra id quod poſſumus. Sed faciet cum tentatione prouentum.* Dicitur matrimonium a matre potius, quàm a patre, quia mater ipſa magis laborat geſtando in ventre, in doloribus partus, & in educãda prole. Quod autem ſacramenta Eccleſiæ non ſint plu-

Hoc clare habetur in Conc. Trid. Seſ. 24. ca. 10

Matt. 11

1. Co. 10

plura,neq; pauciora ſeptem, hæc eſt eius ſufficientia atque congruitas. Sacramenta eccleſiaſtica ordinantur ad duo, ſcilicet ad perficiendum hominem in vita ſpirituali, ſeu in cultu Chriſtianæ Religionis,& in remediũ contra peccatum,& quantum ad vtrũ que conuenienter ſunt ſeptem. Vita enim hominis ſpiritualis, ſimilitudinem habet ad vitam corporalẽ, ideo eadem uoce nominatur. In uita autẽ corporali, dupliciter aliquis pficitur vno modo quantum ad propriã perſonam,& hoc dupliciter,aut acquirẽdo perfectionem,aut remouendo impedimenta. Perficitur autem vita pcr fectione prima per generationẽ quãdo acquirit vitã,& loco iſtius generationis ſuccedit baptiſmus, q vocatur regeneratio;quia homo cum ſit mortuus per peccatum, recipit vitam per lauacrũ regenerationis,& renouationis. Secũda pfectio eſt augmentũ cui ſuccedit confirmatio. Tertia pfectio, eſt nutritio conſeruans vitam,& loco iſtius ſuccedit Euchariſtia. Sed qa hõ interdũ incurrit in ægritudines,habere debet remediũ, quod quidẽ eſt duplex,vnũ ad repellendũ morbũ,alterum ad reſtituendas vires. ſic ẽt in vita ſpirituali ad expellendas infirmitates peccati,eſt pœnitentia; ad reſtituẽdas

De ſufficientia ſeptem ſacramentorum.

Ad Tit. 3.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

dat vires, vt in extremo agone poſſit pugnare cum diabolo, data eſt extrema vnctio. In ordine autem ad cōmunitatem perficitur homo dupliciter, vno modo ſuſcipiens poteſtatē regendi, & loco iſtius ſuccedit ordo: alio modo ſecundum naturalem propagationem generis humani; propter q̄ datum eſt matrimonium. Eſt etiam animaduertendum quòd quinq; priora ſacramenta pertinent ad omnes fideles, duo verò poſteriora ad particulares homines. Ad vltimum illud diſcrimen notandum eſt, quòd Baptiſmus, Cōfirmatio, & ſacer ordo, nō poſſunt, niſi ſemel ſuſcipi, alia verò ſacramenta quoties opus erit. Item Baptiſmus neceſſariò ſuſcipitur ab oībus, Eucharistia à rōne vtentibus, pœnitētia à relapſis ſaltē ſemel in anno, reliquis verò ſacris poſſumus vti tempore opportuno, dūmodo nō negligantur. Omnia verò ſunt antidota, & diuina remedia a Samaritano relicta eccleſiæ propoſitis, vt ad ſanādos peccatores diſpenſentur. Quæ quidē remedia rectè cognoſcere, ſalubriter accipere, ac ſi fideliter etiā alijs applicare, non eſt artis humanæ, ſed chriſtianæ ſapientiæ, de qua hactenus dictū eſt: ſequitur modo de iuſtitia, quæ eſt ſecunda pars doctrinæ chriſtianæ.

DE IVSTITIA CHRISTIANA,

QVAE EST SECVNDA PARS huius parui Catechiſmi. Catholicorum.

De Generali diuiſione peccatorum. Cap. I.

QVum in principio dictum ſit doctrinā chriſtianā ſub ſapientia, & iuſtitiæ contineri, de prima iam dictum eſt, reſtat vt aliquid de ſecunda dicatur. Iuſtitia igitur bipartita eſt, per ipſa enim vitamus mala, & bona facimus, ſed quia maximum malū hominum peccatum eſt: ideo de ipſo dicendum vt uitari poſſit. Peccatum eſt uoluntas retinendi, vel conſequendi quod iuſtitia uetat, & triplex eſt. Primum originale, quod a primo parente Adam per conceptionem omnibus hominibus transfuſum eſt: & tollitur per Baptiſmum. Secundum mortale actuale, tollens vitam ſpiritualem, ac mortem inferens animæ peccatoris, quę mors a Deo, & Regno eius ſeparat, ac ęterno ſupplicio aſcribit. Tertium, Peccatum

De peccato, eiusq. diffinitio, & diuiſio.

veniale,

veniale,actuale quidem, ſed non effi
cit hominem inimicũ Deo,& de quo
faciliter petatur venia, vnde patet v-
Pſal. 7 num peccatum eſſe grauius altero.
Verũ oĩa ſunt fugienda multis de cau
ſis,primo Deus odit omnes,qui operã
tur iniquitatem,nec eſt quicquã ma-
gis exoſum,ac inuiſum Deo: quippe
qui neque in cœlo,neque in terra vn-
quã peccata reliquit impunita. Secun
1. Pet. 2. do,quia fuit cauſa mortis Ieſu Chri-
ſti,vt *Nos pe catis mortui iuſtitiæ uiuere
mus*.Qui verò mortaliter peccãt,Chri
ſtum perſequũtur,quem denuo cruci
figunt, vnde contra ipſos crudelius
agetur,quã ſi fuiſſent infideles, vt ex
2. cap. 2 verbis colligitur Petri dicẽtis, *Melius
erat illis non cognoſcere uiam Iuſtitię,quã
poſt agnitionem retrorſum conuerti; ab eo
quod illis traditum eſt ſancto mandato*.
Tertio occidit animam peccãtis,dicẽ
te Sapientia c. 16. *Homo per malitiam*,
i. per Peccatum; *Occidit animam ſuam*.
qua morte nihil ẽ infelicius, per ipſã
n. ſeparatur a ſctõrũ cõſortio, a gau-
dio cęleſtiũ virtutũ,& Angelorũ,atq;
ab ipſo deniq; sũmo, & ęterno bono,
ĩ quo ſal⁹oĩs cõſiſtit. Quartò,extremis
malis,ęternisq; ſupplicijs ſubijcitur,
Gen. 4. & Demonib. quaſi mãcipia tradũtur
Exo. 14. pctõres,dicẽte Chriſto Ioã. 8. *Qui facit
peccatum,ſeruus eſt peccati*. Deniq. cõſi-
de-

derandæ ſunt pœnæ quorundam peccatorum. Cain, Pharaonis, Nabuchodonoſoris, Sodomitarum, atque quam plurium aliorum. *Quia multa flagella peccatoris.* Hæc cõſideratio Deũ equiſſimum iudicem peccatorum facit cognoſcere, & timere, vt noſtrę ſaluti ꝓuidentes pænas horribiles, & æternas euitare posſimus. Tribus autem vijs ad peccatum peruenitur ſuggeſtione, in qua ſemen, delectatione, in qua nutrimentum, & conſenſu, in quo peccati perpetratio. Sed ſi exactius conſideremus, hi ſolent eſſe gradus peccati. In primis Demon, ſiue Caro, vel Mundus ſuggerit (tanquam tres inimici hominis) aliquod peccatum, inde oritur cogitatio, deinde affectio, poſtea delectatio, ſequitur cõſenſus & fit operatio, q̃ frequentata, cõſuetudo dr̃, inde cõtẽptus: ex quo deuenitur in deſperationẽ, vbi defenditur peccatũ, & poſtea gloriatur ĩ eo, vltimo ĩ dãnationẽ incurritur: Vt aũt euitemus pcã, tria debem⁹ attẽdere: primo q̃ mala, q̃ incõmoda, & ꝑicula ꝑꝑ pctã eueniũt. Secũdo prauis cogitationibus fortiter repugnemus oportet. Tertio, virtutes pctĩs cõtrarias exercitare dbem⁹, verũ ĩ orõne quãplurima alia remedia a Deo manifeſtãtur, ideo ĩ ipſa, & vigilare, & asſiduũ eẽ oportet. quinq; vero hic dicẽda ſunt

Dan. 4. *Gen. 10.* *Pſal. 31.*

Quæ uia ducit ad peccatũ.

Quomodo peccata euitentur.

ſunt, ſcilicet de ſeptem peccatis mortalibus, quæ capitalia dicuntur. Quę dicantur peccata aliorum aliquo modo ad nos ſpectantia. Quæ dicantur peccata in ſpiritum ſanctum. De peccatis in cælum clamantibus; vltimo de peccatis venialibus.

De ſeptem peccatis Capitalibus. Cap. 2.

DICIMVS autem ſeptē eſſe peccata capitalia, ſeu generica, ex quibus omnia vitia turpitudinesque, ſcandala, & corruptela humanis generis diſcendunt, & ita nominantur, Superbia, Auaritia, Luxuria, Inuidia, Gula, Ira, & Accidia: quæ vitantur Humilitate, Liberalitate, Caſtitate, Charitate, Abſtinentia, Patientia, & Deuotione. Incipiendo vero a primo peccato, dicimus Superbiam eſſe inordinatum appetitum excellentiæ, ſiue intus lateat in animo, ſiue extrinſecè demonſtretur: & licet ſit caput omnium malorū & initium, pręcipue tamen has ſeptē gignit filias Inobedientiam, Iactantiam, Hypocriſim, Contētionem, Pertinaciam, Diſcordiam, & Curioſitatē: quæ omnia odibilia ſunt apud Deum qui ſuperbis reſiſtit, humilibus autem

De ſuperbia. *Eccl. 10.* *Iacob. 4.*

dat

dat gratiam.

Auaritia eſt inordinatus appetitus habendi, ſeu retinendi aliena. Omnis enim qui cõcupiſcit aliena, vel rapit, aut nimis cupidè ſeruat ſua; huiuſmodi vitio inquinatus eſt; & octo gignit filias, videlicet Proditionem, Fraudem Fallatiam, Periurium, Inquietudinem, Violentiam, Immiſericordiam, ſiue inhumanitatem, & cordis duritiem. Quæ omnia, vt euitētur, ſic admonet Paulus 1 ad Tim. 6. *Qui volunt diuites fieri in hoc ſæculo, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli, & deſideria multa nociua, & inutilia, quæ mergunt homines in interitum, et perditionem. Radix enim omnium malorum eſt cupiditas.* *Auaritia.*

Luxuria eſt inordinatus appetitus impuræ, & libidinoſæ voluptatis, & habet octo ſpecies, Fornicationem, Adulterium, Stuprum, Inceſtum, Raptum, Sacrilegium, Peccatum contra naturam & Beſtialitatem. Nouē autē filiæ prodeunt ex hoc peccato, Cæcitas mentis, inconſideratio, inconſtantia, Pręcipitatio in agendis, Amor ſui Odium Dei, Nimium Deſideriũ præſētis vitę, mortis futurique iudicij horror, ac Deſperatio æternæ fœlicitatis ex hoc homines quaſi amentes, & bruta efficiuntur: contrariatur enim proprio corpori, dicente Paulo 1. Cor 9 *Luxuria*

Omne peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus ſuum eſt, qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat.

Inuidia. Inuidia eſt odium alienæ fœlicitatis, & reſpicit tam ſuperiores, quam æquales & inferiores: filias gignit quinque, Odium, Suſurrationem, Detractionem, in aduerſis aliorum exultationem, & in proſperis afflictionẽ, homines enim per hoc peccatum charitate, & quaſi humanitate priuantur, ac Dæmonibus aſſimilantur. Vnde Sapientiæ cap. 2. dicitur; *Inuidia Diaboli mors introiuit in orbem terrarum, imitantur autem eum, qui ſunt ex parte eius.*

Gula. Gula, eſt inordinatus appetitus cibi, & potus: filias habet ſex; Ineptam lętitiam, multiloquium, ſcurrilitatem ſpurcitiem, ſenſuum & intellectus hebetudinem. Homo hoc uitio quaſi mancipium agit ventris, crapulæ, ac uinolentiæ, bona diſſipans, ualetudinem lædens, & infirmitates acquirendo, uitam ipſam quodammodo eripit ipſe ſibi, unde ait Eccl. 37. *In multis eſcis eſt infirmitas: & ibidem; Propter crapulam multi obierunt, qui autem abſtinens eſt, adijciet vitam.*

Ira. Ira; eſt inordinatus appetitus puniendi eos à quibus læſum ſe quis arbitratur. Naſcuntur ex illa ſex filiæ;

Rixæ

Rixæ, Tumor mentis, Contumeliæ, Clamor, Indignatio, & Blaſphemia. Hæc tollit omnem vigorem iudicij, & prudentiæ; ac pene hominem ſtultum reddit, dicente eccleſiaſt. 7. cap. *Ne ſis velox ad iraſcendum, quia ira in ſinu ſtulti requieſcit.*

Acedia, eſt remiſſi animi languor ad bene operandum, præſertim vero triſtitia eſt de re ſpirituali; quæ ſex gignit filias; Malitiam, Rancorem, Puſillanimitatem. Deſperationem, Torporem circa ſalutis neceſſaria, & mẽtis vagationem circa illicita. *Acedia.* *Apoca. 3*

Qui huiuſmodi uitio ſunt præpediti tepidi es, de ore Dei euomen dos ſcriptu ra nominat; quorum finis à Matth. 7. cap. deſcribitur cum ait; *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur*, & in ignem *mittetur.*

De peccatis alienis. *Cap. 3*

PEccata aliena in hoc propoſito vocãtur illa quæ licet ab alijs perpetrentur, aliqua tamen noſtra culpa de ipſis reddi tum ſumus rationem, & ſunt nouẽ.

Primũ, Conſilium, cùm nos ſumus autores, vel adminiſtri mali conſilij, quod alij ſequatur; ſicut Cayphas in

Ioan. 11 morte Christi.

Secundum, Iuſsio, cum ex mandato uel decreto noſtro malum quodcũ

2. Reg. 11 que quis perpetratur, ſicut Dauid in occaſione Vriæ Hetei.

Tertium, Conſenſus, cùm à nobis quaſi ſuffragium accipit, quod ab alijs

Act. 7. male fit, & ſaltem tacitè approbamus, ſicut Saulus in Stephani nece conſenſit.

Quartum, Irritatio, cum aliquem ad peccatum prouocamus, ſicut vxor

Iob 2. Iob ipſi inſultans ad Dei blaſphemiã prouocabat.

Quintum, Laudatio, ſiue adulatio, cum aliquem in malefactis, vel de improbitate commendamus, & iſti ab Apoſtolo 2 ad Timo. 4. Magiſtri prurientes auribus nominantur.

Sextum, Reticentia culpæ alienæ,

cum

cùm intempeſtiuum noſtrum ſilentium alicui detrimentum affert. ideo Apoſtolus Tim præcipiebat, dicens; *Peccantes coram omnibus argue, vt & ceteri metum habeant.* 1. *Timo. cap.* 5.

Septimum, Conniuentia, ſiue indulgentia, cùm malum, quod noſtra autoritate emendari, vindicarique poteſt, impunitum, & in peius abire ſinimus, ſicut Saul Rex parcens Amalechitis, & Achab Rex in gratiam accipiens Regem Syriæ. Hic etiam addi poteſt peccatum, quod vocant fraternā correptionem, admonitionem, & reprehenſionem dimitterre. 1. *Reg.* 15. 3. *Reg.* 20.

Octauum, Participatio criminis, cum venimus in partem iniuſti lucri, quod quidem reprehenditur ab Eſaia cap. 1. dicente; *Principes tui infideles, ſo ÿ furum omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones.*

Nonum, Praua defenſio, cum malefactis patrocinamur, ſicut idem reprehendit Eſaias, cap. 5. dicens; *Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.* Poſſunt autem iſta nouem ad tria reduci, quia poteſt q̃s participare aliorum peccatis, aut cogitatione, locatione vel ſilētio, & ope.

De peccatis in Spiritum Sanctum. Cap. 4.

PEccatum in Spiritum Sanctum eſt oblatam Dei gratiam ex malitia contemnere, & abijcere a ſe, & eſt omnium peccatorum maximum, quia iuxta Chriſti ſententiam Matthe. 12. *Non remittitur neque in hoc ſæculo, neque in futuro*. Deus enim eligentibus rectæ
Mat. 26. vitæ inſtitutum gratiā præſtat in præ-
Act. 9. ſenti, & gloriam in futuro: Peccatum verò in Spiritum Sanctum non ſolū patris potentiæ cōtrariatur, veluti Petro Chriſtum negante, vel filij ſapientiæ, vt Saulo Eccleſiam perſequēte; Sed quod longe grauius eſt: ex malitia, & peruicacia mētis peccatur, vt exemplum præbent peruerſiſſimi, & obſtinatiſſimi illi phariſæi in condēnatione Chriſti; Sex vero ſunt ſpecies huiuſmodi peccati præſumptio de Dei miſericordia vel de impunitate peccati, Deſperatio, Impugnatio agnitæ veritatis, Inuidentia fraternæ charitatis; Obſtinatio, & impœnitentia. Significatius autem erit, ſi quis ita numeret.

Primum, Diuina miſericordia confidenter abuti, & eſt quando abiecta

omni ratione iuſtitię, timoriſque di-
uini, homo ſola Dei miſericordia con
fidens audax eſt ad peccandum. Con-
tra quos clamat Paulus Rom. 2. dicēs:
*Ad diuitias bonitatis Dei, patientiæ, &
longanimitatis, contemnis? ignorans quo-
niam benignitas Dei ad pęnitentiam te ad
ducit.*

Secundum, De Dei gratia, vel pro- Gen 3.
pria ſalute prorſus deſperare; & eſt Mat. 21
cum homo omnem ſpem abijcit vel
impetrandę veniæ apud Deum, vel
conſequendi æternam ſalutem; ſicut
Cain & Iudas peccauerūt. Miſericor- Pſa. 32
dia enim Domini plena eſt terra, & Pſ. 144.
eſt ſuper omnia opera eius.

Tertium, Veritatem Religionis ad
uerſus ſuam ipſius conſcientiam ho-
ſtiliter oppugnare, & eſt quando veri
tas de fide, vel religione aduerſus ſuā
ipſius conſcientiam non ex ignoran-
tia, ſed ex malitia ſtudiosè oppugna-
tur, ſicut phariſęi Chriſtum, & Apo-
ſtolos inſectantes contra ueritatem Mat. 2.
quam cognoſcebant. Huc refertur Act. 4.
blaſphemia Spiritus, quòd peccatum
Chriſtus magnopere taxat in Iudæis, Mat. 12.
& qui ſacris literis detrahunt, opus
videlicet Spiritus Sancti, ſimili mo-
do peccant.

Quartum, Pertinaci inuidia graui-

ter concitati, ob ſucceſſum alienæ ſalutis, & fraternarum virtutum. Et eſt, quando dolemus, ac triſtamur de ſplẽdore, & augumento virtutem, donorumque Dei, quibus frater eſt conſpicuus: quod quidem peccatum proprium eſt Satanæ, & filiorum eius, qui Dei gratiam impatientiſſimè tolerant in hominibus augeri, & conſeruari.

Quintum, Obfirmato animo in crimine ſcienter perſiſtere, & eſt quando peccator nec diuinis inſpirationibus, nec rationibus bene ſuadentibus ab inſtituto, damnabili flectitur, ſicut Rex Pharao; & talibus dicitur Act. 7. *Dura ceruice, & incircunciſi cordibus, & auribus, vos ſemper ſpiritui ſancto reſiſtitis.*

Exod. 3.

Sextum, Abſque pœnitentiæ propoſito peruerſæ vitæ nullum finem facere. Et eſt quando peccator proponit ſe nolle vnquam pœnitere, & de talibus dicit Eſaias 28. *Percuſſerunt fœdus cum morte, & cum inferno fecerunt pactum.* De iſtis omnibus ait Paulus 4. Epheſ. *Nolite contriſtare, nolite extinguere Spiritum Dei.*

De

De peccatis in Cælum clamantibus. Cap. 5.

PECCATA quę in cœlũ clamare dicuntur, inſignem manifeſtamque improbitatem habere noſcuntur; quia nimiũ prouocant irã diuinam, & ſunt quatuor.

Primum, Homicidium voluntariũ de quo dicit Deus ad Caim; *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra,* Geneſ. 4.

Secundum, peccatum Sodomiticum, de quo dicitur 13. Gene. *Homines Sodomitæ peſſimi erant, & peccatores coram Domino nimis.* ab hæc enim ſceleritate ipſa natura abhorret.

Tertium, Oppreſſio pauperum, de quo dicitur Eſa. 10. Væ *his qui opprimunt in iudicio pauperes, et vim faciunt cauſæ humilium populi mei, vt eſſent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent.*

Vnde & tot plagis attriti sũt Ægyptij cum crudeliſsimo Rege eorum vt in libro Exodi habetur (*Deus enim exaudierat clamorem eorum in cælo.* Exod. 2.

Quartum, Merces operantium defraudata, quod reprehendens Iacobus Apoſtolus 5. cap. aiebat. *Ecce merces operariorum, qui meſſuerunt regiones veſtras, quæ defraudata eſt a vobis clamat,*

& clamor eorum in aures Domini Sabbaoth introiuit. Vnde in Leuitico 19. præcipitur; *Non morabitur opus mercenarij tui apud te vſque mane.* Omnia iſta ſapientem à ſtulto, & iuſtum ab impio ſeparant. Adhuc ſciendum quod multi ſunt qui ignorant peccata; alij vero licet norint, non tamen deteſtantur: ſed pesſimi ſunt, qui conſuetudine obduruerunt.

Quomodo peccata expurgantur, & de peccatis venialibus.

Cap. 6.

CHRISTIANI non ſolū peccata cognoſcere debent ſed etiam vitare, & purgare ſi aliqua perpetrauerint ad hoc nouem ſunt potisſimum remedia.

Hebr. 1. Primum expiantur meritis Christi, de quo dicit Paulus, quod purgationem peccatorum facit.

Secundum, Fide purgantur corda credentium, vt ait Petrus Act. 15.

Tertium, Pœnitentiæ ſacramento: dixit enim Christus Apoſtolis, & ſucceſſoribus; *Quorum remiſeritis peccata, remit-*

remittuntur eis.

Quartum, Eleemoſynis expiantur, dicente Daniele cap. 4. *Peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum.*

Quintum, Dum fratribus condonamus offenſas, dicente Christo Matth. 6. *Si dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & uobis pater cęleſtis delicta veſtra.*

Sextum, reuocando homines a peccatis, ſicut dicit Iacobus cap. 5. *Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore vię ſuæ, ſaluabit animam ſuam a morte, & operiet multitudinem peccatorum.*

Septimum, Charitate, & amore erga Deum, vnde 7. cap. Lucæ, dicitur de Magdalena; *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.*

Octauum, humiliatione ſui ipſius Pſ. 101
Reſpicit enim dominus in oratione humilium, & non deſpicit preces eorum.

Nonum, operibus miſericordiæ, alijsque pijs exercitijs. In alia verò vita reſtat ignis Purgatorij pro illis qui in pręſentiarum non compleuerunt pœnitentiam.

Leuiora uerò peccata, quę venialia dicuntur, ſunt etiam euitanda, ſi quidem Deo diſplicent, contriſtant ſpiritum ſanctum, offuſcant conſcientiā,

charitatis feruorem imminuunt, vir-
tutum profectum remorātur,& quòd
peius eſt,ad grauiora ſæpe pertrahūt:
vnde dicitur Eccl. 19. *Qui spernit mo-
dica, paulatim dedicit*. Remedia verò
ſunt omnia bona propter Deum per-
acta: præſertim Humilis accuſatio
ſui, Dominica Oratio, Pectoris tun-
Prou. 24 ſio, Aquæ benedictæ aſperſio, & alia
huiuſmodi, quæ omnia aſsiduè exer-
cenda ſunt, quia & iuſti ſepties in die
cadunt. Et licet uenialia dicantur, &
leuia ſint; tamen ſi non expiantur a
nobis, à Deo punientur: dicente
Mat. 12 *De omni verbo otio-
ſo, quod locuti fuerint
homines, reddent
ratio-
nem de eo in die iu-
dicij.*

DE SECVNDA PARTE IVSTITIAE CHRISTIANÆ,

De bonis operibus. Cap. 7.

PARVM eſt nemini nocere, niſi ſtudeamus multis prodeſſe, quia multũ fructũ afferũt opera iuſtitię Chriſtianę &. Primò, confirmant uocationem noſtram, dicente Petro; *Fratres ſat agite per bona opera certam ueſtram facere uocationem.* 2. *Epiſ.* 1

Secundo, gratiã credentibus augẽt, vnde Iacobus affirmat, quòd *Fides quę cooperatur ex operibus, iiſdem cõſumatur.*

Tertiò, fiduciam bonæ conſciẽtiæ ſubminiſtrant, hinc ait Ioan. 1. in prima Epiſtola cap. 3. *Chariſſimi, ſi cor noſtrum non reprehendit nos, fiduciam habemus ad Deum.* *Cap.* 2

Quartò, mercedem vitę æternæ, iuſtitiæque coronam acquirunt, dicente Chriſto Mat. 20. *Voca operarios, &*

velde illis mercedem. Tria verò ſunt genera bonorum operum ad quæ omnia alia reduci poſſunt: videlicet, Oratio, Ieiunium, & Eleemoſyna. Hinc Tobia ait 12. cap. *Bona eſt oratio cum ieiunio, & eleemoſyna magis quam theſauros auri recondere*. Et Chriſtus particulariter de his tribus mentionem fe-

Phil.2. cit Matt.6. cum promisſione æternæ mercedis. Omnia verò bona opera ex

De ora. Dei gratia proueniunt, quia ipſe operatur in nobis velle, & perficere. Oratio igitur eſt pius affectus in Deum, quo fideliter petimus quæcũque ſunt nobis neceſſaria. Modum præcipuũ orandi docuit Chriſtus Matt. 6. dum ait, *Pater noſter qui es in cælis, &c.* Nihil verò eſt magis in ſcriptura cõmendatum, & pijs, ſanctisque hominibus familiarius, ita in hac vita neceſſarium, quod dixerit Chriſtus Lucæ 18. *Oportet ſemper orare, & nunquam deficere*, ardenti ſcilicet cordis affectu, citra hypocriſim, & abſque laudis humanæ reſpectu, id eſt, in Spiritu, & veritate. Maximas, & infinitas vtilitates

Dan.6. affert oratio; quę proprium, & neceſſarium eſt fidei exercitium Oratione enim Daniel exultat inter leones, Suſanna defenditur a calumniatoribus; Tres pueri tripudiãt in fornace ignis;

&c.

& innumera alia beneficia a Deo orã tibus conceduntur. *Idem* 13 *Idem* 3.

Ieiunium triplex eſt. *De Ieiu.*

Primum, generale, & magnum, Auguſtinus uocat, & eſt quando abſtinemus ab iniquitatibus, & illicitis voluptatibus. *Aug. lib. 2. quæſtionum euang.* 18

Secundum, dicitur philoſophicum & eſt parſimonia illa cib., & pot⁹, moralisq; ſobrietas qua temperatè etiam ab ethnicis ſecundum rectam rationem viuitur.

Tertium, dicitur Eccleſiaſticum, vtpotè cum iuxta certum eccleſię morem certis diebus carnis eſum a nobis ſubtrahimus, & unica tantum refectione contenti ſumus. Tale igitur ieiunium piè, ac chriſtianè ſuſcipitur ad cultum diuinũ religioſius exhibendum, ad carnem edomandam, vt ſpiritui ſubiecta ſit, ad fructus pœnitentiæ dignos præſtandos, ac demum, vt Dei gratiam conſequamur, & talis eſt eius definitio: Ieiunium eſt cibi, potusque abſtinentia ad carnis petulantiam edomandam. Quod multis ſacræ ſcripturę teſtimonijs confirmatũ eſt, ſubminiſtrat enim multa bona hominibus. *Ionæ.* 2. *3. Re.* 19

Niniuitæ iram Dei placauerunt, Elias, & Moyſe Dei familiaritate *Exo.* 29.

ſatura-

2. *Cor.* 6 ſaturati ſunt. Itaque Paulus exortatur Dei miniſtros exhiberi in multis ieiunijs. Spernentibus ieiunium dicendum eſt, Chriſtianos non more Iudæorum a quibuſdam cibis abſtinere reputantes carnes immundas; ſed id facere ad edomationem corporis, ut ſpiritui ſubijciatur, inſuper vt anima ab irrationabilis motibus ſeparetur, ſubtractione ſuperfluitatis. Habetur in ieiunio temporis ratio, quia paucisſimi peculiariter hoc facerent; niſi generalis ieiunatio obſeruaretur.

De eleem. Eleemoſina eſt beneficium quo alterius miſeriç ex noſtro cõmiſerationis affectu ſubuenitur. Nihil tam cõmendat chriſtianam animam, quam miſericordia, dicente domino;

Luca. 6 *Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt, ut ſitis filij patris veſtri, qui in cęlis eſt: qui Solem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos, & pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos.* Multis uerò præceptis, promisſionibus, & exemplis eleemoſinæ

Act 10. commendatur. Lucę 11. *Date eleemoſi-*

Act. 9. *nam, & ecce omnia munda ſunt uobis.* Centurioni baptiſmi gratiam eleemoſinæ impetrauerunt, & Tabitha plena operibus bonis, & eleemoſinis laudatur.

De

De operibus miſericordiæ. *Cap.* 8.

MIſericordia eſt compasſio alienæ miſeriæ: Hæc eſt quæ iuſtos probat, ſanctos roborat, Dei cultores oſtendit, omnis quippe ſumma diſciplinæ Chriſtianæ in Miſericordia, ac pietate conſiſtit; eſt enim fidei ornamentum, propitiatio peccatorum, ſalutisq; præſidium. Hæc miſericordia duplex eſt, ſpiritualis, & corporalis, & vnaqueq; pars ſeptem membra habet, quorum Iob clarum præbet exemplum 29. & 31. capite.

Prima ſunt hęc; Peccatores corrigere, Ignorantes docere, Dubitantibus recta conſulere, Conſolari mœſtos iniurias patienter ferre, Offenſas remittere, & pro omnibus orare, quibus ſpirituali ſaluti proximorum benè conſulimus. Corporalia ſunt hęc; Eſurientes paſcere, Potum dare ſitientibus, Veſtire nudos, Captiuos redimere, Viſitare infirmos, Hoſpitio recipere peregrinos, & Mortuos ſepelire: quibus corporalem miſeriã proximi

ximi adiuuamus: quæ omnia ita à natura ipſa indita ſunt hominibus, vt etiam ab infidelibus aliquando exerceantur. Iſta ſunt quæ faciunt relaxare peccata, dicente Petro.1.Epiſt. c. 4. *Ante omnia mutuam in vobiſmetipſis Charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum.*
Mat. 25 Hæc ſunt quæ reſpiciet Chriſtus, & Luc. 14. in extremo iudicio palam approbabit; propter quæ regnum æternum Iuſtitiæque coronam reddet. De operibus miſericordię ſæpius fit mētio in ſacris literis. Eſaia 58. inquit; *Frange eſurienti panem tuum, & egenos, vagoſque induc in domum tuam; Cum uideris nudum, operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris*. & Paulus ad Gal. 6. *Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis*
Rom. 13. *legem Chriſti*, Quia omnia mandata, teſte eodem Paulo, in hoc verbo inſtaurantur; *Diliges proximum tuum ſicut teipſum.*

De

De uirtutibus Cardinalibus.

Cap. 9.

SVNT quędam virtutes quę Cardinales vocãtur, veluti fontes aliarum virtutum, & quẽadmodum oſtium in cardine, ſic omnis honeſtę vitę ratio in illis continetur: ſunt verò quatuor, Prudentia, Iuſtitia Fortitudo, & Temperantia: de quibus 8. Sapientiæ dicitur; *Sobrietatem, & Prudentiam docet. Iuſtitiam, & Fortitudinem: quibus utilius nihil eſt in vita hominibus.* Vbi ſobrietas pro Temperantia ponitur, & virtus pro fortitudine. Iſtæ cum ſint maxime cõducibiles hominibus, ab ipſo Deo conferuntur. Nominantur etiam officiales, quoniã ab ijs omnia genera officiorum deueniunt. Hæc eſt illa nobilis quadriga virtutum, qua in cælum vehimur, hęc ſunt quatuor flumina paradiſi, de quĩbus dicit Auguſtinus ait; Illa eſt humanarũ rerũ ſciẽtia, quę nouit lumẽ Prudẽtiæ. Tẽperãtiæ decus, Fortitudinis robur, & Iuſtitię sãctitatẽ. Verũ de om-

Lib. 1. cõtra Academicos, cap. 7.

omnibus ſæpe fit mentio in ſacris literis.

Prima ſic definitur; Prudentia eſt virtus quæ ſecundum honeſti rationem expetenda, & fugienda præſcribit. De ipſa dicitur in Eccl. 32. *Fili ſine conſilio i prudentia, nihil facias; & poſt factum non pæniteb is.*

Secunda ſic definitur. Iuſtitia eſt virtus, qua unicuique tribuitur, quod ſuum eſt. Et hæc contractius accipitur; quam illa, quę eſt ſecunda pars doctrinæ Chriſtianæ. De hac dicitur 14 Prouerbiorum; *Iuſtitia eleuat gentem, Iuſtitia firmat ſolium,*

Tertia, ſic defin. *Fortitudo* eſt virtus ſuſcipiens conſtanter & tolerans labores; & pericula, vnde dicitur 28. Prouerbiorum; *Iuſtus quaſi leo confidens abſque terrore erit.* Quod quidem faciet virtute fortitudinis.

Quarta, ſic defin. *Temperantia* eſt virtus moderans voluptates carnis, & ſenſum. Vnde dicitur in Eccle. 31. *Vtere quaſi homo frugi his quæ tibi apponuntur, vt non cum multum manducas* (ſuperflue temporalia, & tranſitoria accipiens) *odio habearis.*

De

De donis, & fructibus ſpiritus ſancti.

Cap. 10.

DONA, & fructus Sancti Spiritus multum conducibilia ſunt hominibus, efficiunt enim eos Dei filios, dicente Paulo, Roman. 8. *Quicunque ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt filij Dei.* Et idem 5. Galat. exhortatur, dicens; *Spiritus ambulate, & deſideria carnis non perficietis;* ille enim docebit nos omnem veritatem, Dona numerantur ab Eſaia c. 11. Septem ſunt ſpiritus ſapientiæ, Intellectus Conſilij, Fortitudinis, Scientiæ, Pietatis. & Timoris Domini. Fructus ab Apoſtolo duodecim numerantur. 5. cap. ad Gal.

Dona Chriſtus Ioan. 16

Iuſtus Chriſtus

Prima eſt Charitas, ſine qua cętera bona non poſſunt prodeſſe.

Secunda, Gaudium, quo alacriter Deo ſeruitur.

Tertia, Pax, qua in mundi procellis ſeruatur tranquillitas.

Quarta, Patientia, quæ aſpera, & dura æquanimiter tolerantur.

Quin-

ra carnis, quæ ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum ſeruitus veneficia, inimicitia, contentiones, æmulationes, ira, rixa, diſſenſiones, ſecta, inuidia, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, & qui talia agunt, Regnum Dei *non conſequentur*. Et item cap. 6. *Qui ſeminat in carne, metet corruptionem, & qui ſeminat in ſpiritu, metet vitam æternam*; ad quam nemo perueniet, niſi per laborē, Arcta eſt enim via quæ ducit ad vitam æternam, quod quidem manifeſtatur in octo Beatitudinibus à Chriſto Matt. 5. propoſitis, de quibus in ſequenti capite. *Matt. 7.*

De

De octo Beatitudinibus, & de conſilijs euangelicis.

Cap. II.

QVAM vana ſit opinio vulgi ponentis beatitudinem in delitijs huius vitę, Chriſti ſermone demonſtratur, ipſe enim Matt. 5. Octo propoſuit Beatitudines omnino contrarias hominum exiſtimationibus.

Prima ſic eſt; *Beati pauperes Spiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.*

Secunda; *Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram.*

Tertia, *Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.*

Quarta, *Beati qui eſuriunt, et ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur.*

Quinta; *Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.*

Sexta, *Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.*

Septima; *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.*

Octaua; *Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* Verum

conſi-

conſiderare oportet, quod in qualibet ipſarum Beatitudinum duo ſunt propoſita;

Primum, actus virtutis id eſt, Beatitudo huius vitæ.

Secundum; premium vitę æternæ.i. Beatitudo patrię cęleſtis, & ſicut prior pars laborem, & difficultatem habet, ita poſterior conſolationem admiſcet lenitque laborantes in chriſtiana militia. *Non enim coronabitur niſi qui legitimè certauerit* Verum quia bonorum eſt non ſolum præceptis obedire, ſed etiam conſilia obſeruare, ideo dicimus tria eſſe præcipua conſilia euangelica, quæ ſimul cum alijs omnibus ſunt incitamenta virtutũ, & ſubſidia humanæ fragilitatis, carnis illecebras reprimunt, bonorum conatus ad meliora prouehunt, Spiritum excitant in diuino cultu, ac cumulatiorem mercedem æternam acquirunt: denique per ea ſæpe Chriſtum imitamur. Sed ſciendum, non eſſe ſimpliciter conſilia neceſſaria ad ſalutem, quia proponuntur, & conſuluntur ad facilitandam viam ſalutis. Vnde dicit Ambroſius; Non præcipitur quòd ſupra legem eſt, ſed magis dato conſilio ſuadetur, & quod tutius eſt, demõſtratur Et item cõſilium inuitat voluntarios,

2 ad Ti. 2.

De conſilijs euangelicis.

In epiſt. 82. ad ecclesiam Vercelliſem.

prę-

get ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Quippe qui ſubditus erat Mariæ, & Ioſeph. ſuperiorē verò qui Dei locum tenet, in his quæ non ſunt contraria ſaluti ſemper audire debemus. Extant & quamplura alia conſilia Euãgelica, & ſanctorum, de quibus omnibus docet Apoſt. ad Phil. 4. dicens; *De cætero fratres quæcunque ſunt uera, quæcunq; pudica, iuſta, ſancta, amabilia, bonæ famæ ſi qua uirtus, ſi qua laus diſciplinæ, hęc cogitate, & agite, & Deus pacis erit uobiſcum.*

De quatuor hominum nouiſſ. *Cap.* 12.

NVllum eſt tam efficax remedium ad euitanda peccata, quam nouiſſimorum conſideratio, ait. n. Eccl. c. 7. *In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternum nō peccabis.* Iſta quatuor ſunt. *Mors, Iudicium, Pęnæ inferni, & gaudia Paradiſi,* dicta quidem nouiſſima, quia inter cætera quæ hominibus accidere poſſunt, extremum locum ſibi vendicāt. De primo dicitur 2. Reg. 14. *Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur in terram.* *Mat.* 25 *Luc.* 12. *Pſa.* 115

Hac de cauſa ſæpius a Chriſto admonemur uigilare, & eſſe paratos, quia nihil certius morte, & nihil incertius hora mortis, & ſicut eſt precioſa mors ſanctorum in cōſpectu Dei, ita mors peccatorum peſſima, quia illis eſt terminus peregrinationis, & erumnarū, ſomnus quietus, ſecura dormitio, principium veræ vitæ, & optabilis trāſitus ad beatam immortalitatem peccatoribus verò eſt ianua omnium tormentorum, & pęnarum. Secundum eſt iudicium nouiſſimum, de quo Paulus 2.Cor.5.ait, *Oēs nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat unuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum.* Horribilitatem vero iudicij deſcribebat idem Apoſt. ad Heb.10.dicens, *Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis*, cuius iudicium non licet retractare, ſiue poteſtatem fugere, uel ſapientiam fallere. Vt autem iram ſummi iudicis effugiamus, admonet Eccl.1.c.dicens: *Time Deum, & bene tibi erit in extremis, & in die defunctionis tuę benediceris.* Pœnæ inferni ſunt de tertio nouiſſimorum. Qua de cauſſa Saluator ad monet nos. Lucæ 12. dicens, *Timete eum qui poſtquam occiderit corpus habet poteſtatem mittere animam in gehennam*, quia ut eſt momen-

mētaneum quod in hac vita delectat, ita eſt ſempiternum, quod in gehenna cruciat vbi eſt fletus, & ſtridor dentium, vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Ibi eſt terra tenebroſa, & opera mortis caligine. Ibi umbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. Ibi cruciabuntur damnati die ac nocte in ſecula ſeculorum, quando uerificabitur, quod dicit Eſaia, cap. 63 *Ecce ſerui mei comedent, & uos eſurietis, ecce ſerui mei bibent, & uos ſitietis, Ecce ſerui mei lętabuntur, & uos confundemini, Ecce ſerui mei laudabunt prę exultatione cordis, & uos clamabitis prę dolore cordis, & præ contritione ſpiritus vlulabitis.*

Gaudia Paradiſi ſunt de quarto Nouiſsimorum, quę quum Apoſtolus percipere nō poſſet, exclamat 1. Cor. 2. dicens, *Occulus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit quæ pręparauit Deus his qui diligunt illum.* Qui uerò ad cœlum introduci exoptant, audiant Chriſtum dicentem Matt. 7. *Qui facit uoluntatem Patris mei qui in Cęlis eſt, ipſe intrabit in regnum cęlorum.* Meditatio verò iſtorum Nouiſsimorum facit eos a ſtudio, & amore terrenarum rerum, quæ caducę, & fluxæ ſunt amouere, deinde a cogita-

tionibus uanis, curiſq; terrenis, atque etiam (ut ſupra dictum eſt) a procliuitate peccandi abſtrahunt homines citò morituros, citò rationem reddituros, & recepturos præmium cęleſte pro bonis actionibus, vel pęnam ſempiternam pro delictis. Verum omnis hæc tractatio de chriſtiana doctrina verbis Eccl. cap. 12. concluditur; *Deum time, & mandata eius obſerua; hoc eſt omnis homo.*

[library stamp]

Diffini-

DIFFINITIONES omnes quæ in hac doctrina Christiana continentur.

FIdes eſt Dei donum, lumẽ, quo illuſtratus homo firmiter aßentitur, atque adhæret his quæ ſunt à Deo reuelata, & ab eccleſia nobis propoſita.

Spes eſt virtus diuinitus infuſa, per quã certa cum fiducia noſtræ ſalutis, & æternæ vitę bona expectantur.

Charitas eſt virtus diuinitus infuſa, qua ſyncerè diligitur propter ſe Deus, & proximus propter Deum.

Eccleſia eſt omnium fidelium vniuerſitas profitentium Chriſti fidem, atque doctrinam.

Sacramentum eſt inuiſibilis gratię viſibilis forma, vt eius ſimilitudinem gerat, & cauſa exiſtat.

Baptiſmus eſt Sacramentum conſiſtens in exteriori ablutione corporis, & legitima prolatione verborum ad remittenda peccata.

Confirmatio eſt Sacramentum conſiſtens in ſignatione frontis Baptizati, ab Epiſcopo facta, cum Vnctione ſacri Chriſmatis, & certa verborum forma: ad audacter confitendum nomen Domini Ieſu Chriſti.

Eucha-

Euchariſtia eſt Sacramentum corporis, & ſanguinis Domini Ieſu *Chriſti, contentũ ſub ſpeciebus panis, & vini virtute verborum à Sacerdote prolatorum.*

P*enitentia eſt Sacramentum quo Sacerdos peccata remittit confitenti.*

Co*ntritio eſt animi dolor de peccatis propter* Deum *offenſum, cum propoſito vitæ in melius commutandæ.*

Confeſſio eſt integra declaratio peccatorum facta coram legitimo Sacerdote, ad obtinendam eorum veniam à Deo *per abſolutionem Sacerdotis.*

Satisfactio eſt voluntaria compenſatio bonorum operum pro peccatis perpetratis, ad equalitatem iuſtitiæ.

Extrema unctio eſt Sacramentum, quòd unctione quadam facta a ſacerdote infirmo, valet ei ad ſalutem animæ, et corporis.

Ordo ſacer, eſt ſignaculum quoddam eccleſiæ, per quod ſpiritualis poteſtas tribuitur ordinato.

Matrimonium eſt legitima viri, & mulieris coniunctio, indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens.

Peccatum *eſt tranſgreſſio mandatorum* Dei*: ſeu voluntas retinendi, vel conſequendi, quòd iuſtitia vetat.*

Superbia eſt inordinatus appetitus excellentię.

Auaritia eſt inordinatus appetitus habendi aliena.

Luxuria

Luxuria eſt inordinatus appetitus impuræ voluptatis.

Gula eſt inordinatus appetitus cibi, & potus.

Ira eſt inordinatus appetitus puniẽdi eos, à quibus ſe læſum aliquis arbitratur.

Accidia eſt languor remiſſi animi ad bene operandum.

Inuidia eſt odium, alienæ fælicitatis.

Peccatum in Spiritum ſanctum, eſt malitioſa expulſio oblatæ gratiæ Dei.

Oratio eſt pius affectus noſtræ mentis in Deum, quo fideliter petuntur quæcunque ſunt nobis neceſſaria.

Ieiunium eſt abſtinentia cibi, & potus ad edomandam carnem, & ſpiritui ſubijciatur.

Eleemoſyna eſt beneficium, quo alterius miſeria ex noſtro commiſerationis affectu ſubuenitur.

Miſericordia eſt compaſſio alienę miſeriæ.

Prudentia eſt virtus, quæ ſecundum honeſti rationem expetenda, vel fugienda prę ſcribit.

Iuſtitia eſt virtus tribuens vnicuique quod ſuum eſt.

Temperantia eſt uirtus moderans voluptates carnis, & ſenſuum.

Fortitudo eſt virtus, qua mediante labores, & pericula ſuſcipiuntur, et perferũtur.

FINIS.